

DEUS SCUTUM MEUM



1691.



Ætat. 72.

GOTHOFREDI
IMMO,


HOC EST
CONCILIATIO LEGUM IN SPECIEM
PUGNANTIUM, QUAS IN NOTIS AD
PANDECTAS IURIS CIVILIS,
DIONYSIUS GOTHOFREDUS,
JCtus,
Verbum IMMO usurpando,
indicare atque arguere, omissa plerumque solutione assueverat; nuper autem, summo judicii acumine, subtiliq; industria, discussis contrariorum tenebris, evolvit & in concordiam adduxit,
VIR
MAGNIFICUS ET EXCELLENTISSIMUS
DN. GEORG. ADAM. STRUVIUS
JCtus consummatus, Consiliarius Saxonicus intimus,
Antecessor in illustri Academia Salana celeberrimus, Facultatis
Juridicæ Senior, Curiæ Provinc. Assess. Primar. &c.



Opus posthumum, quod publicæ utilitatis gratia, ut multorum desideriis occurreretur, in lucem editur, juncto rerum & Verborum indice locupletissimo.
CUM SPECIALI SACRÆ CÆSAR. MAJESTATIS PRIVILEGIO.

FRANCOFURTI ad MOENUM,
SUMTIBUS GEORGII HENRICI OEHRLINGII,
TYPIS JOH. PHIL. ANDREÆ.
M. DC. XCV.







LECTORI BENEVOLO S. & O.

INter varias moras atque difficultates Jurisprudentiæ Romanæ non parum diſtrahunt ingenia Docentium juxta & diſcentium ἀντινομίαι, quas ita vocat Imperator, *conſtitutione prima, de veteri jure enucleando.* Sunt, qui eas referunt ad incrementa Studiorum legalium, quaſi detur hinc occaſio, veritatem è tenebris eruendi. Quoties enim pugna in contextu apparet, toties ad concordiam attenditur; ſive conciliationem, quæ ſine cura ac meditatione fieri nequit. Alii contra adſcribunt easdem nævis Jurisprudentiæ, neque aliter contemplantur illas, quam maculas

in pulchro corpore. Laudant quidem Juris artem, quod ſit munus conceſſum divinitus: Sed perfectionem in ea deſiderant, propter ſententias contrarias. In præſenti non curo, quid velint alii, & præſertim illi, qui oderunt leges Romanorum, nec ſerio tractarunt unquam. Placet magis interpretum ſecta, qui ad ſuperandas haſce difficultates, vel adparentes tantum ἀντινομίας, vel inter veras admittunt pauciſſimas. Ibi conciliatio quæritur, quæ nec ſenſui vim infert, ac verbis legum, nec longius recedit à juris analogia, & conſenſu Doctorum. Heic erudita ineuntur certamina, & frequentantur, usque dum conſtet de Juris dogmate, quod neque auctoritati Legislatoris, ac deciſioni futuræ; neque arti Juris ulla in parte adverſetur. Ita vero non tam opus eſt coactis multorum regulis, quas paſſim ſuggerunt, non raro inciviles, maxime quando abſurda potius, à recta ratione & legibus aliena, permittere malunt, quam pugnam in legibus. Neque hos ferre poteſt SCHOTANUS, *exercitio primo de antinomiis.* Qui agnoſcunt, inquit, contraria in legibus, veritatem agnoſcunt.

Qui

Qui ea non admittunt, somniis juventutem ac figmentis instruunt, qua in re nihil magis deprehenditur perniciosum. DIONYSIUS GOTHOFREDUS, qui in cathedra quondam ac foro Jurisprudentiæ commoda promovit sine exemplo in glossis suis hinc inde leges demonstrat obstantes, & addit, IMMO NON OBSTANTES: quamvis nullam adsignet rationem, cur non obstent. Hoc vero secum probe expendit, in curia pariter & palæstra erudita BEATISSIMUS PARENS, quoties Leges ex Legibus, jura ex juribus, veteres ex veteribus, secundum obstantes Gothofredianas, ad normam perfecti interpretis declaravit, inque compendio docuit, quæ alii prolixis commentariis explicarunt. Res non indigna visa est, vel nomine & honore defuncti, vel utilitate illorum, qui Sacris operantur Themidis. Prodeunt igitur obstantes enucleatæ & conciliatæ sub titulo, cui in glossis dedit occasionem vox adversaria, repetita semper, IMMO NON OBSTANTES. Si non displicuerint præsentia, sequentur, DEO auxiliante, mox plura, inprimis EVOLUTIONES

ONES AD SYNTAGMA CIVILE, cum refutatione illorum, quæ à non nullis frustra sunt reprehensa, item PANDECTÆ RERUM JUDICATARUM, ad plerasque leges notabiles, inque praxi contritas, PROGYMNASMATA AD CODICEM, & similia bonæ frugis plura. Bene Vale, & conatibus nostris fave!



JOVA JUVA!

LIB. I.

TIT. I.

De Iustitia & Iure.

Ad l. 4. in f.



VErb. Cæperunt liberi. Obst. quod jure naturali sint liberi *eod. text. vers.* Quæres. Resp. Jure Naturali omnes sunt liberi, h. e. nemo nascitur servus natura, sive præscripto naturæ de Jure Gentium liberi sunt distincti à servis. *Vid. princip. I. de libertin.*

Ad l. 5.

Occurrit dubium quoad verba Dominia distincta. Opp. quod in lege dicatur furtum jure N. prohibitum esse. Resp. patet *ex th.* 55. 56. scilicet juris naturalis quædam esse per consequentiam. Juris naturalis præceptum est Neminem lædere. Introducta licet per Jus Gentium demum rerum divisione, ex isto tamen præcepto generali juris naturæ per consequentiam sequetur ablationem rerum alienarum & ita læsionem in rebus esse prohibitam.

Ad l. 6.

Opp. Quod naturalia jura mutari non possint §. 11. Sed naturalia, Inst. de J. N. G. & C. Resp. quando dicitur Jus Civile recedere à naturali sive aliquid isti detrahere, tunc non mutat jus naturæ sive contrarium juri naturæ jubet, sed aliquando non assistit aut permittit aut restringit, uti tale exponitur *in th. 58. vers. porro detrahit.*

Ad l. 9.

Verb. Quod quisque populus. Opp. *l. ult. circa f. C. d. LL.* Resp. *l.* 9. respicit statum popularem; lex opposita statum regium *add. Exerc. 2. th. 6.*

Ad l. 10.

Verb. Suum cuique tribuere. Opp. *l.* 31. §. 1. *depositi*, ubi suum non videtur tribui Domino. Resp. patet ex *Exc. 19. th. 3.* quod scilicet aliquando res latronum sit restituenda vi contractus depositi, quia tunc non venit in considerationem, quod sit latro, sed quod sit deponens. Res igitur deposita ipsi restituitur, non ut latroni, sed ut deponenti; Suum cuique tribuendum, si non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione, *Cothmann. vol.* 3. *Resp.* 40. *num.* 41. ubi elegantem huc pertinentem casum tractat.

Ad l. 11.

Verb. Omnibus aut pluribus. Opp. jura non in singulas personas constituuntur *l. 8. d. LL.* Resp. non in hanc vel in illam personam jus statuitur in civitate, sed vel omnibus tamen, sive pluribus, sive majori patri in civitate debet convenire sive utile esse.

TIT.

TIT. II.

De origine Iuris.

Ad l. 1.

VErb. Omnibus suis partibus. Obst. 1. *l.* 139. *inf. d. V. S.* Resp. Ædificium est perfectum quoad partes essentiales licet desint accidentales sive ornatus. Obst. 2. *l.* 15. *pr. ff. d. divers. & tempor. præscript.* quod scilicet inceptum aliquando habeatur pro completo. Resp. Solum ibi dicitur, quod in computatione temporis dies ceptus pro completo habeatur, *add. Exc.* 5. *th.* 12. *Exc.* 4. 6. *th.* 32.

Ad l. 2. §. 6.

Opp. *l.* 25. *ff. rerum amot.* quod actiones sint juris Gentium. Resp. ex LL. XII. Tab. quod positæ sint actionum formulæ. Ipsum verò jus agendi sive actio quæ absolute & non relate ad Remp. Rom. sive absque istis formulis consideratur, est juris Gentium.

Ad ejusd. l. §. 12.

Verb. Sola prudentum interpretatione. Obst. imo & potestatem habuere inducendæ formulæ & leges *arg. l.* 29. *ff. d. lib. & posthum.* Resp. (1) Illa formularum applicatio etiam est interpretatio. Resp. (2) Successu temporis crevit autoritas JCtorum, *th.* 36. *in fin. & th.* 17. *Exec.* 2.

TIT. III.

De Legibus.

Ad l. 2.

VErb. τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων sive sponte sive involuntariè delinquunt. Opp. quod involuntaria non puniantur *l.* 16. *§. si propter* 8. *d. publican.* Resp. Est homonymia in vocabulo Involuntariè. Nam vel opponitur dolo & proposito, & denotat factum culpa admissum, & tunc etiam punibile est per *h. l.* 2. aut denotat casuale; & tunc est à pœna immune *per d. l. oppos.*

Ad l. 3. 4. 5.

Opponi solet, quod etiam de casibus raro contingentibus aliquando sit jus, v. g. de insula in mari nata *l.* 8. *d. A. R. D.* §. 22. *Inst. d. R. D.* item, in casu *l.* 12. *C. d. legitim. hered. l.* 12. *C. d. donat. ante nuptias l.* 3. *si pars hered. pet.* Resp. Lex generalis circa facta aliis atque aliis accidentia sive ob circumstantias variantia non respicit casum hunc sive illum individualem *l.* 10. *h. t.* At inde non sequitur E. de casu qui uno modo specialiter accidit, licet raro, non fieri aliquam legem.

Ad l. 8.

Opp. (1) Quod uni civitatis jus constituatur *l.* 11. *ff. de I. & I.* Resp. etiam uni civitati jus generaliter constituitur, non respectu hujus sive illius personæ, sed ratione omnium in illa civitate viventium. Opp. (2) *l.* 16. *ff. h. t.* Resp. Jus aliud est generale de quo in *l.* 8. aliud verò singulare vel privilegium contra tenorem rationis sive legis generalis in specie concessum, *l.* 68. *l.* 80. *d. R. I.*

Ad

Ad l. 9.

Oppon. *l. ult. C. d. LL.* Resp. patet *ex th.* 63. & 64.

Ad l. 11.

Ascribitur interpretatio prudentibus *in l. 47. ff. de O. I.* Resp. verba interpretatione *h. l.* 11. possunt referri ad prudentes. Resp. Interpretatio quæ vim legis habet, est Principis, ministerialis sive judicialis est prudentis.

Ad l. 20.

Oppon. *l.* 39. *h. t.* Resp. Omnino lex debet non contra æquitatem & rationem esse, sed non omnium legum evidens ratio apparet, cur jam scilicet à majoribus constitutum, non tamen statim contra rationem est.

Ad l. 31. d. Legib.

Officium summi Principis requirit, ut secundum leges vivat positivas illas, quæ sine detrimento subditorum seu reipublicæ ipse transgredi nequit.

Ad l. 32. pr. in fin.

Verb. Quo urbs Roma. Oppon. *l.* 12. *de off. præsid.* Resp. tex. *l.* 32. loquitur de Jure, quo Roma utitur, sed opposita. *l.* 12. de facto, quod aliquando contra jus contingit.

Ad ejusd. l. §. 1. in f.

Verb. Abrogentur. Oppon. *l. 2. C. quæ sit long. consuetud.* Resp. jam est in dictis ad *l.* 32. Ipse Gothofr. solvit ad *l.* 12. Oppos. *Vid. Vanderan. de priv. Credit.*

Ad l. 34.

Opp. quod ex his non sit judicandum *l.* 13. *C. de sentent. & interlocut. omnium judic.* Resp. Quando secundum consuetudinem legitimè inductam judicetur, tunc secundum jus judicatur. Oppon. etiam ad *h. l.* Gothofred. locum ex Seneca, quod consuetudo sit fortior Scripturis omnibus. Resp. Non tamen propterea præpollet legi, quæ vult abrogatam consuetudinem.

Ad l. 38.

Opp. *l.* 34. *h. t.* Resp. (1) Text. *in l.* 38. loquitur de interpretatione legis dubiæ sive ambiguæ *l.* 34. de introductione & probatione consuetudinis, quæ magis firmatur, si quibusdam actibus aliis judicatis accedit. Resp. (2) Etiam in *h. l.* 38. non omnis vis rei etiam judicatæ semel denegatur.

Ad l. 39.

Obst. *l.* 3. §. *f. de supp. legat.* Resp. Solum ibi dicitur, quod jus sit applicandum ad factum, uti hocce secundum opinionem vulgi se habet, & quod in sermone error privatorum sit sequendus. Breviter: Error is facit, quoad applicationem, non quoad introductionem. Obst. (2) *l.* 3. *d. off. prat.* Resp. non agitur ibi de jure constituendo, sed quod error in persona prætoris non noceat. Vid. *Exerc.* 4. *th.* 25. Obst. (3) *l.* 3. *ad SCt. Maced.* Resp. ibi est error facti, non in quo jus versatur.

TIT. IV.
De Constitut. Principum.

Ad l. 1. §. 1.

Opp. (1) interlocutiones principum vim legis non obtinent *l.* 3. *C. d. LL.* Resp. ex *th.* 25. quod sc. debeat constare de mente Principis, an sit locutus eo animo, ut sit jus commune; an vero non:

non: Priori casu est jus per h. l. non vero posteriori. Opp. (2) *l. 2. d. LL.* Resp. Loquitur ea de sententiis, quæ in consistorio Principis ad relationem & consultationem judicum à Principe statuuntur, quarum sane sententiarum alia est ratio, quam earum quas ipse Princeps de causa cognoscens pronunciat.

Ad l. 1. §. 2. in f.

Opp. Quid imò egrediatur *per l. ult. pr. C. de fruct. expens.* Resp. Illa dispositio l. ult. non est restricta ad personam & sic præterea hoc fit per modum retorsionis, ut explicatur Exerc. 4. *th.* 53.

Ad l. 3.

Opp. *l. f. C. d. præpos. agend. lib.* 12. *tit.* 21. & quod privilegia sint restringenda. Resp. Aliud est interpretari beneficium; aliud trahere extra terminos, illud concessum, hoc non *l. 2. ne quid in loc. publ.*

TIT. V.

De statu hominum.

Ad l. 4. §. 1.

VErb. Dominio alieno. Opp. *l. 3. pr. ff. de pecul. it. l. 38. §. 1. d. nox. action.* quod etiam detur servus sine Domino. Resp. ex *th.* 10. & quidem 1. *ad l. 3. pr.* quod quando jacente hereditate servus hereditarius non habeat verum Dominum; Hæreditas tamen ipsa repræsentat Dominum: Et nihilominus servus est ratione absolutæ considerationis per se libertate privatus. Resp. eadem est *ad l. 38. §. 1. d. nox. act.* quod quidem aliquando accidat certo Domino servum non esse subjectum, tamen privatum esse libertate & subjectum esse debere Domino seu pro libero homine se non posse gerere.

Ad

Ad l. 7.

Verb. Nequaquam profit. Opp. *l.* 3. *d. pæn. it. l.* 18. *h. t.* Resp. directo is, qui in utero est, alteri non prodest, sed per consequentiam matri prodest, ut sc. differatur pœna seu tortura, usque dum pariat. Non enim hoc fit propter matrem directo, sed ne infans pereat. Conf. *l.* 2. *ff. d. mort. inferend.*

Ad l. 9.

Verb. Deterior. Opp. (1) *l.* 4. *C. d. Liber. prat.* Ubi naturæ accusatores dicuntur , qui aliud jus fœminis tribuunt. Resp. ex *th.* 2. ubi præstantia masculi attenditur, fœminæ sint deterioris conditionis. text. opp. agit de successione liberorum. Ratione cujus nulla subest ratio diversitatis, sed merito æqualiter ad hæreditatem parentum vocantur; Opp. (2) quod in multis sint melioris conditionis, ut patet ex *tit.* SCT. VELLEJ. Resp. ex *th.* 2. quod in multis, ubi imbecillitas & favor fœminarum attenditur. *vid. Carpz. tr. d. Iure Fœmin.*

Ad l. 11.

Vers. Licet post mortem. Opp. *videtur l.* 11. *C. d. nat. lib. inf.* non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur. Resp. text. loquitur de alio casu. Hic autem agitur de neglecto consensu patris, adeoque ipsum tempus contractarum nuptiarum inspiciendum.

Ad l. 12.

Opp. *l.* 28. *pr. d. lib. & posth.* Resp. dicitur *in h. l.* 12. de tempore brevi, quod non excludit longius tempus. *vid. th.* 4.

Ad l. 14.

Obst. *l.* 135. *d. V. S.* quæ jam soluta est *ad th.* 4. *n.* 3. quod sc. sterilis & orba non possit dici fœmina, quæ saltim monstrosum

partum edit, cum hoc fatale damnum non possit imputari, nihilominus tamen monstrum aliàs inter liberos non computatur.

Ad l. ult.

Opp. *l.* 32. *ff. d. R. N.* Resp. adoptans patronus non potest libertinum facere ingenuum quoad statum *h. l. ult.* sed quoad jura familiæ, quæ consequitur per adoptionem. *d. l. opp.*

TIT. VI.

De his qui sui vel alieni juris.

Ad l. 2. inf.

OPp. §. *Servus* 3. *Inst. d. injur.* Resp. Atrocior injuria in verbis etiam non ut servis, sed ut hominibus vindicatur; add. *l.* 32. *d. R. I, ibique Iacob. Gothof. in Com. add. th. nost.* 14.

Ad l 3.

Quo respectu patria potestas sit juris gentium, quo Civilis explicatur *in th.* 37.

Ad l. 6.

Opp. *l.* 83. *d. condit. & demonst.* ubi dicitur, quod impossibile sit, quem demonstrari filium. Resp. (1) Loquitur lex de filio extraneo, adeoque plane impossibile est probare, se esse filium testatoris. Resp. (2) Si loquitur de filio testatoris seu de nato ex uxore testatoris, tunc impossibilis est alia probatio, quam ista, quæ habetur *in h. l.* 6.

Ad ejus l.

Vers. Si fingamus. Dubium oritur ex *l.* 1. §. 4. *ff. d. lib. agnosc.* Resp. habetur *in th.* 44.

Ad l. 9.

Resp. vid. *Gothof. in not. ad h. l.*

TIT. VII.
De. adoptionibus

Ad l. 3. & 4.

OPp. quod quis non possit in eod. actu duorum vicem sustinere *l. 9. d. pact.* Resp. Præsentia Magistratus tantùm ad solennitatem requiritur *l. 2. & 3. ff. d. off. proconsul.* Ipsa autem adoptionis & emancipationis substantia dependet ex voluntate adoptantis, & emancipantis, & ejus qui adoptatur & emancipatur. Aliud est ubi opus est peculiari facto Magistratus *ut l. 1 §. 1. d. offic. Proconsul.* Isto enim casu causa manumissionis examinanda est per Collegam *d. §. 2.* licet ipsa manumissio fiat ap. Coss. *l. 10. l. f. d. manum. vind. l. 2. d. off. Præt.*

Ad l. 17.

Opp. *l. 32. §. 1. h.t.* Resp. in hac *l. 17.* habetur Regula, quod sc. non facile id concedatur, *in l. 32.* agitur exceptio, quod aliquando causa cognita & si constat se singulari affectione tutoris.

Ad l. 23.

Opp. *l. 1. §. 4. unde cognati.* Resp. Adoptio non tribuit naturalem cognationem, sed civilem h. e. tribuit jura cognationis *l. 7. d. in jus voc.*

Ad l. 27.

Opp. *l. 40. prin. fin.* Verb. In avi naturalis retinentur potestate. Resp. tex. in *l. 27.* loquitur de natis post adoptionem. Text. opp. de naturali ante adoptionem.

Ad l. 34.

Opp. quod filius adoptatus possit aliquo die emancipari adeoque sit filius temporalis *l. unic. C. d. fil. natural.* Resp. tex. loquitur

tur de adoptione certi temporis, non autem negat, quod quis possit esse desinere filius per emancipationem, sicut & naturalis jam desinit esse filius fam.

Ad l.37.§.1.

Opp. *l.* 12. *h. t.* Resp. tex. opp. loquitur de filio naturali, *l. vero* 37. de filio adoptivo emancipato, h.e. filius naturalis emancipatus potest iterum adoptari à patre naturali, quia sc. ante non fit adoptivus filius, aut adoptivus emancipatus non potest adoptari rursus à patre hoc adoptivo, quia jam ante filius adoptivus. *add. l. ult. §. ult. C. de bon. quæ liber.*

Ad l.41.

Opp. *Nov.* 81. *c.* 2. ubi dicitur, quod si filius dignitate factus fuerit suis juris, nihilominus filius recedat in potestatem patris. Resp. *tex. l.* 41. loquitur de emancipato. Nov. de liberatione, quæ contingit per dignitatem, quo casu aliud obtinet.

TIT. VIII.

De divisione rerum.

Ad l.1.§.1.

VErb. Obligationes, quæ quomodo contractæ. Opp. *l.* 7. *§ f. d. fur.* quod sc. contractus sint facti, non juris. Resp. ipse Actus, quo obligatio nititur, est facti, & non ipsa obligatio inde oriens.

Ad l. 4.

Vers. Dum tamen. Opp. *l.* 50. *d. A. R. D.* quod scil. ædificia sint ædificantis. Resp. ideo etiam dicitur h. t. quod ab aliis ædificiis seu loco ab alio jam occupato jure Gent. abstinendum

dum sit, quia quamdiu ista occupatio manet & non amplius sit nullius.

Ad l. 6.

Opp. Solum esse nullius. E. & ædificium in solo isto positum erit nullius. *arg. l. 7. §. cum in suo* 10. *d. A. R. D.* Resp. Ita regulariter quod ædificium cedat solo, pertinet ad solum privatum, seu quod in patrimonio est, non ad locum, qui est nullius, adeoque occupanti cedat. Opp. (2) *contra l. 6.* ædificio dilapso &c. quod area maneat prioris domini *l. 98. §. aream. 8. ff. d. solut.* & *l.* 17. §. 1. *d. A. P.* Resp. itid. isti texx. non pertinent ad Dominium loci jure Gent. nullius per occupationem quæsitum. Hoc enim uti in nulla alia causa fundatur, quam in occupatione: Ita & cessante occupatione evanescit.

Ad l. 7.

Pugnare videtur *h. l. 6. §. ult. h. t.* verum cum statim subjiciatur Divorum Fratrum r. scriptum, sententia solum prior refertur, non probatur. *Exerc. 5. th. 69.*

TIT. IX.

De Senatoribus.

Ad l. 5.

VErs. Nec interest &c. Opp. *l.* 11. *C. de dign.* Resp. habetur in dicta. *ad th. 6. ubi h. l. 5. cum l.* 11. *conciliatur.*

Ad l. 7. pr.

Obst. *l. 6. pr. eod. tit.* Resp. *l.* 7. loquitur de filio naturali emancipato, qui etiam post emancipationem manet naturaliter filius. Tex. v. *in l.* 6. de filio adoptivo, de quo loquitur *l. 55. §. in f. d. R. N.*

Ad ejusd. l. 1.

Verſ. Sed etiam. Opp. quod Senatu motus ſine turpitudine ſc. nihilominus fruatur privilegiis Senatorium *l. un. C. d. Comit.* quæ prov. regunt. *l. major. 3. C. de dignit.* adeoque etiam filius Senatoris videtur dicendus, qui iſto tempore natus. Reſp. Neg. Conſequentia. Licet enim ipſe pater ex ſingulari indulgentia adhuc fruatur priſtinis privilegiis, non poteſt tamen elici Senatoris filius, cujus pater nullo tempore, quo filius extitit, fuit Senator.

Ad l. ejusd. §. 2.

Verſ. Et magis eſt &c. Obſt. *l. 11. C. de quæſtion.* Reſp. Peculiaris eſt ratio quæſtionum & pœnarum, in quibus avi dignitas non prodeſt nepoti *per d. l. unic.* Aliis vero caſibus & ſpeciatim quod ſecundum L. Juliam Filii & Nepotes Senatorum, non poſſint ducere uxores libertinas, ſufficit h. m. nepotem Senatoris eſſe *h. l. 7. §. 2.* quæ ad L. Jul. & Pap. pertinet, uti ex inſcriptione apparet. *add. l. 44. de R. N.*

Ad l. pen.

Obſt. *l. 23. princip. ad municip.* Reſp. Domicilium in urbe Roma habet Senator ratione dignitatis & officii, quo fungitur in urbe Roma *h. l. 11.* & eo reſpectu non etiam amplius eſt civis ſive municeps in loco originis, licet forte adhuc ibi degat. Retinet tamen domicilium ibi unde oriundus eſt, quoad alia, non quoad onera, à quibus utpote Senator privilegio exemptus eſt. *d. l. 23.*

TIT. X.

De officio Consulis.

Ad l. unic. §. 2.

VErs. Non poterit. Opp. *l. 20. §. f. de manumiss. vindict.* Resp. non potest manumittere apud se Minor, causa apud Collegium non probata *h. l. unic.* Potest autem probata causa. *d. l. 20. §. f.*

TIT. XII.

De officio præfecti urbi.

Ad l. 1. §. 13.

VErb. In perpetuum interdicere. Obst. *l. ult. pr. d. pœn.* Resp. Accipiunt text. Opp. interpretes de interdictione artis mechanicæ, ex qua sola quis vitam suam tolerare potest: ne (1) quis necare videatur, qui artem in perpetuum inhibet, qua vitam sustentet, & (2) quod advocando quis ita delinquere possit, ut merito perpetua sit interdictio, sed non in aliis partibus.

TIT. XV.

De officio præfecti Vigilum.

Ad l. 3. §. 1.

VErs. Quia plerumque. Obst. videtur *l. 11. d. peric. & commodo rei vend.* Verb. Quia sine patrisfamiliâs culpa fieri potest. Resp. Nulla est pugna incendium plerumque

rumque fieri inhabitantium culpa, & quod negligentia circa ignem commissa de qua constat, punienda sit juxta *l*. 3. *§*. 1. & quod aliquando contingat incendium sine patrisfamiliâs culpa juxta, *l*. 11. *de peric. & commod. rei vend.* Quæstio verò, quis probare debeat incendio orto culpam commissam, nullo textu deciditur. Novissimè hoc determinatur *DECIS. ELECT. SAX.* 28. *quæst*. 80. *add. Exerc*. 49. *th*. 67.

TIT. XVI.

De officio Proconsulis & Legati.

Ad l. 2. ¶. 1.

OBst. *l*. 17. *ff. de manumiss. vind.* Conciliari hæc potest pugna ex *arg*. *l*. 13. *h. t.* scilicet apud Legatum Proconsulis nemo potest manumittere *h*. *l*. 2. nisi à Proconsule hæc potestas ipsi fuerit concessa. Ad quam concessionem spectat *l. opp*. 17. *de manumiss. vind.* non enim habet jurisdictionem talem, quâ scilicet ipsis specialiter & absolute sit concessum, ut apud eum manumitteretur, sed ex concessione Proconsulis, *vid. th*. 31. & ita intelligenda quoque *l*. 3. *h. t.* quod scilicet omnino non apud eum legis actio sit tanquam propria *arg. d. l.* 13. sed mandata, & speciale est in hoc Legato Proconsulis, quod etiam ea ipsi possint mandari, quæ aliâs non possunt. Videatur simile exemplum *in l*. 6. *pr. h. t. add. th*. 30. *in f. & th*. 31. *circa fin.*

Ad l. 4. §. 2.

Verb. Si quid uxores. Obst. *l*. 2. *C. ne uxor pro marit.* Resp. imputet hic sibi Proconsul, quod uxorem secum duxerit.

Ad

Ad l. 8.

Opp. *l. 4. de officio præsid.* Resp. Superiorem in hac provincia Proconsul non habet *h. l.* 8. Similiter etiam præses in provincia cui hic præest, non habet, *conf. Alciat. l. 2. §. 2.*

Ad l. 13.

Opp. *l. penult. de offic. ejus cui mand. est jurisdictio.* Resp. *in th.* 20. scilicet legatus Proconsulis non habet propriam jurisdictionem, sed ei illa quæ est propria Proconsuli datur sive communicatur per mandatum.

TIT. XIIX.

De officio Præsidis.

Ad l. 6. §. fin. in f.

Opp. *l. 49. de admin. tut.* Resp. *in h. §. f.* dicitur, quod mulcta remissa exigi non debeat, *conf. l. 131. §. 1. l. 244. de V. S.* in opp. *l. 49.* dicitur, quod aliquando loco mulctæ substituatur alia pœna.

TIT. XXI.

De officio ejus cui mandata est jurisdictio.

Ad l. 4. princip.

Verb. Propriam. Opp. *l. 13. de off. Procons.* Resp. patet ex *l. 30. hic vid. Exerc. & not. ad illam l. 13.*

Ad l. ejusd. §. unic.

Verb. final. Opp. *l. 1. quibusd. ex causis quis in possessionem mitt.* Resp. patet ex *th.* 65. quod scilicet missio in posses-

possessionem sit certa ratione jurisdictionis adeoque mandari potuit, dicatur autem imperii in opp. vel non, quod intelligatur merum imperium, sed quod adest jurisdictio.

Ad l. ult. princip.

Opp. *l. 12. & 13. de offic. Proconsul.* Resp. Judicem dare non est mandare jurisdictionem, sed is, qui habet mandatam jurisdictionem potest judicem dare *th.* 42.

LIB. II.

TIT. I.

De Iurisdictione.

Ad l. 4.

Opp. *l. 4. de offic. ejus cui mand. est jurisd. it. l. 15. §. 3. de damn. inf.* Resp. patet ex dictis ad *th.* 65. nimirum enarrata *in h. l.* 4. magis imperii esse dicitur, quia potestas jubendi quæ Magistratibus imperium est, *arg. l. 204. cum l. seq. de V. S. §. 1. Inst. de adopt. l. ult. de offic. præfect. urbi l. 12. §. 1. de judic. l. 7. §. 14. de pact. l. 14. de re judicata l. 2. de in jus voc.* & passim aliquo modo in iis præ dominari videtur; Hæc tamen ideo jurisdictio esse desinunt. Hoc sensu (1) Bonorum possessionem decernere mixti esse imperii dicitur, *l 3. & 4. h. t. add. l. 4. §. 1. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* non quasi non esset jurisdictio. Constat enim magnam jurisdictionis prætoriæ partem in danda bonorum possessione consistere; *arg. l. 7. §. 1. de l. & I l. 1. de bonor. possess.* Sed quod in danda ea Magistratus jussus sive imperium nobiliori quodam modo emineat. Idem dicendum est (2) de facultate restituendi in integrum, *d. l. 3. & 4. de jurisdict. l. 4. §. 1. de offic. ejus cui mand. est jurisd. l. 26. princ. & §. 1. ad municip.* Ejus

gene-

generis est (3) jubere cavere prætoria stipulatione *l. 4. de jurisd.* (4) In possessionem mittere *de l. 4.* (5) Jurisdictionem tueri pœnali judicio, *l. 1. pr. si quis juss. non obtemp. l. 131. §. 1. de V. S.* Econtrariò sententiam exequi non magis imperii, quam jurisdictionis est: ne alioquin notio judicum pedaneorum eadem cum jurisdictione sit; utpote quæ ab illa præcipuè differt ex seq. facultate: Et hanc Magistratus municipalis etiam habeat, cum quæ magis imperii quam jurisdictionis sint, non habeat, *de l. 26. princ. & §. 1. ad munic.* Habet quidem hîc pignoris capionem, *l. 29. §. 7. ad L. Aquiliam l. 3. §. 1. de reb. eorum quæ sub tut.* Sed hæc æque jurisdictionis atque imperii est, non autem magis imperii *d. l. 26. ad municip.* Breviter: Imperium in genere jussus cum coercendi potestate conjunctus. Hoc imperium vel pertinet ad causas criminales & ad differentiam dicitur merum imperium, quia potissimum in merè imperando & puniendo consistit, vel est in causis civilibus, & cohæret jurisdictioni, eique sive admixtum dicitur, & aut refertur ad jurisdictionem imperiosiorem, ut ita loquitur, ut *in l. 3. & 4. h. t.* aut ad coercitiones modicas, *ut in l. ult. §. un. verb. fin. de offic. ejus cui mandat. est jurisdictio.* De foro mulierum, *vid. Gothofr. pag. 83.*

Ad l. 9.

Opp. *l. 32. pr. ad L. Aquil.* Resp. Solutio hujus difficultatis proponitur *in Ex. 8. th. 37.*

Ad l. 10.

Opp. *l. 77. d. jud.* Resp. Loquitur text. de judice dato, qui ex autoritate aliena & ex formula à prætore præscripta judicat add. *th. 56.*

Ad l. 13. ¶. 1.

Opp. *l. 49. inf. d. judic.* Resp. Judices à præside dati durant in tempus successorum ejus, quando res integra esse desiit, & intelligen-

telligenda *d. l. opp.* aliàs vero Prætor vel alii, qui provincias regunt, judicare debere eo die, quo privati futuri essent, non possunt.

Ad l. 15.

Opp. *l.* 1. §. 11. *ad L. Falcid.* Resp. Heres existimavit, quod hereditas non sit exhausta legatis, ideoque possessio voluntate ejus translata, non potest revocari. Sed alio remedio consulitur heredi, qui erravit in facto.

Ad l. 18.

Opp. *l.* 29. *pr. C. d. pact.* Resp. (1) Petrus de Grave in Exerc. ad π. loca difficiliora, quod lex opposita loquatur de unius pœnitentia, quæ non admittatur; text. v. *in h. l.* 18. loquitur de utriusque prærogantis contraria voluntate. Verum hæc responsio videtur contra verb. *h. l.* 18. quæ manifeste videtur loqui de altero litigantium, quod non possit compelli ab altero conventioni stare; si mutaverit voluntatem, antequam judex fuerit aditus. Rectius igitur Resp. (2) cum Bachov. & aliis, quod tex. opp. loquatur de renunciatione exceptionis fori, quam aliàs haberet ex singulari privilegio. Tex. v. in *h. l.* 18. loquatur de eo, qui consentit in judicem, qui nullo modo h. e. nec communi jure ipsius esset Magistratus. *add. l. ult. C. d. exception.*

Ad l. 19.

Opp. *l.* 2. *C. d. jurisdict.* Resp. agit *tex. in l.* 19. de præventa jurisdictione, antequam puella nupta & aliud forum sortita, *add. l.* 7. *d. judic. vid. Ex.* 9. *th.* 28.

TIT. II.

Quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eod. jure utatur.

Ad l. 1. *verb. fin.*

OPp. (1) *l.* 14. *d. Sicar.* Reſp. colligi poteſt ex *Exerc.* 49. *th.* 50. quod ſc. L. Cornel. coerceatur ſingulariter ipſa ambulatio cum telo hominis occidendi cauſa. Opp. (2) *l.* 3. *pr. h. t.* Verb. Qui impetravit &c. Reſp. Delictum hoc eſt conſummatum ipſa interpretatione juris novi ſeu iniqui, vid. *th.* 16. *n.* 2. *Ex. d. vind. priv.*

TIT. III.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

Ad l. un. pr.

OBſt. videtur, quod ita Magiſtratus defendens jurisdictionem ſuam videatur in propria cauſa jus dicere, quod eſt contra *l.* 10. *d. jurisdict. l. un. C. ne quis in ſua cauſa judic.* Reſp. Judex non hic cognoſcit in propria ſive privata cauſa, ſed jurisdictionem publicâ authoritate ſibi tributam defendit.

Ad ejusd. l. §. 2.

Opp. *l.* 10. *C. d. procurat. l.* 42. §. 2. *ff. d. procur.* quòd ſc. aliàs dolus procuratoris noceat Domino. Reſp. agitur hoc in tex. *l. un.* §. 2. *de* contumacia ejusque pœna merè perſonali procuratorem concernente. vid. *Ex.* 7. *th.* 35.

TIT.

TIT. IV.

De in jus vocando.

Ad l. 4. ¶.2.

VErb. Infinitum. Obst. *l.* 10. §. 7. *de præd. grad.* Resp. licet proprium sc. speciale nomen non habeant parentes ultra Tritavum, tamen sunt parentes.

Ad l. 6.

Opp. *l.* 3. *C. d. adult.* Resp. Inæqualis quidem quodammodo est respectus filii naturalis seu ex concubina nati seu aliàs illegitimi erga patrem naturalem & filii justi erga patrem justum. At vero quantum naturam attinet, æqualis est reverentia. *add. l.* 4 §. *ult. h. t. l.* 4. *d. Cur. fur.*

Ad l. 8. ¶.1.

Vers. Aut si juravi. Opp. *l.* 45. §. 1. *d. R. N. l.* 14. *d. jur. patron.* Resp. licet is qui juravit, non sit absolute patronus, præsertim quod successionem attinet, dd. texx. oppos. tamen quoad reverentiam, de qua hîc agitur, pro patrono habetur. *add. l.* 1. *& t. t. de collus. detegenda. l.* 14. *l.* 18. *de probationibus.*

Ad l. eand. ¶.2. *in f.*

Opp. quod & hoc casu liberi nullum jus habeant in liberto *l.* 15. *d. jur. patron.* Resp. Lex de eo solo locata est, qui libertum adegit ad jusjurandum, non de ipsius liberis, quos verum est non deliquisse, nihil vero juris dicuntur habere liberi, nim. vivo patrono, cum eo mortuo veniant proprio jure. Præterea Resp. patet ex inscriptione *l.* 15. *oppos.* quod Pauli sententia sit, quod vivo adhuc patrono, nec liberi ejus possint petere possessionem bonorum in liberti hereditate; Quod ad alia trahendum non

eſt, & cumprimis ad caſum *h. tit.* non pertinet, quo minus ſe hanc reverentiam merè perſonalem ſaltim libertus exhibeat liberis, nec ſine venia ejus in jus vocet.

Ad l. 10. pr. in f.

Obſt. *l. 7. C. d. operis libert.* ℞. (1) poteſt quis eſſe Patronus ſecundum quid & aliàs non patronus. ℞. (2) Patronus ſeu emptor in caſu *l. 7.* fidem ſervavit, ideoque perinde ut alius Patronus in jus vocari nequit, licet alia jura Patronatus ceſſent. *d. l. 7. & tit. C. d. bon. libert.*

Ad ejusd. l. 10. §. 1.

Opp. *l. 34. pr. de eviction.* ℞. Quando emtor contra pactum reſtituit, venditor conſequitur jus patronatus. *per h. l. in l. 34. opp.* Sin agitur de evictione præſtanda, quod non poſſit agere contra venditorem emtor, qui contra pactum egit, cum ipſe quaſi manumiſſiſſe videatur: Cum vero poteſtate juris fit libera ancilla *t. t. ſi mancip. vend. ne præſtit. l. 1. de his qui ſine manumiſſ. ad libert. perven.* Ipſe emptor, qui contra pactum proprium proſtituit ancillam jure patronatus habetur indignus. *h. l. 10.*

Ad ejusd. l. §. 7.

Obſt. *l. 7. h. t.* Reſp. tex. hic *in §. 7.* loquitur de parentibus patronorum etiam adoptivis. tex. opp. de patris adoptivi naturalibus parentibus; ibi attenditur ſingularis reverentia erga patronum ejusque parentes ſaltem adoptivos. Hic v. *in l. 7.* differentia cognationis & agnationis ut in ipſo tex. adjicitur.

Ad l. 23.

Verſ. Debet. Opp. videtur *l. 10. §. 4. h. t.* Reſp. tex. oppoſ. [illegible] univerſitatis, in quo ſingulari ita partem habeant [illegible] *l. 23.* agit de liberto plurium patronorum, ſicut

enim

enim partes dominicas habuere in servo singuli domini: ita & post manumissionem patroni singuli habent suas partes in jure Patronatus.

TIT. V.

Si quis in jus vocatus non ierit: sive quis eum vocaverit, &c.

Ad l. 2. ¶. 1.

VErb. Pro jurisdictione judicii. Opp. *l. un.* §. 2. *Siquis jus dic. non obtemp.* Ubi is videtur tantum mulctandus, qui quod extremum est in jurisdictione, non fecit. Resp. Diversa sunt edicta in tit. opp. coercetur ipsa contumacia, quæ circa extremum sive executionem committitur, *th.* 85. *Ex. prac.* hic coercetur contumacia non comparentis.

Ad ejusd. l.

Vers. Item si nihil intersit, ead. verb. Obst. *l.* 1. §§. 6. *de adult.* Resp. Text. oppositus loquitur de oblatione libelli accusatorii, quæ à marito fieri potest, etiam die feriato, Hic agitur de die, quo quis se sistere debet in judicio, quod non fit die feriato.

Ad l. ult.

Notat ad *h. l.* Gothofred. quasi correcta sit per *Nov.* 82. *c.* 11. §. & quia. Verum loquitur ille textus de arbitris quos non amplius sub juramento, sed sub stipulatione pœnali eligi vult Justinianus.

TIT.

TIT. VII.

Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.

Ad l. 3. princip.

VErb. Non fuit persona. Opp. *l. 1. §. eod. titul.* Resp. *h. l.* oppos. loquitur de servo eximente in jus vocatum, & textus *in l. 2.* loquitur de vocato servo, sed exemto.

Ad eand. l. §. 2.

Opp. (1) *l. 2. §. 8. de vi bonor. rapt. item l. 14. §. 12. ff. quod metus causa*, quod scilicet vis non sit absque dolo. Resp. Violenta ablatio rei alienæ non potest esse sine dolo: Similiter etiam ipsa exemptio violenta, quatenus violenta est, dolum sive propositum eximendi continet. Dicitur autem alio sensu *in h. l. 3. §. 2.* cessare dolus, quatenus scilicet eximens, habens quidem potestatem eximendi, non tamen habet animum injustè eximendi, sed ex justa causa, existimans scilicet non rectè contra Edictum quem vocatum esse. Opp. (2) *l. 4. §. f. h. t.* Resp. Hic textus potius illustrat jam datam responsionem, quod scilicet dolus semper adsit respectu exemtionis: Licet aliquando non adsit respectu causæ moventis ab exemptione, & tum demum excusatur quis, si justa h. e. putativa adsit causa exemtionis *h. l. opp. l. 1. §. ultim.*

TIT.

TIT. IIX.

Qui satisdare cogantur vel jurato promittant l. s. p. com.

Ad l. 8. princ.

VAlde. Obst. *l. 1. si quis caut. in jud. sist. non obtemp.* Resp. In judiciorum præparatoriis, in judicio constituendo sive ordinando potiores sunt partes Actoris quam Rei, ut si de die ponendo in stipulatione judicio sisti consentire nequeant, aut inter se dissentiant litigatores, stipulatoris est diem eligere, si tamen Reum stipulator nimis arctet moderatum spatium à judice statueretur *h. l. 8. in f. princ.* Quod si verò inter partes de die nihil actum sit, jubebit Prætor vicena millia passuum, quibus scilicet abest reus in singulos dies dinumerare *d. l. opp. 1.* Cæterum in exitu judicii & lite decidenda favorabiliores sunt rei quam actores, *l. 125. de R. I.*

Ad ejusd. l. 1.

Opp. *l. 15. §. 3. h. t.* Resp. (1) cum Bartol. quod in textu opposito agatur de cautione in judicio sistendo, hîc autem de judicato solvendo. Resp. (2) vel potius, quod *in l. 2. §. 1. l. 8.* maritus super ipso fundo dotali conventus fuerit, ideoque cavere eum oportet. At in *l. opp. 15. § 3.* conventus super alia lite fuit, & quoniam possidet fundum dotalem tanquam possessor rei immobilis satisdare tenetur.

Ad l. 9.

Opp. *l. ult. fam. hercis. l. 1. C. de arbitr.* Resp. Agitur hîc in *h. l. 9.* de ipso genere arbitrorum, quos arbitros juris vocant, scilicet iis, qui eliguntur actibus quibusdam comprobandis, *vid. Ex. 8. th. 96.* In textu verò opposito agitur de arbitro

D electo

electo à partibus, ut arbitrio suo litem decidat, à quo appellare non licet, *vid. d. Ex.* 8. *th.* 104.

Ad l. 11. *in f.*

Opp. *l.* 3. *§. procuratorem* 2. *l.* 7. *infr. judicatum solvi.* Resp. (1) ibi non est casus accepti fidejussoris sed dati, vel potius Resp. (2) ibi non procurator proponitur, sed defensor, qui sine ullo etiam mandato intervenit & qui suo nomine satis dat, adeoque in eum executio fit: E. si postea tanquam Procurator rei aut ut heres permittente actore in judicio consistat fidejussores liberantur.

Ad l. 12.

Obst. *l.* 8. *de prætor. stipulat.* quod scilicet cautionem videatur calumniose exigere, quem antecedit alius. Resp. Ibi solum ratio aliqua dubitandi proponitur, quod scilicet videtur nimis confestim petere cautionem is, quem alius antecedit: sed tamen quia institutus pendente quoque conditione jus adeundi jure Civili non habet, & si ea deficiat, jus nullum eum habuisse apparet: & in hunc eventum jus substituti fundatum sit: ideo defendi hanc substituti petitionem, quæ simpliciter & absolute licet videri posset calumniosa, respectivè tamen quod nimirum prætor, pendente conditione, hominem servum admittat, non iniqua videtur, præsupposito scilicet beneficio prætorio.

Ad l. 15. *in f.* §. 6.

Opp. *l.* 109. *de R. I.* Resp. textus oppositus agit de fundo evicto; hæc lex de fundo quæ evinci potest.

TIT.

TIT. IX.

Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caveatur.

Ad l. 4. in f.

OBst. *l.* 8. *ante de nox. act.* Resp. tenetur quis hominem quodammodo tanquam totum suum defendere, si quidem velit defendere *h. l.* 4. cæteroquin si nolit, sed partem cedat, quam ipse in servo communi habet, liberatur *de l. opp.* 8.

Ad l. 5.

Opp. *l.* 1. *princ. de pœn.* Resp. (1) *Duar. in h. tit.* quod *l.* 5. agat de processu, quod aliter procedatur contra servum, de quo supplicium sumendum, cum iste facilius quæstionibus subjiciatur & ad supplicium trahatur, quàm liber. Lex verò opposita agat de ipsa pœna. Licet igitur secundum *h. l.* ead. pœna indicatur manumisso, quàm sustinere debuisset, si cum deliquisset, statum in statu servili sententiam passus fuisset, tamen respectu modi procedendi deterior facta esset conditio Actoris secundum *h. l.* 5. Resp. (2) cum *Cujacio l.* 10. *obs.* 22. *in f.* dici potest, quod *in l.* 1. *oppos.* conferatur tempus delicti cum tempore judicii accepti, quo sistitur: Tempus autem judicii accepti in pœna infligenda sive sententia ferenda spectatur, & non aliter tempus delicti, quàm si congruat cum tempore judicii accepti. Deterior igitur est conditio Actoris, si non sistatur ad judicium accipiendum in illa conditione servili, in qua fuerit tempore delicti.

TIT. X.

De eo per quem factum erit, quo minus quis in judicio sistat.

Ad l. 3. ¶. 1.

OBst. *l.* 7. §. 9. *d. dolo.* Resp. Casus in lege oppos. est de procuratore, qui collusit cum adversario, & tunc datur actio de dolo contra ipsum adversarium, si procurator non fuerit solvendo. In hac vero *l.* 3. §. 1. agitur de casu, quo per aliquem factum est, quo minus quis in judicio se sistat: & inde actor interim amiserit actionem *l.* 3. *pr. h. t.* tunc si is, per quem factum est, non sit solvendo, datur actio restitutoria seu prior amissa stricto jure ex æquitate restituta contra ipsam regulam.

TIT. XI.

Si quis cautionibus in judicio sistendi causa factis non obtemperaverit.

Ad l. 4. ¶. 1.

OBst. (1) *l.* 16. §. 1. *ff. d. arbitr.* Resp. Arbiter quidem excusatur ex tali causa arbitrando. Obst. (2) *l.* 2. *d. custod. reor.* Resp. (1) capitis reus factus habet exceptionem ante satisdationem; at si jam satisdatum, non potest uti exceptione. Resp. (2) In tex. opp. impeditus erat, quo minus venire possit; hic enim non est impeditus.

Ad l. 8.

Opp. *l.* 23. *d. O. & A.* ubi dicitur non admitti purgationem moræ, cum dies & pœna adjiciuntur. Resp. In paris facti obligationibus ante litem contestatam purgare moram licet, post litem

litem autem contest. cum jam cœpit stipulator agere ad id, quod interest, res non est integra, neque inde proximior facti liberabitur condemnatione quanti ea res est *l. 84. d. V. O. l. 17. de constit. pecun.* Cum quidem permittitur certa die ac pœna simul adjicitur, neque qui offert debitum post diem eandem evitat. *l. 23. d. O. & A. l. 23. d. recept. qui arbitr. recip.* excepto fidejussore *l. 26. C. de fidejussorib.* ubi tamen quis se certa die sisti judicio promiserit, & insisterit pœnam, liberatur ex humanitate ejus à præstatione ejus, quod interest, etiamsi sistat se post diem, modo hoc fiat ante litis contestationem, nec Actoris jus ex mora fuerit factum deterius *h. l. 8.* Publicanus etiam qui post acceptum judicium restituere paratus est, absolvitur *l. 5. d. publican.* quia sententia Edicti istius pœnam infligit sub hac conditione, si id restitutum non erit *l. 1. de public.*

Ad l. 9. pr.

Opp. *l. 4. de diversis temporal. præscript.* Resp. Licet servus ex ea stipulatione non possit agere, ejus tamen Dominus agere potest, ob dicta in *opp. l. 4.*

Ad ejusd. l. § 1.

Opp. *l. 18. pr. rem rat. hab.* Resp. Pœna in his prætoriis stipulationibus succedit loco ejus, quod interest, ideoque sufficit pro uno, qui status non est, offerri pœnam, quod aliàs in pœna conventionali non prætoria non admitteretur *l. 4. §. ult. de V. O.* & succedit, interesse loco pœnæ, ut effectum perinde habeatur, ac si quanti interest, fuisset promissum. Cæteroquin aliàs non adjecta pœna, pro parte tamen in id, quod interest, committeretur stipulatio. *d. l. 18.*

TIT. XII.
De feriis & Dilationibus.

Ad l. 7.

OPp. *l. ult. h. t.* Resp. quod dicitur *in l. ult.* dilationem plus semel tribui non posse, captandum non est, sed explicandum ex *l. 7.* quod sc. regulariter non possit vel facilè nec temerè fieri debeat, possit autem casu quodam excepto ex justa causa *h. l. 7. & l. 1. inf. C. h. t.*

Ad l. 8.

Opp. *l. 3. §. 3. d. minor.* ubi adhuc minor est, si ultima hora diei naturalis hora nondum præterlapsa, adeoque non sufficit diem cœptum esse, sed completio requiritur. Resp. Quibusdam casibus dies cœptus sufficit, ubi sc. ita expedit, & eo pertinet *h. l. 8.* quibusdam vero casibus tempus computatur de momento in momentum. Ad quos spectat *l. opp. add. Ex. 46. th. 32.*

TIT. XIII.
De Edendo.

Ad l. 7. inf.

OPp. *l. 15. inf. d. reb. auctor. jud. possid.* Resp. verb. iterum pro subjecta materia non amplius significat, quando bis in opp. text. in editione vero actionum, de qua *in h. l. 7.* agitur denotat sæpius, quia sæpius ista editione est opus.

TIT. XIV.
De Pactis.

Ad l. 7. §. 2.

VErs. & ideo. Verb. Julianus scribit. Obst. valde *l. 5. §. 2. d. præscript. verbis.* Resp. habetur perspicua *in Ex. 25. th. 27. vid. Gothofr. animadv. c. 2.*

Ad l. 9.

Vers. Non difficile. Obst. *l. 59. in f. ad SCt. Trebell. l. 15. §. 1. de adopt. l. 6. pr. quod cujusq; univers. nom. l. 13. de duobus reis. l. 93. d. solut.* Resp. in his, quæ ab ipsa tutoris persona dependent, non potest fieri, ut, cum una tantum persona sit, plurium vicem sustineat. *h. l. 9. l. 13. §. 4. ad SCt. Trebell.* At vero in iis, quæ ex natura diversi patrimonii pupillorum, aut vero ubi quis ex diversis causis diversum jus habet, ibi etiam diversimodè quis considerari potest, ut quasi diversarum personarum loco ei datur. Breviter: Una persona non est vice duarum personarum quatenus talis, sed tamen una persona diversum jus & diversum respectum potest habere, *d. l. opp.*

Ad l. 10. pr.

Vers. Sed an. Obst. *l. 58. §. 1. mandati.* Resp. Pactio nocet creditoribus absentibus privilegiariis quoad partem debiti *h. l.* sed non privilegium *d. l. opp.*

Ad eand. l.

Verb. In quibus hypotheca. Obst. *l. 46. §. 3. de jur. fisc. l. 2. C. in quib. causis pign. tacit. contrahat. l. ult. C. de privileg. fisci.* Resp. Fiscus in omnibus contractibus jus tacitæ hypothecæ, sed non quoties in alicujus privati jus succedit, licet

ex

ex suo tempore successerit, incipiat suum habere privilegium, scilicet quoad cœteros creditores postea supervenientes *l.6. de jure fisci*, *l.60. §. 1. de condit. & demonstr.* Præterea non habet tacitam hypothecam fiscus in pœnalibus debitis, *arg. l.3. l.9. C. qui pot. in pign. l.17. de jure fisc. vid. Ex.26. th.15.*

Ad l. 17. princip.

Obst. *l.48. h.t.* Resp. Aliud est ultra acceptum obligare ad plus reddendum, quod non potest fieri *per h.l.17.* aliud est, certam legem sive pactum adjici, sub quo tradatur res alteri *d.l.48. Bachov. ad Treutl. vol.1. Disp.6. th.10.*

Ad eand. l. ¶. 6.

Obst. *l.22. d. constit. pecun.* Resp. Constitutum præsupponit obligationem præcedentem aliam. E. quasi substitutum in locum prioris prodest heredi vero *d.l.22.* non ita pactum *h. §.6.*

Ad l. 23.

Obst. (1) *l.52. de solut. l.13. §. 1. de acceptil.* Resp. Per solutionem sive veram sive imaginariam sive fictam extinguitur ipso jure debitum. Nunquam verò ita per pactum de non petendo, quod tribuit soli fidejussori exceptionem. Obst. (2) *l.28. §.1. de jurej.* Resp. Per juramentum asseveratur nihil deberi, sed per pactum reverà debitum remittitur soli fidejussori.

Ad eand. l.

Verb. Quod nihil ejus interest, &c. Imo dicit Gothofred. multum interest, quia hac ratione fidejussori non tenebitur Reus: Verum Resp. fidejussor hoc casu opus habet, ut conveniat reum sive debitorem principalem, quia nihil solvit pro reo. Vid. *Godofr. animadv. c.3.*

Ad

Ad l. 27. princip.

Verb. Nec alteri nocere, &c. Obst. *l.* 2. *l.* 13. *l.* 16. *de accept.* Resp. Agitur ibi de solutione, quæ ipso jure extinguit debitum, non de pacto. Præterea opposita, *l.* 28. *de jurej.* Resp. Jam dictum est *l.* 27. *de jurejur. add. th.* 50. *n.* 3.

Ad ejusd. l. §. 2.

Opp. *l.* 95. §. 4. *de solut.* Resp. *in h. l.* 27. §. 2. dicitur, quod Creditor pactus de non petendo, posteaque rursus de petendo paciscens, nimirum prioris generis pacti elidere ac vicissim vigore pacti posterioris exigere debitum possit, non quidem ipso jure h. e. ut ex ipso pacto posteriori actionem instituat, uti in stipulatione fieri potest, sed ut antiquam suam actionem repetat, atque si ipsi reus ex priori pacto exceptionem opponat, tunc ipse ex posteriori pacto replicet. Ast in opposita, *l.* 95. §. 4. hæc sententia opponitur, quod naturaliter tamen, sive salva æquitate naturali obligatus non modo numeratione sive solutione (quæ obligationes etiam civiles dirimit) sed vel pacto justo i. e. cum æquitate conjuncto *l.* 52. §. 2. *de pactis*, obtinere possit, ut ipso jure sive in totum ac penitus liberatur, *add. Exerc. d. th.* 161. & ibi dictata vers. cæterum.

Ad eand. l. eund. §.

Vers. Ead. ratione. Opp. *l. ult. h. t.* Resp. in *Exerc. h. th.* 40. *l.* 27. §. 2. *h. t.* non dicitur, quod Reus suo pacto de novo possit obligare fidejussorem, sed quod eadem ratione, qua reus se novo pacto obstringit, fidejussor quoque proprio suo pacto se obstringat.

Ad eand. l. §. 6.

Verb. Totam obligationem submoveri. Obst. (1) *l.* 24. *de rescind. vendit.* Resp. *in h. l.* 27. agitur de alterna-

ternativè debitis, in quibus electio est debitoris; hîc enim pactum de alterutra re non petenda initum, loco solutionis istius, quam eligere poterat, opponere potest, *confer. l. 85. princ. & §. 4. in fin. d. V. O.* In opposita verò *l. 4.* proponitur casus, ubi electio esset venditoris *l. 25. princip. de contrah. emt.* ejusdemque etiam actoris, & rectè pretium petituri pro toga, si eam tradere sit paratus, & sine lancis emtio maneat, pepegerit, *conf. h. ipsa l. 27. §. 6. vers. sed si id actum.* Opp. (2) *l. 13. §. 6. de acceptil.* Resp. Speciale est in hac lege opposita quod stipulatio fuerit conditionalis, & pendente conditione Stichus sit mortuus, adeoque existente conditione adparuerit, cum non fuisse debitum, nec proinde acceptum ferri potuisse, *l. 12. eod. titul.*

Ad eand. l. §. 7.

Obst. *l. 18. de opt. leg.* Resp. Aliud est pacisci de non petenda specie certa, sub genere debito comprehensa: aliud repudiare legati generalis speciem, quod non paciscitur, is in idem placitum cum adversario consentit & proinde speciem remissam iterum exigere non potest, qui verò ab herede oblatam generalis legati speciem repudiat, is ab eo dissentit & repudiando non tam id agit, ne oblatam speciem unquam acquirat, quam ne acceptando elegendi facultatem (quippe quæ prima detestatione consumeretur *l. 20. de option. leg.*) perdat, sed potius liberam sibi servet, ut vel ipsam illam oblatam, vel meliorem aliam rem eligat.

Ad eand. l. §. ejusd.

Verb. Alii autem: Opp. (1) *l. 32. §. 3. de condict. indebiti*, ubi generalis & alternativa obligatio comparantur, igitur in casu §. 7. idem videtur dicendum, quod *in* §. 6. decisum. Resp. Similitudo ista non procedit in quibuslibet alternativis, ut patet ex collatione *l. 19. d. l. 2.* Opp. (2) *l. 13. §. 4. de acceptil.*

Resp.

Resp. Aliud est in acceptilatione, quæ solutioni æquiparatur *l. 5. d. acceptil.* solutio enim obligationem totam semper perimit, nec interest, hujus vel illius electio fuerit.

Ad eand. l. §. 9.

Quæ circa *h. §.* occurrunt dubia explicantur in *Exerc.* 47. *th.* 9.

Ad l. 28. §. 1.

Opp. *l. 56. §. penult. d. furt. l. 7. §. si tutor pro emt. l. 157. d. R. I.* Resp. Curator est domini loco, quoties vel ex utilitate furiosi vel prodigi rem administrat, non cum eos spoliat in *d. §. si tutores* ideoque liberationem furiosi acquirere, non autem remittere debitum & liberare debitorem furiosi ipsi permissum *l. 22. C. d. pact. l. 46. §. ult. d. admin. tut. l. 11. & 12. d. curat. furios.* ne quid liberalitatis causa *l. 7. d. donat.*

Ad l. ejusd. §. 2.

Imo definitum est, quod filius & servus liberam peculii administrationem habentes, possint alienare *l. 18. d. pign. l. 10. C. quod cum eo &c.* Resp. an possint remittere & donare hoc non satis expeditum, sed dependet id vel ex expressa, vel præsumpta patris dominique voluntate. *vid. l. 7. d. donat. add. Exerc.* 40. *th.* 6.

Ad l. 33.

Obst. *l. 56. §. 1. d. V. O.* Resp. diversi sunt casus, in hac *l. 33.* proponitur pactum expressum, quo id factum fuerit, ut uni heredi præstetur liberatio obtingeret. At vero *in l. opp.* proponitur casus, quo principaliter de obligatione, sed in unum tantum heredem constituenda fuit actum, quod tamen cum adversus LL. esset (quæ obligationem à defuncto incipientem pro partibus hereditariis inter heredes dividunt *l. 6. C. famil. hercisc. l. 26. C. d. pact.*) isto modo effici non potest, nec proinde ex eadem conven-

tione colligi quasi contrahentes revera id egerint, ut obligatio quidem in omnium heredum personis consisteret, veruntamen quoad cæteros Titii coheredes inefficax esset. Quo enim minus peractum tacitum inde colligi possit, impedit, quod nihil de liberatione sed omnia de obligatione in *d. l.* 56. proponantur acta. Quæ & ipsas ita accipere, ut à juris dispositione obligatio defuncti pro hereditariis portionibus in heredes ejus transeat, intelligi potest, quod in casu *h. l.* 33. cohæredes illius filii, à quo ne peteretur, defunctus est pactus, non teneantur in totum, sed in id, tantum, quod detracta portione filii est reliquum. Nec obst. *l.* 104. *pr. d. leg.* 1. ubi uno herede excepto reliqui totum debeant, quia ibi sermo est de obligatione ex causa legati, quod non ab ipso testatore sed ab herede deberi incipit, nec unquam in persona ejus, quem testator excepit, subsistit, cui solutioni non est iterum *l.* 84. §. 4. *d. legat.* 1. quia ibi agitur de corporalibus legatis, non de quantitate: Quantitas vero integra de cohæredum reliquarum portionibus haberi potest. *l.* 58. §. 3. *ad Sct. Treb. vid. Exerc.* 6. *th.* 48.

Ad l. 35. *in fin.*

Obst. quod aliàs non quidem propter unum instrumentum vel fideicommissi prætextu transactiones possint rescindi *l.* 19. *l.* 29. *C. d. transact. l.* 122 §. *fin. d V. O. l.* 3. § 1. *d. transact.* Resp in istis LL. opp. non agitur de casu, ubi dolus subest.

Ad l. 48.

Opp. (1) *l.* 17. *h. t.* Resp. jam est ad *dict. l.* 17. Et ead. resp est ad *l.* 9. *C. de non numerat. pec.* Opp. (2) *l.* 3. *C. d. usur.* Resp. pactum traditioni adjectum non debet repugnare naturæ contractus, cui adjicitur: ita mutuo non inest pactum adjectum de usuris per *h. l.* 3. Opp. (3) *l.* 3. §. *ult C. d. pact. inter emt. & vendit.* Resp. Est ibi casus exceptus, ut & in *l.* 11. *d. relig & sumpt. fun.*

Ad l. 56.

Opp. *l. 5. d. rescind. vend.* Ex quo textu apparet, non posse pro parte resolvi contractum, add. *l. 11. l. 13. d. act. emt. l. 43. d. pact. l. 2. locati.* Resp. per pactum de non petendo contractus non resolvitur, sed exceptio tantum acquiritur, Salvo manente contractu, & salva aliàs obligatione utrinque.

Ad l. 58.

Vers. Illud. Opp. *l. 2. C. d. pact. inter emt. & vendit.* Resp. si pactum de retrovendendo appositum sit aut in ipso contractu aut in continenti post contractum, valet etiam ad producendam actionem, *d. l. 2.* sed non ad resolvendum contractum. Aliud enim est id agi, ut à pristino negotio discedamus: aliud vero ut novæ quædam obligationes constituantur. Quod si pactum ex intervallo additum sit, neque ad agendum prodest, neque ad resolvendum contractum, re non amplius integra, de quo pacto ex intervallo loquitur *h. l. 58. in fin.*

Ad l. pen.

Opp. (1) *l. 48.* Resp. h. l. opp. loquitur de casu, quo quis rem in alterum transfert sub certa lege; hæc vero lex pen. de onere, quo quis rem alienam vult afficere, cujusmodi pactum non valet. Opp. (2) *l. fin. C. d. reb. alien. non alien. l. 155. §. 3. d. V. O. l. 3. C. d. condict. ob causam datam & similes.* Resp. valet pactum inter duorum prædiorum dominos, quorum alter ab altero nihil accipit, ne prædium invito domino alienetur h. l. pen. sed si traditioni seu contractui, quo rem meam in alterum transfero, pactum adjiciatur, ne res alienetur, alienatio est prohibita dd. texx. opp.

Ad l. ult.

Opp. *l. 22. §. 2. h. t.* ubi etiam ad illam responsum.

TIT. XV.
De Transactionibus.

Ad l. 3. ¶. 2. verʃ. fin.

RESpondent. Obst. *l.* 25. ¶. *antepen. in fin. de pet. hered.* Resp. Sunt diversi casus, in *h. l.* 3. & text. opp. *l.* 25. Nam in *l.* 25. proponit debitum exactum & una cum hereditate à possessore vero heredi restitutum esse, merito itaque debitores habentur pro liberatis. In *h. l.* 3. ¶. 2. verò Mævius tantùm nude jactavit se esse heredem: & non tanquam negotiorum gestor à nomine hereditario solutionem accepit, sed nomine proprio. Præterea pecunia soluta non directò & propriè ex causa hereditaria sed ex causa transactionis & ita quasi propriæ negotiationis.

Ad l. 8. princip.

Verb. Divus Marcus. Obst. *l.* 23 ¶. 2. *de condict. indebiti.* ubi SCto adscribitur, quod hîc orationi Principis. Responsio habetur, *in Exerc.* 1. *th.* 64. *verʃ. hinc quod uno p.* 39.

Ad eand. l. §. 12.

Verb. Neque de habitatione. Opp. Quod aliàs habitatio alimentorum nomine veniat *l.* 6. *l. ult. de aliment. leg. l.* 43. *l.* 44. *d. V. S.* Resp. In textu opposito largius accipitur appellatio alimentorum, quia ibi agitur de alimentis præstandis: hîc strictius, quia agitur de iis remittendis.

Ad eand. l. §. 17.

Verb. ult. Transactionem esse irritam. Opp. Quod aliàs solemnia non tam stricte attendantur *l.* 1. *de ventr. inʃpic.* Resp. Propter favorem partus ibi quid indulgetur.

Ad

Ad l. 9. princip.

Verb. Submovetur. Opp. quod debeant submoveri, quia transactio generalis extenditur ad jus postea ex successione v. g. fideicommisso quæsitum *l. 112. §. ult. d. V. O.* Resp. Fideicommissum in isto casu lege opposita ipso instrumento fuit relictum, de quo & tempore transactionis satis constabat, & frater unus vivo fratre nihil movit, sed mortuo fratre putavit sibi tunc jus competere fideicommissi petendi: itaque nulla causa petendi supervenit, sed & fuit eadem hereditas patris, super qua transactum est, at in casu *l. 9. h. t.* dicitur, quod transactio de certa portione facta non obsit, quo minus alia & ex alio jure & nova causa accedens portio peti possit.

Ad l. 9. §. 2.

Opp. *l. 78. infr. ad SCt. Trebell.* Resp. Non agitur in textu opposito de dolo.

Ad l. 14. in fin.

Opp. *l. 3. princ. h. t. de transact.* Resp. In ista *lege* 3. agitur de transactione inita inter scriptum heredem & legitimum, & dicitur quod nihilominus Legatarii, quippe quorum jus totum ex testamento & testatoris dispositione dependet, contra scriptum heredem actiones salvas habeat, *conf. l. 29. §. 2. de inoff. test.* alia est ratio creditorum hereditariorum, quod interposita transactione inter scriptum & legitimum heredem pro parte hereditatis, quàm usque in transactione expressit, in utilibus actionibus, etiam contra legitimum heredem rectè excipiuntur, *h. l. 14.*

LIB.

LIB. III.
TIT. I.
De postulando.
Ad l. 1. §. 3.

OBst. *l. 51. de procurat.* quod minor non possit esse defensor, E. nec Advocatus. Resp. Neg. Cons. Defensor enim non habet mandatum, adeoque si deinde non ratum habeat & judicatum non solvat principalis, minor potest restitui in integrum, Dominus verò qui constituit minorem procuratorem per mandatum, non potest non ejus gesta approbare *vid. th.* 30.

Ad eand. l. §. 6.

Obst. *l. 3. de his qui not. infam.* Resp. Qui operas suas locavit, ut prodiret artis ludicræ causa in scenam, neque prodiit, non notatur infamia *d. l. 3. oppos.* Excipitur ille, qui ut cùm bestiis depugnaret, operas suas locavit, hîc enim etsi non depugnaverit, turpitudine notatur *l. 1. §. 6. h. t.* Nam hîc vitam & sangvinem promercalem habuit, vid. *Petr. Fab. l. 1. Sem. c. 12.*

Ad eand. l. §. 10. in fin.

Opp. *l. 7. C. de sent. pass.* Resp. In textu nostro agitur de restitutione, quæ distinguenda est ab indulgentia generali, simplici & nuda, quæ integram & illibatam existimationem non reservavit *d. l. 7. oppos.* Sic etiam restitutione bona per sententiam ablata recuperat condemnatus, non indulgentia, *l. 2. C. de sent. pass. & restit.*

Ad l. 3. §. 1.

Opp. *l. ult. in fin. C. de leg.* Resp. Licet alibi etjam id attendatur, quod quondam fuit, tamen in hoc Edicto prohibitivo solum affinitates præsentes attenduntur.

Ad

Ad l. 8.

Verſ. Diog. Opp. *l. 4. §. 8. d. re milit. item l. 5. d. decur.* Reſp. intricata hæc res eſt, quid obtineat circa reverſum de exilio explicatur ad *th. 23. Ex. 7. verſ. quæritur.* ubi etiam *h. l. 8.* & quæ videntur obſtare explicantur.

Ad l. ult.

Obſt. quod iſte tutor videatur prævaricationis crimen incurrere *l. 3. §. quod ſi, de procurat.* Reſp. ſingulare eſt de tutore, qui jam non propriam, ſed pupilli perſonam repræſentat.

TIT. II.

De his qui notantur infamiâ.

Ad l. 2. pr.

VErſ. Etſi princeps. Obſt. *l. 13. §. 3. d. re milit.* Reſp. plerumque adjicitur, ut dicitur in *h. l. 6.* Licet vero non adjiciatur, tamen ex ipſo facto conſtare poteſt, quæ miſſio ſit ignominioſa v. g. ſi præfectus cohortis inſignia militaria detraxerit militi *h. l. 2. §. 2. verſ. ſed et ſi.* Exauctoratio enim verbalis ſolum militem non reddit infamem. *l. 4. §. 8. d. re milit.*

Ad l. 3.

Opp. *l. 1. §. 6. verſ. & qui operas. de poſtul.* ubi etiam hæc pugna ſoluta: porro illis verbis: ut etiam conſilium: opp. quod nunquam conſilium ſeu cogitatio puniatur *l. cogitationis 18. d. pæn.* Reſp. Conſilium ſumitur vel pro nudo conſilio in mente retento, & non poteſt puniri *d. l. 18.* vel pro eo, quod actu quodam exeritur: & hoc punibile eſt *add. Exerc. 48. th. 4.*

Ad l. 6. §. 2.

Verb. Vel heres furti. Opp. quod heres non teneatur actione pœnali furti *§. 1. h.* sed perpet. & temp. action. aliquando tenetur, & talis casus habilis hic præsupponendus vid. *Exerc. 46. th. 83. in fin.*

Ad eand. l. §. 6.

Verb. Mandato versatus male. Opp. quod mandatum morte finiatur *l. 26. mand.* Resp. loquitur textus in *h. l. 6. d. inchoat.* neg. quod heres continuat, sed male in eo versatur. *vid. Exerc. 22. th. 16.*

Ad eand. l.

Vers. Non tamen hoc movetur dubium quod tutela quædam videatur esse species depositi & mandati. Resp. licet aliqua intercedat similitudo, species tamen non est.

Ad l. 12.

Obst. (1) *l. 66. pr. d. R. N.* Resp. ibi filius ipse elegit talem sponsam; in casu vero *l. 12.* jussui patris obtemperavit. Obst. (2) *l. 4. in fin. C. d. incest. nupt.* Resp. ibi incestus est conjunctus.

Ad l. 13. §. 7.

Opp. quod pœna non judicis autoritati, sed legi servata sit *l. 1. §. quorum ad SCt. Turpil. l. 131. l. 244. d. V. S.* Resp. non tamen excluditur judicis arbitrium pro ratione circumstantiarum.

Ad eand. l. §. 8.

Obst. *l. 2. ff. stellionatus.* Resp. solet, cum hoc crimen sit varium, ideo famosum esse, si subsit causa famosa, adeoque ali-

quando fiat condemnatus infamis, aliquando non prout judex hoc crimen coercere voluit, *add. Exerc.* 48. *th.* 109.

*Ad l.*22.

Obst. *l. pen.* §. 2. *d. variis & extraord. cognit.* Resp. Ictus fustium irrogat infamiam, si subsit causa famosa.

TIT. III.

De Procurat. & defensoribus.

Ad l. 1. *pr.*

VErb. Qui aliena. Obst. *l.*34. Resp. Procurator in rem suam dicitur respectu commodi ex cessione provenientis, in se autem aliena negotia tractat *add. th.* 26.

Ad eand. l.

Verb. Mandato domini. Obst. *l.*35. *pr.* Resp. Hæ personæ sunt loco procuratorum, quibus singulariter ex Edicto prætoris permittitur sine mandato agere. vid. *th.* 28. *conf. l.* 8. §. *sed etsi forte. judic. solv.*

Ad l. 2. §. 1.

Obst. *l.* 2. *in fin. d. jure Codicill. l.* 17. §. 11. *d. injur. l.* 124. *d. R. I.* Resp. Furiosus non habetur absentis loco, ubi subsequens ratihabitio est necessaria, ut hoc casu *l.* 2. quia scilicet furiosus propter defectum mentis & voluntatis non potest ratam habere. In quibus autem causis neque præsentia, neque consensus est necessarius, ibi computatur, si aliquis ejus respectus habetur, ut *in l.* 99. *d. jud. l.* 46. *eod. l. ult.* §. 1. *d. ædil. edict. l.* 46. *d. O. & A.* Alias vero absentis & dormientis habetur loco, quando scil. ejus facto & voluntate, quæ nulla est, agitur & requiritur, ut in text. opp.

Ad l. 3.

Opp. (1) *l. 6. §. 1. quod cujusque universitatis*, quod scilicet ad rem nondum controversam dari non possit. Resp. Licet res nondum existat, adeoque actu nondum possit esse procurator respectu illius rei, tamen nihil prohibet, quo minus Dominus in futurum sibi prospiciat de procuratore, qui casu eveniente exerceat officium. Opp. (2) quod Syndicus seu procurator universitatis non possit ad futuram controversiam constitui *d. l. 6. §. 1. quod cujusque univ. nomine.* Resp. in decretis major certitudo & solennitas requiritur, & adjicitur quoque in isto §. quod non amplius ista scrupulositas juris veteris attendatur.

Ad l. 8. §. f.

Obst. *l. 45. princip.* Resp. in *h. l.* 8. agitur de procuratore, in textu opposito de defensore.

Ad l. 27. pr.

Verb. Si quis omnia judicia. Opp. *l. 17. rem ratam hab.* quod scilicet etiam pars judicii transferri possit. Resp. Hæc *l.* 27. loquitur de mandata tota causa: oppositus textus loquitur de casu, quo mandatum non habuit is, qui egit, in arbitrio igitur domini est, quod non mandavit, pro parte solum ratum habere gestum.

Ad eand. l. §. 1.

Verb. Verius est committi. Obst. *l. 1. in fin. quib. mod. pign. vel. hypoth. solvitur.* Resp. In textu *l.* 27. agitur de procuratore actoris, qui judicatum solvi; satis accepit h. e. cui satisdatum est per fidejussores: Hinc si in dominum scilicet Actorem judicium transferat, stipulatio committitur & simul actio utilis ex stipulatu in Dominum transfertur. In textu verò opposito agitur de defensore, qui sine mandato defensionem rei susce-

suscepit: hîc enim aliter admittitur, quàm cum satisdare judicatum solvit, *§. 5. de satisd.* Si igitur hoc judicium in Dominum scilicet reum transferatur, extingvitur stipulatio judicatum solvi, & fidejussores quos ob rem judicatam dedit defensor, non tenentur *l. 1. §. fin. quib. mod. pign. solv.* Sic etiam liberantur fidejussores, si per adpellationem interpositam judex mutetur, nisi aliud stipulationi subjiciatur, *l. pen. judicat. solv. add. l. 3. eod.*

Ad l. 29.

Obst. *l. 55. eod.* Resp. itidem textus *l.* 29. agit de procuratore Actoris; Lex autem opposita de procuratore rei, de quo ibi dicemus.

Ad l. 31. §. 1.

Obst. *l. 5. §. pen. jud. solvi.* Resp. Agitur ibi de pluribus heredibus & de pluribus fidejussoribus procuratorem dantibus, lite jam contra dominum sive principalem defunctum contestatâ. Hujus enim litis ab uno domino semel suspecta defensio, postea per plures heredes aut fidejussores datis pluribus procuratoribus scindi non debet, ne actor incommodo afficiatur.

Ad l. 33. §. 2.

Opp. *l. 2. pen. §. ult. de publ. judic.* Resp. Patet ex *th.* 35. quod scilicet procurator sive defensor admittatur, ne absens innocens damnetur, *h. l.* non verò admittitur procurator, ut ipse causam agat d. textu opposito.

Ad eand. l. §. fin.

Opp. *l. 70. in fin. h. t. de procurat.* Resp. (1) Patet ex *th.* 35. versiculo: unum ergo quæritur. Resp. (2) Distingvendo, an procurator in rem suam ex causa lucrativa sit an ex causa necessaria sive non lucrativa. Ille Dominum defendere tenetur, hîc non tenetur, nisi in fraudem negotium sit gestum, v. g. si qui alteri

alteri bona sua donabit, & forte postea à creditoribus suis conveniatur, cogitur cum donatarius defendere: quippe qui est procurator in rem suam ex causa donationis sive lucrativa *d. l.* 70. ubi subest causa fideicommissi, nimirum pater filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium Creditorem suum. Hic autem Sempronius administrata tutela moriens reliquit fratrem suum heredem Mævium, hîc Mævius moriens reliquit heredes Cajum & Sejum, hos heredes pupillus convenit actione tutelæ gestæ à Sempronio. Quæritur, an Titius, cui nomen relictum est, uti dictum, heredem defendere debeat? Et dicitur in *d. l.* 70. debere Titium defendere heredes, quia scilicet illud nomen ad Titium pervenit ex fideicommisso. Exemplum causæ oneratæ sive non lucrativæ & necessariæ est in *l.* 34. *h. t.*

Ad l. 35. §. *fin.*

Obst. *l.* 2. *in fin. Si ex nox. causa ag.* Resp. In hujusmodi cautionibus defendere quisque videtur is procurator, qui patitur venire in possessionem adversarium, quia scilicet Dominus idem interdum id facit, ut potius patiatur adversarium, quam præstet cautionem. Fieri namque interdum potest, ut cautio petatur magni damni nomine instantis, cum tamen documenta tantum ruinosa sint, in cujus possessionem venit adversarius. Idem etiam de cautione legatorum præstandorum causa, ut scilicet recte censeatur defendere procurator, etiamsi patiatur legatarium venire in possessionem rerum hereditariarum, si scilicet domino hoc & heredibus expediat, forte ob non magnam utilitatem heredis. Idem contingere potest in operis novi nunciatione & in actione noxali.

Ad l. 39. §. 1.

Vers. Neque enim. Obst. *l.* 9. §. *non. de jurejur.* Resp. Ex jurejurando procuratoris ipsi delato & ab eo præstito non

non competit domino directa actio *h. l.* 39. sed utilis, ut & exceptio *d. l.* 9. Similia exempla in aliis legibus occurrunt, ut in *l.* 1. *de remiss. j. l.* 1. *Si usufr. pet.* (2.) *l.* 41. *de pign. action. it. l.* 22. *de pign.* (3.) *in l.* 8. *de noxal. action. it. l.* 4. *in fin. communi dividundo.* (4.) *in l.* 1. *de Salv. interdict. it. l.* 1. *C. de precario.*

Ad l. 40. §. 3.

Verb. Non compellitur. Obst. *l.* 2. *C. de consort. ejusd. titul.* Resp. Post litem contestatam non compellitur procurator ad cautionem; quia censetur remissa *h. l.* 40. §. 3. *It. l.* 57. §. 1. *eod.* Diversa est ratio consortis litis, qui etiam post litem legitimè ordinatam commune negotium quibusdam absentibus gerit sine mandato, modo caveat de rato *d. l.* 2. *oppos.*

Ad l. 42. §. 1.

Obst. *l. ult. C. d. injur.* Resp. text. hujus tit. loquitur de actione ex L. Cornel. civiliter intentata *vid. Ex.* 7. *th.* 32. *vers. excipiuntur*; text. vero opp. de actione injuriarum criminali. *vid. Ex.* 48. *th.* 58.

Ad eand. l. §. 6.

Obst. (1) *l.* 48. *fam. hercis.* Resp. promittitur in judicio familiæ herciscundæ etiam procuratorem dare, si ipsi heredes nolint suscipere judicium: si vero velint procuratorem dare; unum dare necesse est. Obst. (2) *l.* 15. *d. autorit. tut.* Resp. non valet argumentum hîc à Tutore ad procuratorem; nam ibi tutor neque agit neque defendit, sed pupilli ipsi agunt, tutore tamen autore: at casu *l. hujus* 42. §. 6. ageret & defenderet idem procurator, deinde hic fiunt adjudicationes & condemnationes, ibi non item nisi essent cohæredes.

Ad

Ad l. 47.

Verb. nominatim præcepit. Opp. *l. præced.* 46. §. *ult.* ubi non videtur expreſſo mandato opus. Reſp. text. cum textu eſt conjungendus, & utriuſque textus ſententia hæc eſt: Si duo ſint procuratores omnium negotiorum unius & ejusdem domini, quorum alter ſit debitor domini, non poteſt cum eo alter agere procurator, niſi ei nominatim & ſpecialiter mandatum ſit, quia ſcilicet procurator à ſe ipſo debet exigere & non demum ab altero exigi *l.* 18. *l.* 35. *&* 38. *d. negot. geſt.* Sic & tutor à ſe ipſo exigere debet *l.* 9 §. 5. *d. admin. & peric. tut.* Si vero Dominus ſpecialiter alteri procuratori mandaverit, ut exigat ab altero, voluntas domini eſt ſervanda.

Ad l. 45.

Verſ. Nulla. Obſt. *l.* 8. §. 3. *h. t.* uti hæc ſupra ſoluta.

Ad l. 55. *h. t.*

Obſt. *l.* 29. *h. t.* Reſp. ibi eſt ad hanc legem explicatum. Præterea Obſt. *l.* 3. *C. de novat. l.* 3. *C. mand.* Reſp. *tex. l.* 55. loquitur de re non integra, v. g. ſi jam debitori denunciaverit procurator, texxt. v. opp. de re adhuc integra.

Ad l. 60.

Obſt. *l.* 58. Reſp. text. hujus legis loquitur de procuratore cum libera, qui etiam, ſi utilitas domini ſuadeat, alienare, permutare & tranſigere poteſt. *vid. Exerc.* 6. *th.* 55. *n.* 2. *& Ex.* 7. *th.* 25 *n.* 4. Alii reſpondent aliam rationem eſſe tranſactionis, ubi quid remittitur; aliam permutationis, ubi res pro re ſubſtituitur, forte magis utilis domino.

Ad l. 63.

Obſt. *itid. l.* 58. & eadem ſecundario quod ſcilicet hic text. agat de procuratore ſine libera; *text. in l.* 58. de procuratore cum

libera

libera *l.* 20. quod specialis sit ratio permutationis, per quam alia res in locum alterius substituitur, *conf. l.* 22. *inf. de petit. hered. l.* 10. *seqq. de leg.* 2.

TIT. IV.

Quod cujuscunque universitatis nomine vel contra eam agatur.

Ad l. 4.

OBst. *l.* 4. *d. tut. & curat. datis ab his &c.* Resp. habetur in dictis ad *th.* 43. *in f.*

Ad l. 6. §. 1.

Vers. Sed ita. Obst. *l.* 3. *d. procurat.* ubi hæc pugna antea soluta.

Ad l. 7. §. 2.

Vers. Sed si. Obst. *l.* 85. *d. V. S.* Resp. in uno conservantur jura universitatis & interim dum alii non accesserunt, universitas quidem proprie loquendo non est. Ab uno vero incipere universitas non potest, nec etiam perpetuo in uno consistere *d. l. app.* 85. sed ut diximus, ad tempus conservari & repræsentari in uno potest *conf.* §. 18. *h. d. legat. l.* 22. *de legat.* 1.

TIT. V.

De negotiis gestis.

Ad l. 1.

OBst. *l.* 36. *d. R. I.* Resp. temeraria inconsulta & non necessaria immixtio ibi culpæ adscribitur. *add. l.* 46. *de minorib. l.* 25. *d. R. V. l.* 3. §. 10. *l.* 24. *d. negot. gest.* Neque sensus est, quasi nemo

 sine

sine culpa possit sese unquam rei alienæ immiscere. Nam officio magis pio fungitur, quam culpa alligatur, quia justa affectione bonaque fide rem gerit alienam. Neque enim culpa dici potest amici rem servare, amico officiis & fide prodesse. *l.* 1. 2. *& t. t. h.*

Ad l. 3. §. 6.

Verb. Neque heredis. Obst. *l.* 28. §. *ult. d. stipul. serv.* Resp. verè textus hujus tit. eo respicit, quod nondum sit negotium heredis: text. opp. eo respicit, quod quoad effectum negotium ad futurum heredem pertineat: vel quod hereditas repræsentet heredem postea futurum. Breviter: tex. h. tit. loquitur de veritate; tex. opp. de dictione seu repræsentatione legati.

Ad l. 6. §. 6.

Verb. Nihil agitur ratihabitione. Obst. *l. un. C. si in comm. ead. causa in integr. restit. postul.* Resp. in text. h. tit. nihil agitur de ratihabitione patris quoad filium, quippe cujus negotia non sunt utiliter gesta; & quod non ratum etiam habet; neque etiam quoad patrem, si nihil ad peculium vel patrem pervenit; tex. v. opp. planè de alio casu agit, ubi ipse ille cujus negotium gestum id ratum habet.

Ad eand. l. §. 9.

Vers. Sic ratihabitio. Obst. *l.* 22. §. 2. *rem rat hab: verb.* Quia nulla res esset, quam Dominus ratam habere possit. Resp. Ibi solum consideratur, quæstio respectu fidejussoris, quos dedit procurator ratione quorum vera hæc ratio est, quod nullum tum subsit negotium domini, quod ratum haberi possit. Alia verò quæstio est de nostro textu, annon per ratihabitionem possit incipere negotium esse meum, & inde ego ipse me ad condictionem indebiti obstringo.

Ad eand. l. §. 10.

Verb. Negotiorum gestorum actione, &c. Obst. *l. 60. d. l. R.* Resp. Solet variè (1) si revera ejus qui postea ratum habuit, negotia fuerint, actio mandati ex ratihabitione nascitur; sin verò non revera negotia mea fuerint, ut quia à non debitore meo aliquid meo nomine exegisti, & ego, cujus nomine à te exactum est, ratum habebam negotiorum obstringor. Alii (2) Resp. Si negotio non plenissimè perfecto accesserit ratihabitio, producitur actio mandati, *d. l.* 60. Sin vero negotium sit perfectum & jam semel negotiorum gestorum actio nata, non transmutatur etiam post ratihabitionem, *h.* §. 9. *l.* 9. *h. l. l.* 9. *C. eodem.*

Ad l. 9.

Verb. Reprobare non possim semel probatum. Obst. *l.* 11. §. 3. *de munerib. l.* 2. *C. de profess. & Med. l.* 6. §. 6. *de excus. tut.* Resp. Negotia nostra quæ semel probavimus, seu rata habuimus, reprobare non possumus. Alia est ratio munerum, ad quæ adsumpti si non rectè fungantur officio reprobari possunt.

Ad eand. l.

Verb. Necesse est. Opp. *l.* 4. *C. si cert. pet.* Resp. Illa mutui datio in *l. oppos.* ipsi domino non fuit utilis, inde eam reprobavit: aliàs dominus de utiliter gestis tenetur, *h. l.* 9.

Ad l. 11. *in fin.*

Obst. *l.* 23. *in fin. pro soc.* Resp. Habetur in *Exerc.* 22. *th.* 24. *vers. nec in quibusdam, &c.*

Ad l. 17. *princip.*

Opp. Actio negotiorum gestorum nascitur ex ipsa negotii gestione, quæ facti, non juris est, *l.* 3. §. 7. *l.* 19. §. 2. *h. t.* atqui

 eorum

corum quæ facti sunt capaces, sunt servi, *l.* 44. *de condition. & demonstr. l.* 41. *de pecul.* Resp. Ipsa quidem gestio facti est, sed obligatio & actio quæ ex ea obligatione oritur juris est, cujus perinde incapax est servus, *l.* 13. *si quis caut. jud. sistitur.* Nec obstat, quod per adeptionem libertatis jam capax sit, quod enim ex gestione nasci debuit obligatio & actio, si eo ipso gestionis tempore nata non fuerit, quia non potuit nec postea incipere potest, *conf. l.* 10. *de Opt. leg. l.* 27. *in fin. de alim. legat. l.* 4. *de capit. min. l.* 98. §. 8. *aream: de solut. & l.* 21. *C. de negot. gest. l.* 1. *&* 2. *C. an servus pro suo facto manum teneatur.* Præterea opposita jam *d. t. C. an servus pro suo.* Resp. Ibi exceptio de singulari casu, ubi quis sub conditione manumissionis pecuniam promisit: tunc etiam manumissus ad istam pecuniam ob manumissionem tenetur solvere post manumissionem. Porro opposita *l.* 8. *§. quod rationes de liberatione leg. l.* 2. *de condition. & demonstrat.* Resp. Corpora rationum edere, & si quas res vel pecunias ex his detinet, cogendus est per prætorem restituere, sed jam ut non ideo præstandæ libertati mora fiat, *l.* 27. *de fideicomm. libert. conf. l. pen. de lib. causa.*

Ad l. 19. §. 2.

Obst. *l.* 13. §. 2. *commodati.* Resp. Alii quod non directa mandati actio detur hoc casu, sed utilis. Alii dicunt, quod in *oppos. l.* 13. quibus sive serviebat quasi amicus, non ignorans se esse liberum & nulla necessitate servili mandatum susceperit.

Ad l. eand. §. 4. *in fin.*

Obst. *l.* 3. *§.* 2. *de contraria tut. actione.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo tutor pecuniam pupilli penes se habet & fœnori non exponit, tunc etiam non potest usuras pro pecunia, quam ipsi impendit petere, sed potius intermissum fœnus cum usuris de propria pecuniâ, quas aliàs petere poterat per *l.* 3. *§.* 1. *eod.* pensare debet.

*Ad l.*23.

Obst. *l.*20.§.18.*verſ.fin.nam Iulianus &c.de petit.hered.* Resp. Alia eſt ratio falſi hæredis, de quo in textu oppoſito. Alia geſtoris negotiorum, de quo hic. Nam falſus hæres, quod accipit in debitum, accipit ſuo nomine, adeoque non tenetur vero heredi id reſtituere, ſed tamen tenetur condictione conventus ei, qui ipſi indebitè ſolvit.

*Ad l.*24.

Obſt *l.*13.*d.A.R.D.* Reſp. text. *h.l.*24. loquitur de eo procuratore, qui verus quidem procurator fuit, ſed qui tanquam ſpeciale mandatum non habuit accipiendæ ſolutionis, neque generale omnium bonorum, quorum tamen alterutrum neceſſarium eſt, ut pecuniæ proprietas per procuratorem acquiratur *d.l.*13.*opp.*3.*l.*1.*C.per quas perſon. nob. acqui l.*8.*C.d.A.P.l.*12.*l.*86. *&* 87.*d.ſolut. add. Exerc.* 41.*th.*5.

*Ad l.*26.*inf.*

Opp. *l.*46.§.1.*de adm.tut.* Reſp. (1) Singulariter ibi quid deciditur ob favorem pupillorum. Reſp. (2) Concurator *in l.*26.*h.t.* demum factus ſit ſolvendo, poſtquam legitimus heres obtinuit. Reſp. (3) Diſtingu. an reſp. poſſederit pro ſuo ut in caſu *h.l.*26. an occaſione debiti, ut in caſu *l.opp.* quo magis Reipubl. quid imputari poteſt. Reſp. (4) præſupponi poſſe poſt victoriam heredis unum ex curatoribus non eſſe ſolvendo factum: & tum utique periculum & damnum erit heredis ſecundum *h.l.*46.

*Ad l.*26.

Opp. *l.pen.d.tut.& rat.diſtrah.* Reſp. non locum habet tutelæ & negotiorum geſtorum directa actio contra tutorem poſt mutatum teſtamentum propter rationem *in l.*29.§.*fin.d.teſt.tut.* ſed utilis in eum dabitur per *h.l.*29.

Ad l. 31. §. 6. *in fin.*

Obſt. *l.* 88. *de ſolut.* Reſp. ibi proponitur alius caſus, ubi liberatio non contingit.

Ad l. 33.

Verſ. Non debet. Obſt. *l.* 3. *C. d. crim. expil. heredit.* Reſp. (1) agitur *in h. l.* 33. de contrectatione poſt mortem viri facta earum rerum, quas conſtante matrimonio ſemper penes ſe habuit; adeoque nec expilatæ ea hereditatis crimen incurrit. Reſp. (2) text. *in h. l.* 33. intelligendus eſt de uxore, quæ quidem res non contrectavit ſoluto matrimonio, ſed res quas jam ante ſemper ſecum habuit intervertendi animo retinuit, & tunc ex æquitate, ut parcatur honori uxoris, ne quidem pro crimine expilatæ hereditatis hoc habetur, ſed prudentius æquius & humanius faciet heres, qui aliâ actione utitur.

Ad l. 35. §. *fin.*

Opp. *l.* 9. §. 1. *d. admin. tut.* Reſp. Imò intereſt pupilli ex priori obligatione ſolvi, non ſolum ſi ſtricta fuit, ſed & ſi bonâ fide ut deberetur ex tutelæ actione, nempe propter privilegium, quod habet actio tutelæ inter cæteras actiones perſonales & propter fidejuſſores, qui dantur quoties cavetur, rem pupilli ſalvam fore.

Ad l. 39.

Opp. *l.* 69. *d. R. I.* Reſp. Ipſa lex ſolutionem operatur & liberationem, quo non pertinet textus oppoſitus *add. Exerc.* 47. *th.* 70.

Ad l. 45.

Obſt. *l.* 11. *ad L. Iul. de ambit.* Reſp. Ipſa lex 45. reſpicit, quod ſcil. loquatur de ſumptibus honeſtè factis.

LIB.

LIB. IV.

TIT. I.

De in integrum restitutionibus.

Ad l. 8.

EXplicatur hæc lex in ipsa *Exerc.* 8. *th.* 47.

TIT. II.

Quod metus causa.

*Ad l.*1.

VErb. Contrariam voluntatem. Obst. *l.*21. *§. ult. h.t.* Resp. vis est contraria voluntati omnino liberæ. Voluntas vero extorta etiam est voluntas, quatenus quis positis illis circumstantiis quid vult, quod alias remotis illis circumstantiis non vellet v.g. Titio latroni vult 100. dare ut vitam servet, quod non vellet, si extra periculum vitæ esset constitutus *add. th.* 10.

Ad l. eand.

Verb. Futuri periculi. Obst. *l. 9. pr. h. t.* Resp. Metus præsens *in l. 9.* opponitur in alia suspicione; futurum periculum verò *in l.*1. non. notat suspicionem inanem periculi, sed periculum magnum, non tamen jam prope instans & futurum, sed remotum.

Ad l. 7. pr.

Opp. (1) *l.* 4. Resp. *l.* 7. agit de infamia, quam minatur quis, quando tamen inferre in ejus potestate non est, vid. *th.* 12. *in fin.*

in fin. textus verò oppositus de infamia vera, ut si cui metus servitutis incutiatur. Præterea opposita (2) *l. 8. §. 2. h. t.* Resp. Distingvendum est inter falsam infamiam & criminationem & delictum importans veram infamiam. De illa est *l. 7.* de hac *d. l. oppos. add. d. th.* 12.

Ad eand. l. §. 1. in fin.

Obst. *l. 4. de condict. ob turpem causam.* Resp. Distingvendum inter condictionem ob turpem causam & actionem quod metus causa. In condictione ob turpem causam spectatur, an turpiter datum sit & denegatur actio ista ei, qui turpiter dedit, *l. 3 de condict. ob turpem causam.* In actione autem quod metus causa non quæritur an turpiter sit datum, nec ne, sed an metu illato datum sit, *d. l. 8. in f. princip.* Quamobrem in casu proposito, adultero sive furi denegatur condictio ob turpem causam, quia turpiter dedit, non tamen denegatur actio quod metus causa, quia metu mortis illato dedit.

Ad l. 9. princip.

Verb. Suspicionem. Obst. *l. 35. §. 2. d. usucap.* Resp. habetur in dict. *ad th.* 13.

Ad l. 13.

Verb. Vis est tunc. Opp. *l. 55. d. furt.* Resp. in textu opposito solum dicitur, quod furtum non committatur tali casu, cum non adsit contrectatio fraudulenta lucri causa, nihilominus vero propter vim admissam incidit in pœnam, *in h. l. 13. propos.*

Ad eand. l.

Verb. fin. Jus crediti non habebit. Opp. (1) *l. 48. pr. d. furt.* Resp. (1) dum fur exhibet rem furtivam, Dominus illam sine vi ad se recepit in textu opp. Resp. (2) itidem in textu solum agitur de furto, quod furtum non committatur; alia

alia est quæstio, an incidat in pœnam *h. l.* 13. quæ tamen etiam in tali casu propter odium furum non obtinebit. Opp. (2) *l.* 10. *§.* 16. *quæ in fraudem credit. alien.* Resp. est ibi singularis casus & exceptus de debitore fugiente, *add. Exerc.* 9. *th. ult.* ibiq; alleg. dissert. nostra de *Vindict. privat.*

Ad l. 18.

Verb. Perinde obligat. Obst. *l.* 29. *d. donat. inter vir. & uxor.* Resp. (1) alia adhuc est ratio uxoris, quippe quæ volente marito sine vi, sed contra prohibitionem legis rem consecuta est. Resp. (2) Nihilominus tamen ibi etiam datur actio per *l.* 50. *eod. tit.* add. solut. dub. *ad th.* 23. *Exerc.* 11. *jung. Exerc.* 30. *th.* 26.

Ad l. 21. §. 3.

Obst. *l.* 36. *d. V. O. l. pen. C. d. inutil. stip.* Resp. in hac *l.* 21. singulariter promissio dotis excipitur vid. *th.* 11. *vers. excipitur.*

Ad l. eand. §. 5.

Opp. *l.* 6. §. *ult. d. Acq. vel omitt. hered. l.* 20. *l.* 28. *eod. tit* in casu *l.* 6. servus metu verberum adierat hereditatem non tantum coactus & invitus, sed etiam fallens h. e. nihil minus in animo habens, quam ut hereditatem adiret. Et licet invitus heres non sit libero animo heres, tamen quamdiu non exercet abstinendi facultatem, quam habet à prætore, est heres.

TIT. III.

De dolo malo.

Ad l. 1. §. 4.

Opp. *l.* 14. *§.* 13. *quod metus causa.* Responsio est *ad th.* 36. *n.* 2. data.

Ad l. 6.

Opp. *l.* 74. *in fin. d. evict.* Resp. Hîc dicitur actio inanis, ex qua cum nihil possit consequi actor actio ex dolo subsidiaria locum habet, in text. v. opp. planè alia quæstio tractatur & deciditur, quod scil. nomine vendito, modo reverà fuerit, non tenetur venditor ad evictionem, licet nomen non sit exigibile vid. *Exerc.* 27. *th.* 23.

Ad l. 7. *princip.*

Verb. Dandam in manumiss. Obst. *l.* 1. *C. an servus ex suo facto.* Resp. textus oppositus non habet locum in illo servi facto, per quod aut propter quod libertatem est consecutus. Ne alioquin impunè ferat, quod dolo malo libertatem sit consecutus jungatur, *l.* 11. *de minorib.*

Ad eand. l. §. 5.

Obst. *l.* 5. *in f. quib. mod. ususfr. amitt.* Resp. est in dictæ thesi 36. *n.* 4.

Ad eand. l. §. 8.

Obst. *l.* 3. *C. an servus ex suo.* Resp. ob pactionem tenetur in factum servus, at si in dolo fuerit, etiam actio dabitur de dolo, uti jam notatum *ad l.* 7. *in pr.*

Ad eand. l. §. 10.

Vers. Qui affirmaverat. Obst. *l.* 13. *princ. d. minor.* Resp. distinguendo, an bona fide affirmaverit, esse eum idoneum, aut non esse idoneum *l.* 8. *cum seqq. & text. opp.*

Ad l. eand. §. *ejusd.*

Vers. Nisi ex magna. Obst. *l.* 14. *in fin. h. t. de dolo.* Resp. non magna dicitur in textu opposito machinatio, quæ potest cadere in pupillum pubertati proximum, uti patet *ex l.*

prec.

prac. 13. Cum igitur magna & in se est hæc machinatio, sed non tanta, quanta est in Majoribus.

Ad l. 9. §. 4.

Vers. De dolo. Obst. *l. 69. d. solut.* Resp. habetur ad *th. 36. n.* 10.

Ad l. 11. §. 1.

Verb. Non dabitur. Obst. *l. 52. §. 5. & 6. d. furt.* Speciale est in rebus castrensis peculii, ut earum nomine filius etiam contra patrem furti agere possit, quia in castrensi peculio filiusfamil. ex constitutionibus pro patrefam. habetur *l. 2. ad SCt. Maced.*

Ad eand. l. in fin.

Verb. Actionem dandam. Obst. *Nov. 152. cap. 1.* Resp. textus oppositus loquitur de restitutione ob ætatem minorennis, uti jam monitum, ad *th. 38. in fin. in solut. l. 2. C. qui & adv. vers. quos*, ad quam se refert *opp. Novell.*

Ad l. 13. princ.

Opp. *l. 4. §. 16. de dolo malo & met. except.* Resp. in actione de dolo, quæ datur contra defuncti heredem, non agitur nisi de calculo *l. 29. h. t.* ut in exceptione doli excipitur & tractatur de dolo.

Ad l. 18.

Opp. *l. 14. quod metus causa.* Resp. agitur ibi de actione quod metus causa, à qua diversa est hæc actio de dolo.

Ad eand. l. §. 2.

Opp. *l. 5. infr. quib. mod. usufr. amitt.* Resp. habetur ad *th. 36. n. 4.*

Ad l. 26.

Opp. *l. 7. ff. l. 8. princip. de tribut. act.* Resp. Colligi potest ex *Exerc.* 20. *th.* 45. *vers. Non igitur.* quod scilicet in opposito textu *l. 8. verb. hac: non est de dolo:* significent non ex delicto pœnalis.

Ad l. 34.

Opp (1) *l. 16. d. P. V. verb. ubi conceditur actio ad exhibendum vel etiam vindicatio.* Resp. Tunc habeo vindicationem aut actionem ad exhibendum, cum id, quod mihi promiseras, ut de fundo tuo eximerem, exemi: quia hoc exemtum jam meum est, quasi traditum mihi à te. At in casu *h. l.* 34. nihil adhuc exemi, sed cum eximere vellem, prohibuisti. Opp. (2) *l. 6. de donat. l. 35. §. f. C. de donat.* unde videtur dari condictio ex lege. Resp. *text. in ff.* loquitur secundum propria juris veteris, quo ex donatione ante traditionem nulla stipulatione interveniente, non dabatur actio; Ex nova vero constitutione Justiniani *d. l. 35.* pactum donationis inter pacta legitima relatum, adeoque actionem scilicet condictionem ex lege producit, *add. Exerc.* 40. *th.* 12. *Exerc.* 6. *th.* 20. *n.* 5.

TIT. IV.

De minoribus XXV. Annis.

Ad l. 1. *princip.*

Opp. Quod prætor restituat minorem contra pacta quæ de jure valent, sed ex æquitate, ne minor lædatur, rescinduntur. Pacta igitur quidem in se sunt alias æqua, sed si minor ob fragile judicium iis pactis læsus, æquum est, ut rescindantur. *Strauch. D. S. th.* 33.

Ad

Ad eand. l. §. 3.

Opp. *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Resp. Textus oppositus loquitur de singulari principis indulgentia, *vid. th.* 53. *Gothofred. animadv. c.* 4.

Ad l. 3. §. 4.

Opp. *l.* 27. *h.t.* Resp. Colligi potest ex *th.* 60. quod scilicet *opp l.* 27. loquatur de casu, quo pater nomine filii consentiens petit restitutionem, quam in præjudicium patris non potest omittere filius.

Ad eand. l. §. 6.

Opp. *l.* 9. §. 4. *h.t.* Resp. *text. oppos.* loquitur de mutatione status per capitis deminutionem maximam & mediam: in *h* §. 6. agitur de arrogatione, quæ non pertinet ad maximam & mediam, sed ad minimam capitis deminutionem.

Ad l. 7. princ.

Opp. (1) *l.* 11. §. 3. *l.* 44. *de minor.* Resp. In *h. l.* 7. nihil aliud dicitur, quam quod ex quovis contractu, ubi scilicet magna subest læsio restitutio detur. In textu opposito solum monetur, quod non ex qualibet læsione concedatur.

Ad l. 8.

Opp. Quod contumax sit in dolo, *l.* 119. *d. R. I.* adversus dolum aut non restituitur minor *l.* 9. §. 2. *h.t.* Resp. Quando minor legitimè citatus quasi contumax condemnatur vero dolo potuit carere, ideoque ut contumaciam excuset, restitutionis auxilium conceditur.

Ad l. 9. §. 1.

Opp. Quod ipso jure promissio non valet, adeoque non opus sit restitutione *l.* 61. *de jur. dot. l.* 48. *in f. h.t.* Resp. Distin-

gvendo utrum Curator sciens mulierem circumvenerit, aut ignorans suam autoritatem interposuerit; priori casu promissio est ipso jure nulla propter dolum Curatoris; posteriori casu valet & mulier petit restitutionem, *h. l.*

Ad l. 9. §. 3.

Opp. *l. 37. §. 1. vers. Sed ut legis.* Resp. Sensus hic non est quasi Minor non possit puniri ob adulterium, sed quod ob ætatem minorennem non possit adulterum, quod confessus est, excusare sive pœnam deprecari.

Ad eand. l. §. 5.

Opp. *l. 7. §. item de publican.* Resp. *text. oppos.* non loquitur de minore, sed de pupillo, nec tamen distincte hoc beneficium pupillo tribuitur, sed sub conditione: Si postea intra 30. dies vectigal solverit.

Ad l. 11. §. 2.

Vers. Cum enim susceptum. Opp. Quod & alii se possint excusare à tutela. Resp. Non alii solent susceptam tutelam deponere, dicit noster textus.

Ad l. 16. princip.

Opp. (1) *l. 9. princ. h. t.* Resp. Restitutio minori tunc magis est commoda, adeoque præordinario remedio conceditur. Opp. (2) *h. ipsa l. 16. §. 2.* Resp. In hac quæstione distingvendi sunt quatuor casus. Primo casu, cum ipso jure minor tutus est, cessat restitutio; altero casu, cum datur minori actio contra eam personam, contra quam vult restitui, denegatur restitutio nisi magis sit commoda; *d. l. 16. §. 2. it. princ. ff. h. t.*

Ter-

Tertio casu, quando actio detur contra aliam personam nec utilior minori est restitutio, hæc denegatur; Ultimo casu, cum utilior est restitutio quam hæc contra aliam personam actio, restitutio conceditur.

Ad eand. l. §. 4.

Opp. *l.* 10. §. 1. *d. l. & l.* Resp. Habetur *in Exerc.* 23. *th.* 20.

Ad l. 24. §. 2.

Opp. *l.* 79. *ad Sct Treb. l.* 4. *C. de repud. sive abstin. hered.* Resp. Minoribus succurrit prætor non solum si damnum aliquod incurrant, sed & si lucrum amittant, *l.* 6. *& seqq. de minor. Ex* 8. *th.* 45. *&* 46. Lucrum autem amittit qui hereditatem lucrosam non vult acquirere cum possit, nec in eo ulla fit injuria Creditoribus & Legatariis, quorum interest potius ut habeant, quem possint convenire, *l.* 55. *de acquir. hered.*

Ad l. 27. §. 1.

Vers. Ut jubeatur venditor. Opp. *l.* 14. §. 3. *de in diem addict.* Resp. Agitur ibi de pacto addito in diem additionis, *add. l.* 1. *de novat.*

Ad l. 28.

Opp. *l.* 1. *&* 2. *C. si advers. transact.* Resp. Etiam adversarius restituitur in iis Speciebus, quæ inter se cohærent: directa autem & contraria tutelæ actio non cohærent.

Ad l. 33.

Opp. *l.* 32. *h. t. de minor.* Resp. Licet alia sit ratio Majorum & Minorum. Hîc in quodam tertio comparantur, & nihilominus privilegium minoris in eo est, ut post agnitum legatum sit pœnitentiæ locus, ut possit abjicere legatum, quod à majore agentium repudiare nunquam possit.

Ad

Ad l. 36. §. 1.

Opp. *l.* 14. *in f. de adult.* ubi qui jure mariti calumniæ periculum non evitare dicitur. Resp. Privilegium mariti est, cum accusat jure mariti, ut possit uxorem etiam ex suspicione, ream adulterii facere, quod extranei facere non possunt sine periculo calumniæ *l.* 30. *C. ad L. Iul. de adult.* nec aliter calumniam metuere debet maritus, quam evidenter calumniator sit.

Ad l. 37. *princip.*

Opp. *l.* 1. *ad L. Iul. de ambit.* Resp. condemnatus quidem ibi restituitur non à prætore, sed Lege Julia præmio restitutio datur. Hîc autem agitur de prætoria restitutione.

Ad eand. l. §. 1.

Verb. Denegatur ei restitutio. Opp. (1) Quod præscriptiones temporales non currant adversus minores *l. ult. C. de temp. in integr. restit.* Resp. Constitutio ista Justiniani loquitur aperte de restitutionibus judiciorum civilium, non criminalium, aut eorum quæ vindictam perinde spectant ac criminalia. Opp. (2) *l.* 1. §. 10. *vers. ad SCt. Turpil.* Resp. Lex opposita ait, desertionem accusatoris non nocere. Diversa enim hæc sunt deserere & omittere, minor deserens non punitur, sed desertio ipsi donatur. Qui omisit accusationem, etiam non punitur, sed nec omissam excusationem, ut repetat, restitutionem impetrare possunt.

Ad l. 42.

Opp. (1) *l.* 55. *de re jud.* Resp. Res judicata regulariter corrigi non potest à judice, singulare est in minore, quod possit restitutionem impetrare *add. th.* 47. Opp. (2) *l.* 6. *princ. C. de appell.* Resp. Aliud est in appellatione aliud in restitutione in integrum, per appellationem iniquitas sententiæ prioris arguitur, adeo coram superiori ea de re agitur judice. Restitutio autem

tem in integrum erroris proprii venia petitur sive etiam adversarii circumventio accusatur, *l. 17. §. f. de minor.*

TIT. V.
De capitis deminutione.
Ad l. ult.

OPp. *l. pen. §. 1. de var. & extraord. cogn.* ubi quarta species status & perinde etiam amissionis status videtur statui, nimirum fama ejusque existimatio & læsio. Resp. (1) Generaliter verbo accepto existimatio est status quidam sive conditio Civilis. Strictius autem vox status de his tribus, de quibus in *l. ult. de cap. dem.* accipitur. Et hoc sensu solum pertinet ad qualitatem Civium, quod alii sint integræ famæ; alii salvo Civitatis jure infames. Resp. (2) Hæc lex penultima loquitur de statu sive existimatione simplici, quam quivis civis, quatenus talis, in civitate habet, Lex verò opposita de existimatione intensiva, secundum quam personæ civiliter æque honestæ sibi invicem præferuntur, *vid. de ea distinct. Dn. Pufendorf. in Jpr. Un. lib. 1. def. 9. §. 1. & 2.*

TIT. VI.
Ex quibus causis majores, &c.
Ad l. 19.

VErb. Possessio plurimum facti, &c. Opp. *l. 49. de A. v. A. P.* ubi dicitur, possessionem plurimi juris habere. Resp. Possessio plurimum facti habet quoad acquisitionem & retentionem, habet tamen alio sensu plurimum juris quoad effectus quosdam *add. Exerc. 42. th. 17. & 23.*

Ad l. 20.

Obst. *l.* 23. §. 2. *h. t.* Resp. Restituit Prætor postliminio reverso & possessionem & lucra omnia, quæ per possessionis amissionem amissa fuerunt, quantum facere potest sine damno alterius; at in proposita specie damnum incurreret is, contra quem daretur restitutio, si Prætor dominium ei auferat dando emptori utilem actionem, quod usucepisset, quod revera non usuceperit. Vel breviter: Prætor succurrit absentibus, ne usucapio contra eos impleatur, non autem succurrit absentibus, ut usucapio verè interrupta continuetur.

Ad l. 23. §. *ult.*

Opp. *l.* 19. §. 2. *h. t.* Resp. Succurrit Prætor absenti, ne rem & possessionem sibi competentem amittat, sed non succurrit, ut alteri res invertatur.

Ad l. 26. §. 9.

Verb. Adjuvari eum debere. Opp. *l.* 39. *h. t.* Resp. *in th.* 73. *vers. si tamen, & th.* 83. *in fin.*

Ad l. 33. §. 1.

Opp. quod illi actibus publicis Præsidum adsint, adeoque videri debeant Reip. causa abesse, unde *Accursius* affirmativè legit. Resp. officium illorum, qui jam notis scribunt, utique privatum est. E. non tam Reip. quam proprii commodi gratia abesse dici possunt *l.* 36. *h. t.*

Ad l. 39.

Obst. *l.* 26. §. *ult. h. t.* ubi hoc dubium solvimus.

Ad l. 41.

Obst. *l.* 3. §. *item quæ de legatis præstat.* Resp. Plenius beneficium est Prætoris in danda restitutione heredi scripto aut legatario ad id, ut possit amissam hereditatem recuperare, vel legatum, quam in conservando legato ex illa edicti parte, quæ est de [illegible] legatis

legatis præstandis in opp. tx. ubi dicitur, non conservari ex illo edicto legatum, quod uni ex personis exceptis jam relictum est, ut debeat pervenire ad alium ex fideicommisso, nempe quia restitutionis potestas major est, ad quam pertinet, ut omnia in pristinum statum restituantur seu reponantur, & præterea favorabilius est legatum, quod petitur ex testamento rupto per bonorum possessionem contra tabulas, de quo in textu opp. Denique facilius, ut restituatur persona ipsa ad legati petitionem, quod fit per hoc edictum, quam ut restituatur legatum ipsum ex illo edicto.

TIT. VII.

De alienatione judicii mutandi causa facta.

Ad l. 1. §. 1.

OPp. Quod tali casu sit locus *l.* 1. *C. ne lic. potent.* Resp. (1) nonnulli, quod hoc edictum locum habeat, cum reus itemque possessor alienaverit, cujus nomine conveniebatur vel lis instabat, si vero actor aut acturus alienaverit rem in potentiorem, tunc locum habere *l.* 1. *C. ne lic. potent.* Quæ de sententia dictum est in lection. publ. ad illum tit. Cod. Resp. (2) rectius præter hoc remedium est in constit. Imper. in oppos. *l. add. th.* 93.

Ad l. 3. §. 3. *h. t.*

Opp. *l. ult. de oper. nov. nunciat.* Resp. Emtor tenetur præstare patientiam i. e. pati, ut opus destruatur, sed non tenetur ad impensas in opus demetiendum faciendas, quapropter has expensas is, qui novum opus nunciabit, recipiet à venditore, per hanc actionem ex hoc edicto, vel nunciatio quidem fit in rem, ideo ad singularem successorem quoque pertinet d. l. opp. Ac ut interesse consequatur nuncians rem esse à venditore post nunciationem, datur actio ex hoc edicto. Opp. (2) *l.* 1. *C. d. alienatione judicii mut. causa fact.* Resp. (1) In illo textu non agitur de

hoc casu. Resp. (2) quod in arbitrio actoris sit seu domini, actione in rem possessorem convenire vel contra alienantem ex hoc edicto agere potest.

TIT. VIII.

De receptis, qui arbitrium receperunt ut sententiam dicant.

Ad l. 3. §. 1. *in f.*

OBst. *l.* 9. §. 3. *h. t.* Resp. *in tx. l.* 3. agitur de casu, quo propter pecuniam acceptam, ne scil. sententiam dicat v. g. vult desistere ab officio arbitri, parte scil. altera, potest cogi alter, qui non corrupit judicem: in textu vero opp. agitur de casu quo pecunia corruptus est arbiter, ut sententiam iniquam dicat, ut potius à parte litigante ea, quæ sordes eas probare potest, repudietur.

Ad l. 13. §. 1.

Vers. Si id ipsum esse. Opp. *l.* 11. §. 3. *h. t.* quod scil. etiam nudo compromissum recte fiat, E. & sufficiet, exceptionem habere ex pacto. Resp. patet ex ipso textu opposito voculâ: Interdum, quod scil. sufficit ibi casus exceptus & singularis, cum nim. pactum nudum initum non super re in compromisso deducta, sed super pœna ad eam retinenda, i. e. ad retinendum pœnæ nomine id, de quo non petendo expresse convenerunt, & jam quod penes excipientem reperitur.

Ad l. 17. §. 2.

Opp. *l.* 3. *ff. quod cujusque univers. nom.* Resp. aliud est in universitate, quæ repræsentat unam personam & sufficit, si major pars adsit, in qua majore potestate, videtur tota universitas consi-

consistere; arbitri vero sunt singuli electi, & non constituunt propriè collegium aliquod, si tamen omnes præsentes sint, tum sententiæ plurium attenduntur. Vid. elegant. *text. in l.* 17. §. 6. *&* 7. *h. t. add. l.* 18. *h. t.*

Ad l. 21. §. 3.

Obst. *l.* 59. §. 1. *de re jud.* Resp. in textu opposito subest certitudo ad aliud, quod certum, aut est exemplum *in l. opp.* quasi ubi condemnat Judex reum in eam quantitatem, quam actor expressit in libello; In *h. l.* 21. verò, penitus incerta est arbitri sententia, quia non ad petitionem in actis expressam refertur, conf. *l.* 3. *C. d. sent. quæ sine. cert. quant. add. Exerc.* 44. *th.* 5. *n.* 4.

Ad l. 32. §. 9.

Vers. Illud in prima specie verb. quod ei facere licet. Obst. *l.* 8. *inf. l.* 9. *l.* 10. *l.* 15. *d. legat.* Resp. *Cujacius lib.* 2. *obs.* 22. dicit legendum hic esse, quod facere non licet, quam lectionem firmat ex antiquo aliquo Codice, & ex vers. seq. *sed promiss.* &c. qui licet affirmativæ lectioni in præcedentibus verbis licet. Alii vero affirmativam retinent & defendunt ex *l.* 2. §. 5. *vers. etsi agat d. judic.* Veruntamen obstarent isti texx. opp. Resp. si igitur text. cum Cujacio non corrigere placet, sed affirmativa retinenda, dicendum nobis videtur in vers. *sed hoc tale*: non contineri decisionem propositæ quæstionis, sed adhuc disputare Paulum ibi & dicere, quod quidem ista prima ratio non concludat, sed videri possit, licere ipsi coram arbitro actionem dictare & inde etiam arbitrum cogere ut sententiam dicat, cùm hîc non sit propriè dictum judicium, in vers. vero subseq. *sed eo promiss.* &c. continetur decisio hujus quæstionis, quod scil. hîc nulla sit differentia constituenda inter compromissum & judicium, adeoque legatus propter *text. alleg. ex tit. d. legat.* non audiatur desiderans, ut arbiter sententiam dicat nisi se defen-

 dat;

dat: quod *ad l. 5. verſ. ſed et. d. judic.* attinet, non agit is de legatis, ſed de aliis qui jus revocandi domum habent ut monet Cujacius.

Ad l. 34.

Obſt. *l.* 27. *pr. d. pact.* Reſp. habetur in dict. *ad Ex.* 6. *th.* 50. *n.* 3. præterea addi poteſt, quod alia ratio ſit compromiſſi, alia pacti de non petendo. Socius eam promittere poteſt, quia & petere poteſt, ſed ei non licet paciſci de non petendo. Petendo enim vel compromittendo diligenter & rectè verſatur in rebus communibus, licet poſtea fieri poſſit, ut malus ſequatur eventus, ut puta, quia non obtineat apud arbitrum. Cum autem paciſcitur de non petendo, male gerit, & id gerit, ut actionem extinguat, quod facere nequit; Siquidem nec poteſt alienare rem communem, niſi pro ſua tantùm parte *l.* 68. *pr. pro ſoc.*

Ad l. 35.

Opp. Quod licet tutoris autoritas intervenerit, tamen non valeat compromiſſum, ut poſſit in integrum reſtitui *l.* 14. *inf. d. minorib.* Reſp. utique ipſo jure tum valet ſententia, quemadmodum autoritate tutoris eſt electus, reſcinditur tamen deinde, ſi minor læſus ſit, propter iſtam læſionem per reſtitutionem in integrum.

Ad l. 48.

Obſt. *l.* 3. 4. 15. 16. *h. t.* Reſp. text. *in l.* 48. agit de ſpeciali caſu, ſi ſcil. alter ex compromittentibus furere cœpit, cohæret cum præced. *l.* 47. *& ſubſeq.*

TIT.

TIT. IX.

Nautæ, Caupones, Stabularii, ut recepta restituant.

Ad l. 1. §. 7.

VErb. Debent solvi. Obst. *l.* 31. *depos.* Resp. opp. tx. loquitur de casu, ubi constat de domino rem suam vindicante.

Ad l. 1. §. *ult. in f.*

Obst. *l. un. furt. advers. naut.* Resp. in tex. opp. agitur de delicto *add. Ex.* 48. *th.* 34. hic vero agitur de actione ex quasi contractu. *vid. Ex.* 8. *th.* 105. *n.* 2.

Ad l. 2.

Obst. *l.* 6. §. 3. *h. t. l. un. advers. naut.* Resp. eandem esse rationem in textu, nim. in opposito agitur de actione ex quasi delicto; *in h. l.* 2. actione ex quasi contractu.

Ad l. 3. *pr.*

Verb. In navem receptæ. Obst. *l.* 7. *in pr. h. t.* Resp. (1) *tx. opp.* intelligendus est de casu, quo custodiam adhuc non recepit, fieri namque potest, quod custodiam receperit, etiamsi res nondum in navem receptæ sint, sed in litore positæ & tunc etiam tenebitur Exercitor ob delictum nautæ. Resp. (2) in tex. opp. agitur de actione ex quasi delicto, quæ se fundat in receptione mercium, merces verò sunt receptæ, etiamsi nondum in navem delatæ.

Ad

Ad l. 3. §. 4.

Verb. Inde. Opp. *§. pen. h. de oblig. quæ ex quasi delict.* Resp. ibi agitur de actione ex quasi delicto, hîc autem de actione ex quasi contractu.

Ad l. 6. *princ.*

Opp. quod hoc casu videatur tanquam amicus non tanquam caupo accepisse. Resp. ad quasi contractum non pertinet, an gratis an mercedem receperit, sed ex ipso facto receptionis datur hæc actio.

Ad l. ult.

Obst. *l. 3. pr. h. t.* ubi hoc dubium solutum est.

Ad l. ult. §. 5.

Obst. *l. 1. in f. de Exerc. actione.* Resp. in dictatis ad *th.* 115. *h. t.*

LIB. V.

TIT. I.

De Iudiciis.

Ad l. 4.

OBst. *l. 12. C. de Episc. aud.* Resp. Jure ordinario nullum est inter patrem & filium familias; extra ordinem autem aliquando lis est, de cujus extraordinario casu agit *l. opp.* Similiter casus extraordinarius est *in l. si intra C. de restit. in integr. l. si filius* 30. *de minor. l. 3. §. 4. vers. ego autem de min.* ubi filia familias adversus patrem restituitur. E. etiam adversus patrem litigat. Fit nimirum hoc extra ordinem; & præterea filiafamilias litigat ibi ex causa dotis, quæ ejus est propria effecta.

Ad

Ad l. 8.

Obst. *l.* 5. *de constit. pec.* Resp. Patet ex *dict. ad th.* 41. *in fin. & th.* 44. *in fin.*

Ad l. 35.

Vers. De his rebus. Obst. *l.* 26. §. 1. *de V. O.* Resp. Quando debitum futurum à præsenti dependet, tunc etiam his qui adveniunt, judicium est, quo spectat textus oppositus. Textus autem in *h. t.* loquitur de noviter obveniente, *add. l.* 23. *h. t.* nimirum in textibus oppositis affertur differentia inter stipulationem & actionem sive judicium. In stipulationibus præsens duntaxat, in actionibus & præsens & futurum tempus continetur. v. g. In actionibus non tantum venit res principalis, quæ erat tempore judicii accepti, sed etiam veniunt alia, quæ post judicium accedunt, à principali tamen dependeat, ut fructus usura, fœtus pecorum & aliæ accessiones, *l.* 38. §. *actionum ff. de usur. l. præterea* 20. *d. R. V.* Ratio differentiæ hæc est, quod judicia tractum temporis postulent, non statim expediantur, sed stipulationum unus & continuus sit actus eodem tempore absolvendus *l.* 137. *d. V. S.*

Ad l. 49. §. 1.

Opp. *l.* 13. *in f. de Iurisd.* quod scilicet judex abeunte à Magistratu eo, qui ipsum dedit, privatus censeatur. Resp. Consideratur tempus; quo datus est judex, & datio ipsum ita reddit habilem, ut quemadmodum durat judicium ad quod datus est semel rectè, duret, debet ejus officium, licet dans non amplius sit in officio.

Ad l. 61. *princip.*

°Opp. *l.* 21. §. 6. *de arbitr.* Resp. Nulla hic est pugna in *h. l.* 61. solum tractantur, quando regula ratione ejus, quod venit

in judicium, possit tutius formari, ast in lege opposita agitur de compromisso, de quo prius inter parentes convenit.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l. 4. §. si dicuntur 4. fin. regund. l. 56. §. 1. de furt.* Resp. Ibi incidenter tantum judex criminalis cognoscit de re pecuniaria.

Ad l. 66.

Obst. *l. 39. de pact.* Resp. Quidam quod aliud sit in judiciis, aliud in pactis: Rectius videtur dicendum, quod non opposita sint asserta in utraque lege, subordinata, uti explicatur in *Exerc. 6. th. 52.*

Ad l. 75.

Verb. Alioquin lusoria. Obst. *l. 7. §. 2. in f. quib. ex causis in poss. eat.* Resp. Per accidens evenit, decreta esse lusoria in *text. opp.*

Ad ejusd. l.

Vers. Querelam rei admittere. Obst. *l. 35. de re jud.* Resp. In *h. l. 75.* agitur de casu, quo Prætor absentem ex falsis allegatis damnavit, idque si aperte probetur, tunc judex ejus rei querelam admittet. In textu verò opposito habetur regula, *add. Exerc. 44. th. 11. & tit. C. si ex fals. caus. instr. judic.*

Ad l. 77.

Obst. Quod judex possit recusari propter consangvinitatem. Resp. Hoc dicitur solum, quod patria potestas non obsit, uti patet ex ratione *in l. seq.* subjecta; Alia est quæstio, An adversarius possit judicem suspectum dicere patrem in causa filii.

Ad

Ad l. 79.

Obst. *l. 14. de off. procons. alleg.* ut obstantes *l. 14. de off. procons.* in quo tamen textu nihil habetur. Forte autem est *l. 14. de offic. præs.* ubi videtur esse consultatio de facto. Verum Resp. principaliter & ibi consultatio est de jure, an & furiosus possit puniri & Resp. Per distinctionem, quæ respicit explicationem ad partem sive potius qualitatem personæ.

Ad l. 81.

Verb. Quæ neque jurisdictione præest. Obst. *Nov. 15. c. 1. l. ult. C. de Iurisdict. omn. judic.* Resp. Ante quidem privatus, sed postea autoritate publica est judex.

Ad eand. l.

Verb. Ex compromisso. Obst. Quod ex compromisso non fiat judicata res. Resp. Patet ex *th.* 103. quod scilicet propriè loquendo non inde veniat res judicata, præsertim jure veteri; similitudo tamen quædam subsit judicii.

TIT. II.

De inofficioso Testamento.

Ad l. 1.

VErb. Cognati. Obst. *l. 6. in princip. verb. sed & cognatorum.* Resp. Non intelliguntur ibi cognati ultra fratres, sed solum dicitur, quod posthumo non solum contra eorum testamentum, quorum legitimus possit heres fieri, detur querela, nimirum si à fratre turpis persona instituta & ipse interea præteritus. Hæc lex datur contra inofficiosum testamentum matris, eis filiis sive posthumis, qui matri legitimi heredes essent futuri ex SCto Orphit. sed quod detur etiam eis posthumis, qui quasi

 cognati

cognati ab intestato bonorum posteriores futuri erant. Exemplum in posthumis nepotibus ex filio dato in adoptionem, post adoptionem conceptis, qui non videntur uti sui, nec ut legitimi, nec jure prætorio, nec constitutionibus. Sunt igitur posthumi cognati, & habent tantum bonorum possessionem, unde cognati ab intestato *add. l. si emancip. § si filius & l. non putavit §. si in adoption. de bon. possess. contra tab. §. at si, qui, & §. admonendi 3. d. hered. quæ ab intest. Ant. Faber ad h. l.* 6. etiam exemplum ponit in fratribus uterinis, quod jure Digestor: etiam hi fuerint admissi ad querelam, verum cum nullus textus *in ff.* hac de re E. non facile admittendum, quod Codex deroget Digestis, ideo hæc sententia non videtur probanda.

Ad l. 8. princip.

Obst. §. 2. *h. d. injur.* Resp. Injuriæ hujus, quæ exheredatione infertur, alia est ratio, quia agitur de meritis filii & an mater inique, an ex justa causa exheredaverit filium non pertinet ad patrem, sed indignatio est filii, uti habetur *in l. 22. in f. pr. h. t.* Si igitur filius fortè malè sibi conscius omittit conqueri, pater non potest instituere querelam.

Ad eand. l. §. 3.

Opp. *l.* 27. §. 23. *h. t.* Resp. veterano militi, qui post annum jure communi testamentum fecit, non competit amplius privilegium militare.

Ad h. l. §. 10. *in f.*

Obst. *l. 4. d. bon. poss. contra tab.* Resp. Alia est ratio bonorum possessionis, quæ contra lignum seu contra ipsas tabulas datur licet nemo heres extiterit.

Ad l. 17. §. 1.

Verb. Non creditur. Obst. *l. pen. d. l. & l.* Resp. Casus *hujus legis* 17. ex sententia judicis non fit respectu alius refragatarii,

frustratarii, sed solum respectu contumacis, non enim constat de iniquitate, sed in contumaciam absentis sententia est lata.

Ad l. 27. in pr.

Opp. *l. 6. C. d. transact.* ubi denegatur prior actio & datur actio præscriptis verbis. Resp. *in h. l. 27.* tantum de placito resilitur, ideoque datur prior actio, in *opp. v. l. 6.* ab una parte quid impletum, inde datur actio præscriptis verbis, *add. Not. in Cod. h. l. it. ad th. 65. 66. Ex. 6.* vel respondent cum Cujacio *ad h. l. 6.* quod in opposita *l. 6.* denegetur inofficiosi querela heredibus exhereditatis, qui cæperat agere querelam & transegerat, quoniam in istos heredes exheredatus non transmittit querelam inofficiosi jam derelictam & remissam transactione, ac transmittit actiones personales, ut ex stip. & præscript. verb.

Ad eand. l. §. 2.

Obst. *l. 8. §. 3. h. t.* ubi etiam responsum est.

Ad l. ult.

Verb. Remoretur. Obst. *l. 14. §. 9. de bon. libert.* Resp. sunt diversi casus scil. ut querela non habeat locum, sufficit quovis modo testamentum paternum post mortem patris agnovisse, adeoque si quoque advocatus egerit ex testamento, id agnovisse ad hunc effectum videtur. In textu vero opposito non sufficit ad successionem admittendam advocationem accusatori liberti præstitisse, sed ut ipse quasi accuset.

TIT. III.

De Petitione hereditatis.

Ad l. 5. §. 5.

OBst. 1. *l. 2. C. d. edict. D. Hadriani tollend.* Resp. ibi agitur non de petitione heredis, sed de singulari remedio ex illa

constitutione, & agitur tantum de possessione rerum hereditariarum, interim adjudicanda heredi instituto in testamento, visibili vitio carente *add. Ex. 45. th. 19. Obst. 2.) l. 1. C. d. ordin. cogn.* Resp. in casu *l. 5.* principaliter de falso est actum, non incidenter, *add. Ex. 9. th. 65.*

Ad l. 20. §. 8.

Obst. *l.* 16. *d. V. S.* Resp. Civitas enim alias non habet fiscum, sed hic per interpretationem ad civitatem extenditur, quod de fisco in SCto statuitur, præsertim cum vox SCtum sit favorabile ratione bonæ fidei possessoris contra fiscum. *conf. l. 64. d. condit. & demonst. item l. 10. d. jur. fisci.*

Ad l. 20. §. 18. *in f.*

Obst. *l. 23. d. neg. gest.* Resp. distinguendum est, an quis debitum exegerit nomine suo, an alieno, ut gestor & procurator. Si suo, sibi acquirit & nihil restituit *l. 6. §. 1. 2. l. 52. §. 1. d. condict. indeb.* si alieno nomine exegerit, debet restituere illi, cujus nomine exegit *d. text. opp. add. l. 46. §. procurator. d. procurat.*

Ad l. 25. §. 17.

Vers. Et puto. Obst. (1) quod is casus intelligi aut nunquam accidere possit, cum semper in venditorem regressum habeat emptor. Obst. (2) quod iniquum videtur verum heredem ideo carere re sua debere, ne damnum incurrat falsus heres, ita enim amitteret dominium verus heres absque justa causa. Anton. Faber propter hanc difficultatem corrigit textum & pro particula NISI legit ETSI. Verum lectio communis retineri potest, quæ etiam probatur *Libro 42. Basilicor. tit. 1. l. 25. §. 12.* Et resp. ad (1) dubium ex notis Basilic. lit. C. quæ ita habent: Interdum emtor adversus eum, qui distraxit, agere non potest, re à petitore evicta, puta, si ideo Kintinnos

tinnos h. e. periculo ſuo rem emerit, ut eventus ipſum reſpiciet. Quemadmodum enim regerat A. Faber. etiam eo caſu pretium reſtituendum eſſe, quo convenit de evictione non præſtanda *per l.* 11. §. *f. d. action. emt.* Hoc quidem regulariter ſe habet, attamen ſi ſimpliciter eventum in ſe recipiat, poterit neque de pretio conveniri venditor, & præterea ſingulare quid videtur, ſi res aliqua ex maſſa hereditaria vendatur. Ad 2) dubium reſpondetur late *in th.*64. quod ſcil. hoc caſu nihil iniqui ſubſit, cum res ita à bonæ fidei poſſeſſore diſtracta ex maſſa hereditaria videatur quaſi deperdita, cum univerſitas decrementum recipiat, alias enim ſi & ipſo caſu, quo habet regreſſum emtor contra bonæ fidei poſſeſſorem venditorem vindicatio concederetur rei particularis heredi, non ſubſiſteret SCtum, quod bonæ fidei poſſeſſorem abſolvit à reſtitutione pretii, ex quo non eſt locupletatus *l.* 25. *d. pet. hered.*

Ad l. 52.

Opp. quod bonæ fidei judicium non præſtationes recipiat, quæ contra bonos mores ſint *l.* 5. *d. uſur. add. l* 53. *pro ſoc.* Reſp. Hoc caſu ſolum conſideratur iſte quæſtus, quod auxerit hereditatem, & pars hereditatis ſit facta, nec attenditur in hac actione reali, unde quæſtus provenerit, conf. *l.* 46. §. *procurator. de procurat. l.* 16. *d. jur. dot. LL.* vero oppoſitæ loquuntur de judiciis mere perſonalibus, ubi quæſtus inhoneſtus non fit pars rei, quæ vi dominii univerſalis petitur.

TIT. IV.

Si pars hereditatis petatur.

Ad l. 1. §. *ult. in fin.*

OBſt. *l.* 3. *in fin. Si pars hered. petat.* Reſp. Poteſt ex *th.* 74. *verſ. aliquando.* *Gubert. Poly-hiſtor. cap.* 2. *p.* 35.

Ad

Ad l. 10.

Obst. *l.* 13. §. 12. *de petit. hered.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo absens adhuc in vivis est, uti patet ex verbis, an ratum habeat, &c. Convenitur igitur tunc, ut detentor nomine absentis.

TIT. V. & VI.

De Possessoria hereditatis petitione:

Et Fidecommissaria hereditatis petitione.

NIhil notandum occurrit.

LIB. VI.

TIT. I.

De rei vindicatione.

Ad l. 1. §. *ult.*

OBst. Hæc ipsa lex in principio. Resp. Distingvendum inter universitatem corporum & universitatem juris. Grex est quidem quid universum, sed ita, ut non juris nomen sit, quàm plurium uni nomini subjectorum, *l.* 30. *de usucap.* Hereditas autem item peculium sunt universitates juris, *l.* 56. *de rei vind. l.* 50. *de petit. hered. vid. Wes. n.* 4. *h.* & *Gothof. h.*

Ad l. 3. §. *ult.*

Vid. not. *ad th.* 15. *h.*

Ad l. 5. §. 1.

Vers. Sed si deduci. Obst. *l.* 12. §. 1. *in fin. de acq. rer. domin.* Resp. Textus oppositus loquitur de ære & argento mixto,

mixto, quæ etiam olim separari potuerunt, *add. Exerc.* 41. *th.* 42. *num.* 2.

Ad l. 5. §. 3.

Obst. 8. 21. *d. r. d. Strauch. D.* 6. *th.* 42.

Ad l. 6. *pr.*

Obst. *l.* 1. *inf. de deb. Cred.* Resp. Ibi vox rei generalius sive latiùs sumitur, hic strictiùs.

Ad l. 6.

Vid. *thes.* 15. *h. ibique not.*

Ad l. 8. *in fin.*

Ad opposita Gotthofred. respondet Mod. *ad h. l.*

Ad l. 9. *in fin.*

Opp. Hic Gothofredus, quòd ab his, qui titulo possident, non vindicemus, & allegat. *l.* 9. *de petit. hered.* Verùm (1) In illo textu nihil habetur, & (2) Alia ratio est petitionis hereditatis, quæ non datur cum titulo singulari possidentes, *Exerc.* 10. *th.* 49. *&* 51. Ipsa verò *l.* 9. *d. R. V.* explanatur in *th.* 9. *hujus Exerc.* 11.

Ad l. 15.

Th. 60. *in m. Exerc.* 10.

Ad l. 23. §. 3.

Obst. *§.* 23. *Inst. de R. D.* Resp. Solvimus hoc dubium in *Exerc.* 41. *th.* 51. *vid. Mod. h.*

Ad l. 23. §. 6.

Obst. *l.* 1. *§. fin. de tign. junct.* Resp. Textus loquitur de nuda fide jungente, qui tanquam desierit possidere, conveniri potest actione ad exhibend. *Vid. Ex.* 48. *th.* 29. *vers. fin.* ast mala fide jungentem. (*Vid. not. quid th.* 15. *vers. speciali ratione.*)

Ad l. 25.

Explicatur supra de Edendo, ad *th.* 41. *opp.* 1.

Ad l. 27. §. 2.

NB. Vid. *th.* 93. *Exerc.* 8. *vid. not. ad th.* 11. *Exerc.* 11. NB. Vid. *not. ad l.* 23. *lit. q. à* NB. Vid. *not. ad l.* 23. *lit. g. à Goth. de judic.* (*not. ad th.* 11. *q.* 2.) *Exerc.* 11.

Ad l. 27. §. ult. in f.

Obst. *l.* 45. *ff.* 1. *de Action. Empti.* Resp. Non loquitur textus oppositus de impensis in servum erudiendum factis; quarum specialis est ratio, quòd scilicet Dominus propter inopiam eas non possit restituere; neque etiam fortè ipsi commodum sit, servum eruditum habere; neque istæ impensæ tolli possunt; iniquum autem esset carere debere propterea dominum servo suo, quòd impensas solvere propter inopiam non possit, *add. Exerc.* 11. *thes.* 32.

Ad l. 31.

Obst. *l.* 12. §. 3. *de usufr.* Resp. Textus loquitur de infante, hic autem de eo impubere, qui est capax aliquarum operarum. *Vid. l. ult. in fin. de lib. causa & l. ult. de Oper. servorum.*

Ad l. 33.

Verb. Ad rei judic. tempor. Obst. *l. pen. h. t.* ubi dicitur ad mortis tempus. Resp. Textus oppositus non loquitur de casu, quo dolo vel culpa possessoris res periit. At *l.* 33. loquitur de tali casu. Vid. *th.* 27.

Ad l. 33.

Vid. *th.* 18. *ibique not. hic.*

Ad l. 36.

Vid. *th.* 93. *Exerc.* 8. *not. ad th.* (11.) *Exerc.* 11. *it. q.* 2.

Ad

Ad l. 38.

Not. ad th. 34. Exerc. 11. thesinque ipsam.

Ad l. 41.

Verb. Uti in rem actione potest. Obst. (1) *l. 38. inf. ad L. Falcid.* Ubi in dominio censetur venditoris ante adjectionem. E. Non emptori competet rei vindicatio. Resp. Computatur in bonis venditoris, non in bonis emtoris servus addictus in diem, quoad computationem Falcidiæ ex hereditate emtoris: nimirum propter incertum conditionis eventum subvenditione vel resolvitur vel contrahitur. Ita etiam statu liber, h. e. cui relicta est libertas sub conditione, interim antequam existat conditio libertatis, statu liber est: ast in ineunda ratione Legis Falcidiæ non annumeratur bonis hereditariis, quia pendet status ejus, nec dominium, quod habet heres, est solidum sive permanens propter incertum conditionis, sub qua est relicta libertas. Obst. (2) *l. 2. de in diem addict. in princip. in fin.* Resp. Ibi itidem incertus eventus respicitur.

Ad l. 47.

Verb. Si caverit actor. Obst. *l. 69. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo possessor dolo desiit possidere, tunc enim dolus possessoris liberat petitorem, ne cautionem hujusmodi præstet.

Ad l. 48.

Vid. *Not. ad th. 23. Exerc. 11. opp. 7.*

Ad l. 52.

Vid. *th. 93. Exerc. 8. vid. not. ad th. (11.) Exerc. 11.*

Ad l. 58. in fin.

Not. th. 11. q. 2.

Ad *l.* 61.

Obst. *l.* 26. §. 1. *de acquir. rer. dominio.* Resp. Habetur, & hæc *l.* 61. perspicuè explicatur *Exerc.* 41. *th.* 40. *vid. Mod. h.*

Ad *l.* 62. §. 1.

Th. 18. *h. ibique not. it. in f. th. not.* 2.

Ad *l.* 63.

Not. ad th. 11. *q.* 2.

Ad *l.* 69.

Obst. *l.* 12. *de re judic.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo ex contractu quis condemnatus est, hoc casu nihilominus condemnato succurritur, ut actor dominus actiones suas ipsi cedat. In casu verò *l.* 69. ipse reus dolo possessionem amisit; adeoque propter hunc dolum punitur, ut actor non debeat ipsi præstare actionem in rem, quippe ex qua ipsa institutâ, reus est illâ condemnatus.

Ad *l.* 79.

Obst. *l.* 33. *eod. ubi responsum est.*

TIT. II.

De Publiciana in rem actione.

Ad *l.* 7. §. 2.

OBst. *l.* 2. §. 16. *pro emtore.* Resp. Habetur *in th.* 41. *in f.*

Ad *l.* 7. §. 14.

Vid. *Not. ad th.* 42. *Exerc.* 11.

Ad *l.* 7. §. 16.

Halm. h. n. 4.

Ad

Ad l. 9. §. 4.

Obst. *l. 14. qui pot. in pignor.* Resp. Alia est ratio in pignore, ubi potior est is, cui res prius fuit obligata, si enim dominus duobus eandem rem diversis temporibus pignoravit, *add. Exerc. 26. th. 33. & Exerc. 11. th. 46. n. 3.*

Ad l. 11. §. 3.

Not. ad th. 42. Exerc. 11. item Halm. h. n. 4.

Ad l. 12. §. 2.

Verb. Usucapi non possunt. Obst. *l. 15. §. 17. de damn. infect.* Resp. Ipse ager vectigalis, ut liber à vectigali non potest usu capi, sed jus illud emphyteuticarium & superficiarium potest longo tempore acquiri. (2) Resp. Respectu Domini, cujus est dominium directum agri, sive cui vectigal solvendum, non procedit usu capio: sed responsio vicini mei, contra quem de damno infecto egi.

Ad eund. textum.

Verb. Publiciana competit. Opp. *l. 9. §. 5. de Publ. in rem actione.* Eadem est responsio, quòd quidem ipse ager non possit usucapi, sed longo tempore jus emphyteuticum & simile acquiri potest; in actione Publiciana verò nihil interest, an res possit usucapi, an longo tempore acquiri: eodem in servitutibus urbanis locum habet Publiciana; *l. 11. §. 1. h. t.* quæ tamen non semper usucapiuntur, sed longo tempore acquiruntur.

Ad l. 13. §. 1.

Obst. *l. 13. §. 1. de acquir. vel amittend. poss.* Resp. Justa est possessio precario concessa, si in terminis precariis subsistat; Injusta dicitur precaria possessio, & violentæ ac clandestinæ conjungitur, si quis possessionem sibi non precariam velit inde arrogare. Vid. *Exerc. 45. th. 157.*

Ad l. 14.

Verb. Petat rem. Opp. *l. 1. §. 2. de Except. rei vend.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo res adhuc est integra, & pretium nondum solutum: Textus verò *in l. 14.* loquitur de revocato mandato, re non amplius integra, seu pretio jam à procuratore accepto.

TIT. III.

Si ager vectigalis petatur.

Ad l. 1.

NOt. *ad th. 66. Ex. 11.*

LIB. VII.

TIT. I.

De usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur.

Ad l. 3. §. fin.

OBst. *l. 19. h. t.* Resp. Usus & ususfructus iisdem modis, titulis & causis constituuntur; sed non ad eundem modum seu rationem & formam.

Ad l. 4.

Explicatur hæc *l. in Ex. th. 15. & sqq.* quod nim. fructuarius instar domini emolumento fundi gaudeat. *l. 66. §. 6. de Legat. 2.* quod instar partis dominii est. *l. 76. §. 2. de Legat. 2. l. 58. de V. O.* Hinc responderi potest ad *l. 33. §. 1. h. t.* quod ibi agatur non de emolu-

emolumento fundi, quod usufructuarius percipit, sed quid obtineat, si prius fructus vel fundi portio petatur, & sententia absolutoria sequatur, num obstet exceptio rei judicatæ.

Ad l. 8.

Vid. *not. ad th.* 22. *Ex.* 12.

Ad l. 9. §. 2.

Vid. *not. ad th.* 23.

Ad l. 12.

Obst. *l.* 7. §. 12. *solut. matrim.* Resp. Quod ultra usum superest, ejus pretium restituendum est proprietario.

Ad ejusd. l. §. 2.

Verb. Locare potest. Obst. *l.* 15. §. 4. Resp. Ibi in specie agitur de usufructu vestimentorum, quæ locari non possunt, quia scil. vestimenta non solent locari à patrefam. & nec usufructuarius, qui instar boni patrisfam. re uti debet, locare ea potest. Obst. (2) *l.* 14. *Locat.* Resp. Textus agit de servitute reali, quæ alteri, qui non habet prædium vicinum dominans non potest facilè utilitatem præbere.

Ad eund. §. 2.

Verb. Vendere. Obst. *l.* 66. *de jur. dot. & §.* 3. *Inst. de usufr.* Resp. Ad hos textus *in not. ad Ex.* 12. *th.* 17.

Ad eund. §.

Verb. Concedat. Iterum obstat *d. l.* 66. *de jure dot.* Resp. *d. l.* & præterea explicatur iste textus opp. *th.* 35. *Ex.* 12.

Ad ejusd. l. §. 3.

Verb. Operæ nullæ sunt. Obst. *l.* 31. *d. R. V.* ubi etiam hoc dubium solutum.

Ad

Ad *l*. 12. §. 3.

Vid. *Mod. h.*

Ad *l*. 13. §. 4.

Verb. Meliorem. Obst. *l. 7. l. 8. eod. tit. de usufr.* Resp. Potest rem meliorem facere, quoad usum. vid. *h. l.* 13. §. 5. Sed non potest ita meliorem facere, ut immutet ipsam rem & substantiam. *Txx. opp. vid. d. Ex. 12. th. 22.*

Ad *l*. 13. §. 5. & 6.

Vid. *not. ad th.* 22. *quæst.* 1. *Ex.* 12.

Ad *l*. 15.

Vid. *not. ad th.* 22. *q.* 2. *Ex.* 12. *it. th.* 21. *ad. d. h. Mod. Gothofr. anim. c.* 5.

Ad *l*. 17. §. 1.

Vid. *not. ad th.* 22. *Ex.* 12.

Ad *l*. 17. §. 2.

Vid. *th.* 20. *Ex.* 12. *ibique not.*

Ad *l*. 19.

Vid. *th.* 10. *Ex.* 12. *it. th.* 11.

Ad *l*. 25. §. 6.

Obst. *l. 27. in fin. de stipul. servor.* Resp. Agitur ibi de duobus bonæ fidei possessoribus, non de duobus fructuariis. Quando enim servus, cujus ususfructus ad duos pertinet, ex re unius quid stipulatus sit, non potest totum ei acquirere, quia non est fructuarius in solidum; neque etiam alteram partem acquirit socio, cùm nec ex re ipsius, nec operis suis veniat, necesse igitur est eam partem, quam neutri ex fructuariis acquirere potest, obvenire domino proprietatis.

Ad *l*. 26.

Not. ad th. 18. *Ex.* 12.

Ad

Ad l. 29.

Obſt. *l.* 37. *de uſufr. legat.* Reſp. *l. iſta opp. ex h. l.* 29. eſt explicanda, quod ſcil. bonorum omnium legari poſſit uſusfructus, dummodò æſtimatio uſusfructus non excedat dodrantem; Fit verò hoc caſu æſtimatio non tantùm uſusfructus; ſed etiam proprietatis, ita ſcil. ut ex ætate uſufructuarii æſtimetur uſusfructus; & proprietas quoque deſtituta ad tempus uſufructus. Dodrans autem conſideratur ratione totius aſſis hereditarii.

Ad l. 34.

Vid. *not. ad th.* 35. *Ex.* 12.

Ad l. 44.

Obſt. *l.* 13. §. 4. *h. t.* Reſp. jam eſt ad illum §. 4. reficere ſe. poteſt; ſed novum tectorium imponere nequit. *add. th. d.* 22.

Ad l. 44.

Vid. *not. ad th.* 22. *Ex.* 12.

Ad l. 48. §. 1.

Obſt. *l.* 27. §. 25. & 26. *ad L. Aquil.* Reſp. Ibi non agitur tur de uſufructu; ſed de alio, qui in aliena ſylvâ intempeſtivè cædit, vel fructus immaturos ſurripit.

Ad l. 53.

Vid. *not. ad th.* 35. *Ex.* 12.

Ad l. 56. *in f.*

Obſt. *l.* 68. *in f. principii, ad Leg. Falcid.* Reſp. Agitur ibi de computatione Falcidiæ, & uſusfructus Reip. relicti tanti æſtimatur, quanti eſt in reditu annorum 30. in *l.* 56. verò agitur, quouſque duret uſusfructus Reip. relictus.

Ad l. 56.

Vid. *not. ad th.* 66. *Ex.* 10. *it. th.* 33. *Ex.* 12.

M Ad

Ad l. 57. §. 1.

Obſt. *l.* 10. *in f. de uſufr. accreſc.* Videntur nimirum liberti plures, quibus uſusfructus ob alimenta relictus eſt, in uſufr. conjuncti adeoque jus accreſcendi obtinebit. Reſp. Legandi cauſa illa ob alimenta inducit disjunctionem & ſeparationem, ut & aliquando ſola enumeratio perſonarum. Conf. *l.* 56. *de condit. & demonſt.* quaſi ſingulis uſusfr. legatus ſit in cauſa alimentorum. Alia enim ſunt alimenta, quæ uni ex libertis debentur, à quibus ſeparata ſunt alimenta alteri relicta. Conf. *l.* 5. *de tritic. vin. & ol. leg. item l.* 3. *verſ.* Debebit *de alim. & cibar. legat.* Diverſa eſt ratio proprietatis legatæ pluribus conjunctim, licet ob cauſam alimentorum. Vid. *l.* 4. *de alim. & cib. leg. & th.* 29. *Ex.* 12.

Ad l. 61.

Obſt. *l.* 2. *de jurid. &* regula, quòd proprietarius debeat omnia permittere uſufructuario, quæ ad uſum rei neceſſaria. Reſp. reſpectu ejus, quod jam exiſtit, concedere debet proprietarius ea, quæ ſunt neceſſaria; ſed non poteſt fructuarius quid noviter extruere. *add. th.* 20. *Ex.* 12. *ibique not.*

Ad l. 65. pr.

Obſt. *l.* 20. *de damno inf.* Reſp. Poteſt derelinquere ædes reſp. vicini, qui exigit cautionem de damno infecto; ſed non reſpectu domini, cujus ædes deteriores reddit. Vid. *not. ad th.* 23. *Ex.* 12.

TIT. II.
De usufructu accrescendo.

Ad l. 1. §. 1.

VErb. Pertinere. Obst. *l.* 20. *de legat.* 2. Resp. (1) textus oppos. loquitur de proprietate communi servo relicta; Hic verò textus de usufr. communi servo relicto. Facilius enim accrescit ususfructus, quàm proprietas. vid. *thes.* 29. *Ex.* 12.

Ad l. 1. §. 3.

Vid. *th.* 29. *Ex.* 12.

TIT. III.
Quando dies leg. ced.

Ad l. unic. pr.

VErb. In annos singulos quid legetur. Obst. *l.* 41. *de usufr. leg.* Resp. Ibi colligitur, mentem testatoris hanc fuisse, quod non voluerit distinguere usumfr. in certos terminos sive annos, à quibus incipiat; sed saltem reliquit annuos fructus, qui annuatim nascuntur: uti etiam monetur *ad th.* 32. *Ex.* 12.

TIT. IV.
Quibus modis ususfr. amitt.

Ad l. 1. *pr.*

VId. *Gothofr. animadv. c.* 6.

Ad l. 5. §. 2.

Verb. Nec areæ &c. Obſt. *l.* 22. *in f. de legat.* 1. Reſp. Textus opp. agit de proprietate ædium legata, aliud eſt in uſufr. ædium legato, qui in ſuperficie, non in area exiſtit *per l. h.* 5.

Ad l. 5. & ſqq. LL.

Vid. *not. ad th.* 36. *q.* 2. *opp.* 4. *Ex.* 8.

Ad l. 5. §. ult.

Vid. *not. ad th.* 35. *Ex.* 12.

Ad l. 9.

Obſt. *l.* 5. §. 2. & 3. *h. t.* Reſp. Agitur in *l.* 9. uti conſtat ex præced. *l.* 8. de univerſi fundi ſive prædii uſufructu legato; adeoque licet villa, ſive ædificium aliquod ruſticum in fundo poſitum, dirutum ſit, tamen ſoli uſusfructus remanet; quia tunc non nudæ ſuperficiei ſive ædium uſusfructus eſt legatus. Ut in *textibus oppoſ.* de fundi, adeoque ut ſoli univerſi ad fundum pertinentis.

Ad l. 10. §. 7.

Verſ. Si autem. Obſt. *l.* 76, *verſ.* itemque navem *de judic.* Reſp. In caſu *leg.* 10. ſpecialiter agitur de uſufructu, in quo amittendo ſufficit, navem totam eſſe diſſolutam, & ita re vera interiiſſe, licet ex iiſdem tabulis reſtaurata ſit.

Ad l. 21.

Vid. *not. ad th.* 33. *Ex.* 12.

Ad l. 24. princ.

Verb. fin. Reſtitui poſſe. Obſt. *l.* 30. §. 3. *de A. R. D.* & *l.* 14. *quemadm. ſerv. amitt.* Reſp. Diſting. an ager, in quo uſusfr. conſtitutus, immutatus ſit, & tunc non reſtituitur uſusfr.

Ait

Ait verò, ager non est immutatus,& tunc usufructus restituitur. Vid. *Ex.* 41. *th.* 32. & 35.

Ad l. 29. *princ.*

Verb. Et ait. Obst. *l.* 32. *de A. vel A. P.* ℟. In textu oppos. ipse possessor per colonum omninò retinet possessionem, sed in casu *l.* 29. emtor non possidet meo nomine.

Ad l. 30.

Obst. *l.* 70. §. 1. *de usufr.* Resp. Ibi agitur de universitate seu grege legato. Hic verò de pecore uno legato.

Ad l. ult.

Opp. (1) *l.* 5. §. 3. *h. t.* à Gothofr. allegata. Sed ibi nihil habetur (2) *Obst.* §. 16. *I. de Leg.* Resp. Aliud est in proprietate legata, aliud in usufr. legato. Ususfructus extinguitur, mutatione rei qualicunque, non ita proprietas. *add. l.* 22. *de leg.* 1.

TIT. V.

De usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur.

Ad l. 8.

VErb. Certi alterum incerti. Opp. Quod ususfructus etiam fundi incertus sit, *l.* 75. §. 3. *de V. O.* Resp. Ususfructus legatus pecuniæ certæ, est certus, *h. l.* 8. quia continet certam quantitatem; sed ususfructus fundi est incertus, ut in *l. opp.* dicitur quia consistit non re ipsa certa, sed in fructibus, qui sæpiùs sunt incerti.

Ad l. 10. §. 1.

Obst. *l. ult. h. t.* Resp. Non negatur in hoc textu, etiam proprietatem esse legatam pecuniæ; sed saltem disquiritur, quid

 veniat,

veniat, si legatus sit usus pecuniæ, & deciditur, quod perinde sit, ac si ususfructus sit legatus pecuniæ.

Ad l. ult.

Verb. Post mortem ejus. Opp. Quòd ita ususfructus non possit legari, *l. 25. in f. de usu & usufr. leg. l. 15. de auro & arg. leg.* Resp. Regulariter quidem ususfructus extinguitur morte usufructuarii, sed singulare est, quoniam etiam post mortem ejus alteri relinquatur à domino. Tunc enim quasi duo successivè relicti censentur ususfructus, *add. th. 33. n. 1.*

TIT. VI.

Si ususfructus petatur, &c.

Ad l. 1. princip.

OBst. *l. un. §. pen. de remiss. pign.* Resp. Habetur in *Exerc.* 13. *th.* 44. *in fin.*

Ad l. 3.

Obst. *l. 15. §. 8. Quod vi aut clam.* Resp. Hîc agitur de casu, quo non utendo ususfructus amittitur, & dicitur, idem obtinere in eo, qui dominium ususfructus adeptus est, & qui possessionem. Vid. *Gothofred. animadv. c. 7.*

Ad l. 5.

Obst. *l. 1. §. 19. ad L. Falcid.* Resp. Legatis operis usus quidem propriè legatus non dicitur, sed tamen simile est hoc legatum legato, usus in plerisque & illud imitatur *l. 5. in f. usufructuar. quemadmodum caveat, add. th. 53. in f.*

Ad l. 5. §. 4.

Not. ad th. 18. Exerc. 12.

TIT.

TIT. IIX.
De usu & habitatione.
Ad l. 4. princ.

Obst. *l.16. C. de usu. & habit.* Resp. Habetur *in th.61.*

Ad eand. l. §. 1.

Vers. Quid ergo, &c. Obst. Quòd vir non sequatur domicilium uxoris *arg. l. 19. de jurid. l.22. §.1. l.32. l. 37. in f. ad municipal.* Resp. Non agitur in *h. l. 4. §. 1.* de domicilio sive foro constituendo; sed de nuda habitatione, qua occasione etiam fruitur maritus.

Ad l. 12. §. 1.

De foliis Gothofr. animadv. c. 8.

Ad l. 12. §. 6.

Verb. Quid enim interest. Obst. *l. 14. h. t. pr. in f.* Resp. Aliud est uti operis servi usuarii, quod facere pro suo jure potest. Aliud verò ex operis servi acquirere sive locando, sive stipulando per servum, quod non potest.

Ad l. 14. princ.

Obst. *l. 2. de usufr. leg.* Resp. Textus oppositus loquitur de specie singulari operarum servorum, sed textus in *h. l. 14.* de servo, cujus ususfructus est concessus, *add. th. 53.*

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. §. *ult. hujus l. 34. item l. 5. §. 2. usufruct. quemadm. caveat.* Resp. Habetur *in th. 57.*

Ad

Ad ejusd. §. 1.

Verb. Inutile. Obst. *h. l.* 14. §. *ult. & l.* 5. *d. t.* Resp. Habetur in ipso textu. POMPONII enim sententia in fine hujus §. ex sententia ARISTINIS corrigitur.

Ad l. 14. §. 2.

Vid. *not. ad th.* 14. *Exerc.* 12.

Ad l. 17.

Obst. Quòd aliàs differant ususfructus & usus, *l.* 1. *quando dies legat.* & usus sit juris & individuus, ususfructus verò facti & dividuus. Resp. Licet aliàs differant, in hoc tamen, in quo in *h. l.* 17. comparantur, non differunt. Et ususfructus etiam alio sensu est juris, uti patet ex *princ. I. de usufr.* Quo autem respectu dividuus dicatur, explicatur *in th.* 14.

Ad l. 19.

Obst. *l.* 15. *h. t.* quòd scilicet pluribus possit usus in eadem re relinqui. Resp. Quando in *h. l.* 19 dicitur, usum non posse pro parte legari, hoc intelligendum est respectu ejusdem individui, sive respectu ejusdem usuarii. Aliàs enim plures personæ usum in eadem re habere possunt. Vid. *not. ad th.* 14. *Exerc.* 12.

TIT. IX.

Vsufructuarius quemadmodum caveat.

Ad l. 8.

Obst. *l.* 9. §. 2. *h. t.* Resp. In casu *l.* 8. diversis personis ususfructus & proprietas est legata, unde usufructuarius debet utique cavere illi alteri, cui sub conditione proprietas fundi legata

legata est: In casu verò *l.* 9. §. 2. eidem personæ ususfructus & proprietas est relicta. Non debet itaque sibi ipsi quis cavere.

Ad l. ult. in fin.

Opp. Quòd etiam aliæ condictiones dominis dentur, veluti condictio certi. *l.* 9. *de Reb. Cred.* item condictio indebiti. *l.* 18. *de condict. furtiv.* & condictio sine causa. *l.* 24. *& l.* 25. *rerum amotarum.* Resp. (1) *ad l.* 9. *de Reb. Cred.* nulla alia condictio certi datur domino, quàm condictio ex causa furtiva. *d. l.* 9. §. 1. (2) in casu *l.* 18. *de condict. furtiv.* datur condictio furtiva procuratori contra eum, qui nummos ipsius procuratoris, sciens indebitos accepit: Domino autem, qui Procuratoris factum ratum habuit, datur condictio non furtiva, sed indebiti; Quia Dominus illorum nummorum nunquam fuit. (3) Condictio sine causa in *d. l.* 24. *rerum amotarum* est instar condictionis furtivæ, cùm mulier, quæ mariti res amovet, revera furtum faciat, licet lenius coërceatur mulier. *add. Ex.* 30. *th.* 65.

LIB. VIII.

TIT. I.

De Servitutibus.

Ad l. 6.

OBst. *l.* 11. *pr. h. t.* Resp. In hac *l.* 6. dicitur, quod in certa parte seu portione divisa scil. servitus possit constitui, cùm & illa pars separata fundi peculiaris fundus sit. *l.* 60. *de V. S. add. l.* 13. §. 1. *de S. R. P.* At in *opp. l.* 11. dicitur, pro parte domini servitutem acquiri non posse.

Ad l. 9.

Opp. quod heredis videatur esse electio, in qua parte fundi velit viam concedere, non legatarii. Resp. Si servitus itineris vel

viæ sine ulla determinatione juris, partis fundi in testamento, & quidem verbis vindicationis relinquatur, atque ita sine ullo facto heredis legatario servitus constituatur, electio est legatarii; sed si testator usus fuerit verbis damnationis, seu verba sint directa ad heredem, electio tribuitur heredi, *l.* 26. *d. S. R. P.* Quamvis enim illa distinctio legatorum sit sublata, *§.* 2. *Inst. de Legat.* In variis tamen effectibus ejus vestigia in ff. remanserunt. *add. l.* 34. *§.* 9. *de legat.* 1.

Ad l. 7.

Opp. Quod non sit foraminis servitus. *l.* 28. *d. S. V. P.* Resp. Utique hæc servitus cloacæ mittendæ causam habet perpetuam, alia est ratio foraminis, de quo in textu opp.

Ad l. 14. *princip.*

Obst. *l.* 4. *in fin. de usucap.* Resp. *l. opp.* loquitur de usucapione libertatis à servitute, quid autem aliàs circa usucapionem servitutum obtineat, explicatur *th.* 39. *Ex.* 13.

Ad l. 15.

Obst. *l.* 19. *h. t.* Communiter responderi solet, quod servitus in casu *legis opp.* constituta ab initio quidem sit inutilis, sed tamen utilis esse possit. Aliter respondet ANT. FAB. quod scil. textus in *l.* 15. sit intelligendus respectu obligationum & stipulationum, quod illæ non valeant, si nihil intersit stipulantis. At *l.* 19. agat de casu, quo ipsi traditioni rei ejusmodi conditio servituris, licet inutilis, sit adjecta, cùm in traditionibus rerum quodcunque pactum valeat, *l.* 48. *de Pact.* Licet alioqui non valeret. *l.* 13. *comm. prædior.* Verùm commodius videtur responderi posse, quod textus *l.* 15. proponant exempla & casus ejusmodi, quibus planè nulla utilitas unquam ad aliquem pervenire potest. In casu vero *opp. l.* 19. exemplum proponitur servitutis in se & sua

sua natura utilis, quæ sanè illi Scto, cui constituitur, non expedit, uti apparet ex vocula relativa alicui, item nobis.

Ad l. 17.

Verb. Individuus, &c. Obst. *l.25. inf. de S.R.P.* Resp. Planè alius ibi proponitur casus. Et diviso fundo, cui una servitus debebatur, jam duæ servitutes duobus constitutis fundis debentur. vid. *th.* 14. *ibique not. fin. Ex.* 12.

TIT. II.
De Servitutibus urbanorum prædiorum.

Ad l. 8.

OPp. Quod malitiis non sit indulgendum, *l.* 38. *d. R. V.* Malitia autem esse videtur, si quis nolit pati, ut fiat id, quod factum prodesset, nec cuiquam noceret, *arg. l.* 38. *de Evictìon.* Resp. In re communi nihil potest facere socius invito altero, quia in pari jure potior est causa prohibentis *l.* 28. *commun. divid. l.* 26. *de S.V.P.* Sanè si refectio sit necessaria, poterit socius, qui reficere volet, agere ob eam rem judicio Communi dividundo, aut etiam interdicto experiri. *l.* 12. *comm. divid.*

Ad l. 9.

Opp. Quod prodesse sibi quis ita demum possit, si alii non noceat. *l.* 1. §. 4. *&* 11. *de Aqua & aq. pluv. arc.* Resp. Res cujuslibet natura libera est, ideo in ea quidlibet facere potest, licet noceat vicino, nisi malitia subsit. *d. l.* 38. *de R. V. l. pen.* §. 7. *C. de ædific. privat.* Textus vero oppositi loquuntur de casu, quo vicinus aliquid pati in suo ex nostro opere teneretur, quod citra servitutem constitutam pati non obligatus est. Præterea huic *l.* 9.

 obst.

obst.l. 10.*verf.* fed ita, *h. t.* Refp. Loquitur textus in *l.* 10. de cafu fingulari, quo heres in præjudicium legatarii non poteft obfcurare legatas ædes. Exceptio etiam habetur in *l.ult.in f.C. de fervit.*

Ad l. 15.

Verf. Quodcunque. Obft. *l.* 12. *h. t.* Refp. patet ex ipfo textu. Quicunque impedimentum luminis poteft prohiberi. Si igitur viridaria obftent, & hæc poffunt prohiberi, fi non obftent, non poffunt prohiberi. Alia eft ratio in fervitute profpectus. Neque etiam *l.* 12. agit de fervitute luminum, fed de fervitute, ne altius tollatur, quæ diftincta funt, *vid. th.* 12. *&* 13.

TIT. III.

De Servitutibus Rufticorum prædiorum.

Ad l. 1.

VErb. Iter. Obft. *l.* 2. §.2. *Si ferv. vindic.* Refp. Patet ex ipfo textu oppofito quòd fcilicet ufufructuarius itinere ad fundum ufufructuarium in alio fundo domini non utatur ut fervitute, fed, quia fine eo non poffet uti frui fundo.

Ad ejusd. l.

Verb. Aquæ ductus. Opp. Quòd alibi aquæ ductus & aquæ hauftus inter perfonales fervitutes referantur, *l.* 14. §. 2. *de alim. legat. l.* 1. §.12. *de aqua quot. & æftiv.* Refp. Habetur *in th.* 27. *hujus Exerc.* 13.

Ad

Ad l. 7.

Verſ. Jumentum. Opp. *l.* 12. *h. t.* Reſp. Qui equis commeat, non ducit jumentum; ſed ei inſidet, & mediante eo commeat.

Ad l. 10.

Obſt. *l. ult. ſi ſerv. vindic.* Reſp. LABEO differentiam conſtituit inter ſervitutem aquæ ducendæ, & ſervitutem itineris ad aquæductum: Illam ſervitutem aquæductus inventa licet nondum aqua poſſe conſtitui ſtatuit LABEO: Et hujus ſententiam etiam probat PAULUS in *h. l.* 10. At verò iter ad aquæductum futurum conſtitui non poſſe idem putavit LABEO, quam ſententiam rejicit PAULUS *in d. opp. l. ult.*

Ad l. 10.

Conſtituere quomodo in *h. l.* ſumatur, vid. *Struv. Synt. jur. feud. c.* 7. *aph.* 2. *in med.*

Ad l. 11.

Obſt. *l.* 46. §. 1. *de Eviction.* Reſp. Planè alius ibi proponitur caſus, quando nimirum quis in fundo planè ad ſe non pertinente ſeu omnimodè alieno ſervitutem conſtituerit, hîc enim utique evicto fundo ad evictionem præſtandam tenetur ratione ſervitutis. At in *h. l.* 11. agitur de caſu, quo ſocii quidam, qui domini ſunt fundi, pro partibus ſuis conſtituere ſervitutem voluere.

Ad l. 13. §. 2.

Obſt. Quòd & actus latitudo ſit certa, nimirum 4. pedum ſecundùm FESTUM. Reſp. In LL. ROM. non certa & determinata latitudo definitur, ideò arbitrio Judicis ſive arbitri hoc relinquitur. Et fortè FESTUS loquitur de latitudine, quæ frequentiùs ſive plerumque obtinet.

Ad l. 20. §. *ult.*

Obst. *l.* 14. *inf. de alim. legat.* Resp. Habetur *in d. th.* 27. *Exerc.* 13.

Ad l. 35.

Vid. *not. ad th.* 76. *Exerc.* 8.

TIT. IV.

Communia prædiorum tam urbanorum, quàm rusticorum.

Ad l. 11.

VErb. Deprimere, in fin. princ. Obst. *l.* 3. *de itin. actuque priv.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo is, cui debetur servitus, sine necessitate sive refectione hoc non desiderante velit vivum aut attollere aut deprimere.

Ad l. 13.

Vid. *Exerc.* 6. *not. ad th.* 28. *opp.* 6.

Ad l. ult.

Vers. Igitur rursus. Obst. *l.* 26. *de Stipul. serv.* Resp. Ipse quidem actus in se est purus; sed exercitium actus pendet, usque dum etiam novus socius cedat. Præterea stipulatio quidem pura ex juris ratione suspendi non potest, *d. l.* 26. Sed hoc casu speciali aliud utilitatis causa receptum est, ut alia permulta circa servitutes, *Conf. l.* 4. *de servit.*

Ad ejusd. l.

Vers. Nec enim. Obst. Quòd potiùs defunctorum actus faciliùs suspendantur, *d. l.* 26. *de stipul. serv. l.* 3. *de serv. legat.* Resp. Quod hîc dicitur, morientium actus suspendi non posse,

posse, intelligendum est, quoad legata vel fideicommissa, quorum dies jam cessit. Faciliùs autem cessio, quæ inter vivos facta est, postea facta fingi potest; quando supervenit novi socii cessio.

TIT. V.

Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

Ad l. 4. §. 2.

VErb. Fructus etiam. Obst. *l. 33. §. 1. in f. de S. R. P. junct. l. 16. §. idem quæritur ad SCt. Trebell.* Resp. patet ex ipsa *l. 4.* quòd scilicet servitus non quidem producat fructus, ut res corporalis; sed fructuum nomine hîc veniat interesse, *Conf. l. 9. princ. de usufr. l. 66. §. fundo: de legat. 2. l. ult. de Usur.*

Ad ejusd. l. §. 3.

Vers. Itaque. Obst. *l. unic. C. Si in communi ead. causa. l. 5. & l. ult. commun. prædiorum.* Resp. In individuis fieri non potest, ut victoria unius non prosit cæteris, fitque id ob necessariam consequentiam. Non idem est, si is, qui primus egit, summotus fuerit, & litem bonam, culpa sua perdiderit, nec enim debet id nocere cæteris, quia factum suum cuique nocere debet, non alteri. *l. 19. h. t.*

Ad l. 4. §. 3.

Vid. *not. ad th. 14. q. 2. Ex. 12.*

TIT.

TIT. VI.

Quemadmodum servitutes amittantur.

Ad l. 12.

VErs. Quare fortius. Obst. Quod non duxisse aquam videatur, sed natura sua aquam perfluxisse. *add. l. 1. de aqua quot. & astiv.* Resp. Quoad ipsum aquæ ductum non opus est facto hominis, ideo sufficit, aquam naturaliter currere. Neque aliud *in l. opp.* 1. *§.* 21. *de aqua quot. & astiv. habetur.*

LIB. IX.

TIT. I.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Ad l. 1. §. 7.

OBst. quod quadrupes, si genitali feritate nocet, cesset hæc actio. *pr. Inst. h. t.* Resp. Textus in hoc §. 7. non loquitur de fera bestia stricte ita dicta, uti explicatur *in th. 9. & th. 6.*

Ad l. fin.

Obst. *l. 7. in f. h. t.* Resp. habetur in Not. *ad th.* 13. *in solut. dubii.* 1. Neque etiam culpa subest agasonis, qui hunc casum prævidere non potuit.

TIT II.

Ad Legem Aquiliam.

Ad l.7. §.6.

OBst. *l.15. ad L. Cornel. de sicar.* Resp. patet ex ipso §. 6. quod scil. quoad L. Aquiliam multum intersit; *Textus verò oppos.* loquitur de L. Cornelia seu pœna homicidii.

Ad l.9. §.3.

Imò utilis videtur danda actio *§. ult. Inst. h. t.* Resp. Quia scil. hic causam mortis præbuit, & non corpore suo, ideò recurritur ad actionem in factum, sive subsidiariam. *add. th. 27.*

Ad l. 11. §. 3.

Obst. *l. 5. h. t.* Conciliatio habetur *ad th. 24. vers. Sed quid si.*

Ad l. 23.

Obst. *l. 63 ad L. Falcid.* Resp. Non venit quoad computationem Falcidiæ, de qua in *l. oppos.* sed quoad æstimationem damni in hac actione ex L. Aquilia.

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l. 7. §. 1. in fin. de injur.* Resp. Majori quæstione cognitioni per minorennem non fit præjudicium. *l. 21. d. Except.* Sed tamen potest civilis actio facere præjudicium criminali, hactenus, ut quam diu exercetur ea, non possit criminalis institui. *d. text. opp.* Vel etiam, quod ex probationibus in judicio civili præjudicium aliquod oriatur, vel sumatur in judicio criminali. *add. not. ad Ex. 9. th. 65.*

Ad l. 23. & 24.

Vid. *not. ad th. 57. Ex. 8.*

Ad l. 27. §. 3.

Verſ. Is verò. Obſt. *l.* 11. *de Noxal. it. l.* 13. *& l.* 28. *eod. l.* 8. *de interrog.* Reſp. habetur in dictatis *ad th.* 43. *Ex.* 14.

Ad ejusd. l.

Verſ. Sed an is &c. Obſt. *l.* 17. *§.* 3. *de furt. l.* 21. §. 3. *de Noxal. action.* Reſp. (1) Accurſius diſting. An dominus facilem copiam habeat recuperandi ſervum, & tunc tenebitur, ſecundum hunc §. 3. Alioquin non tenetur ſecundùm *textus opp.* Reſp. (2) Accurſius. Quod teneatur dominus hactenus ſolum, ut cogatur de eo exhibendo, ſi reperiatur, *l.* 5. *§. ult. ad exhib.* non verò ut noxæ dedat, vel æſtimationem præſtet, quo refert textus opp. Reſp. (3) ANT. FAB. Quod ſpeciale ſit in L. Aquil. ut detur contra dominum, etiamſi ſervum in poteſtate non habeat. Alias autem noxales actiones dari ſaltem contra eum, qui ſervum in poteſtate habet, ſecundum textus opp. Reſp. (4) Poſſet &c. *in l.* 27. §. 3. de caſu, quo damnum intulit ſervus ante fugam: Textus verò *in l.* 17. §. 3. *de furt.* agit de caſu, quo ſervus in fuga exiſtens furtum commiſit. Similiter textus *in l.* 21. §. 3. *de nox. action.* de caſu eo agit, quo in fuga quid commiſit ſervus, vel iſte §. 3. *de Noxal. Act.* ſaltem referendus ad præced. §. 2. quod ſcil. rectè Dominus neget in poteſtate ſua eſſe eum, qui in fuga eſt.

Ad ejusd. l. §. 26.

Verb. Aquilia teneatur. Obſt. *l.* 18. *quod vi aut clam.* Reſp. Utraque actio competit, & hæc ex L. Aquilia, & actio ex interdicto, quod vi aut clam.

Ad ejusd. l.

Verb. Furti tenetur, &c. Itidem obſt. *d. l.* 18. *quod vi aut clam.* Reſp. In textu oppoſito ſolum negatur interdictum

dictum hoc competere, non tamen propterea deneganda actio furti.

Ad l. 33. princip.

Obst. *l. 54. mandat.* Resp. Regulariter pretia rerum æstimanda sunt ex communi hominum opinione, non ex affectione *l. 63. ad L. Falcid.* Aliquando verò ut *in l. f.* judicis affectionis habetur ratio *d. l. 54.*

TIT. III.

De his, qui effuderint vel dejecerint.

Ad l. 1. in fin.

Vide *not. ad th. 115. Exerc. 8. opp. 11.*

Ad l. 5. §. 5. in fin.

Opp. Quòd sit actio stricti juris, *arg. §. 28. Inst. de Action.* Resp. Hæc verba ex bono & æquo eò respiciunt, quòd Prætor propter publicam utilitatem ex bono & æquo hanc actionem introduxerit. Vid. *th. 30. Conf. l. pen. de sepulchr. viol.*

Ad l. 7.

Vide *not. ad th. 115. opp. 11. Exerc. 8.*

TIT. IV.

De noxalibus actionibus.

Ad l. 3.

Obst. *l. 5. §. 10. de his, qui effud. vel dejec.* Resp. Quoad noxalem actionem hanc instituendam interest, quoad hanc *l. 3. vide th. 46.* non autem interest, quoad actionem de dejecto vel effuso, vide *th. 38.*

Ad l. 8.

Verb. Sua parte cedendo securitatem. Obst. *l. 4. Si ex noxal. caus. ag.* Resp. Textus in *h. t.* accipiendus est de eo casu, quo actor volens cessionem partis servi acceptat, *Confer. l. 9. §. parte de V. O. l. 17. de acceptil. & l. 2. §. 1. l. 85. §. pro parte, de V. O.*

Ad l. 11. *&* 13.

Obst. *l. 27. §. 3. ad L. Aquiliam*, ubi solutio habetur.

Ad l. 21. §. 3.

Obst. *d. l. 27. §. 3. ad L. Aquiliam*, ubi etiam conciliationes afferuntur.

Ad l. 26. princip.

Obst. *l. 13. §. 14. de petit. hered. l. 95. §. 9. de Solution.* Resp. Tractantur ibi alii casus: ut explicatur in Notis *ad th.* 48. *in f. Exerc.* 10.

Ad l. 26. §. 2.

Vide *not. ad th.* 60. *quæst.* 2. *de Transact.*

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l.* 16. *h. t.* Resp. Textus obstans loquitur de mortuo servo post judicium acceptum.

LIB. X.

TIT. I.

Finium regundorum.

Ad l. 4. §. 6.

OBst. *l. 27. de S. V. P.* Resp. Habetur *in not. ad th.* 52. *in f. Exerc.* 14.

Ad

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l. 5. in fin. arbor. furt. cæsarum.* Resp. (1) Actio finium regundorum directa negatur usufructuario: *text. oppos.* Conceditur tamen utilis, *h. §. 9.* perinde etiam, ut arborum furtim cæsarum utilis competit, *Exerc.* 48. *th.* 42. Resp. (2) Quòd alia ratio sit actionis furtim cæsarum arborum, & actionis finium regundorum. Illa est pœnalis, & non concernit usumfructum adeoque meritò usufructuario denegatur. Actio verò finium regundorum est rei persecutoria, & turbantur etiam fines usufructuarii. Merito ergò usufructuarius etiam agit.

TIT. II.
Familiæ erciscundæ.

Ad l. 8. §. 1. in f.

Opp. *l. 5. §. 2. 3. 4. de A. R. D.* Resp. Licet aliquando inter apes & columbas intercedat differentia, tamen in hoc etiam differunt, quò utræque in patrimonio sint.

Ad l. 16. §. 4.

Verb. Non velit. Obst. *l. 25. §. 19. h. t.* Resp. Diversi sunt casus. In *l. enim opp.* non agitur de furto antea commisso, sed de filio, qui cùm patrem defenderet, condemnatus aliquid solvit. Nec tunc distingvitur an vivo an mortuo patre solverit, cùm quicquid pro patre solutum est, habere debeat pro hereditario. Ast in *h. l.* 16. non similiter pro hereditaria pecunia habenda videtur, quam quis vivo testatore sustulit.

Ad l. 25. §. 16.

Verb. Negotiorum Gestorum actio non, &c. Obst. *l. 40. de N. G.* Resp. Actio negotiorum gestorum com-

petit ei duntaxat, qui alia gessit negotia, non ei, qui pro parte sua, & qui partem suam administrare potuit solam. Hîc autem tractatur de coherede, qui rem communem & hereditariam administravit in solidum, cùm pro parte non posset.

Ad l. 27.

Obst. *l. 41. in f. h. t.* Resp. In *textu opp.* statur alimentorum præstationi, & non libertorum divisioni, quia scil. in divisionem venire non possunt liberti, cum non amplius in bonis & patrimonio defuncti sint. (2) Obst. *l. 25. de Recept. arbitr.* Resp. Potius textus hîc convenit cum nostro, & præterea agitur ibi de officio arbitri, cui non est satisfactum, si de alia re arbitrium interponat, de alia non.

Ad l. 45. §. 1.

Obst. *l. 16. in f. h. t.* Resp. Aliud est tractare de servo hereditario, de quo in *textu opp.* aliud de servo heredis, de quo hic. Nam servus hereditarius venit ipse quoque in hoc judicio, ut alia quælibet res hereditaria, & consequenter ipsius quoque dolus.

Ad l. 44.

Obst. *l. 42. §. 6. de Procurat.* Resp. Textus oppositus intelligendus, quantum attinet ad coheredes aut condivisores, inter quos agitur. Sed in eorum heredibus aliud est, quoties de priori hereditate tractatur. Conf. *l. 5. §. pen. jud. solv. l. 31. §. si plures. de Ædil. Edict. l. 1. §. ult. l. 2. de Exercit. action.*

Ad l. 49. in f.

Vers. Quare. Obst. *l. 1. §. 12. de Religios. & sumpt. fun.* defunctum sepelivisse coheres, qui prætoris jussu sepelivit; sed potius ut obtemperet Prætori, cui parere habet necesse.

Ad l. 54.

Obst. *l. 25. §. 6. h. t.* Resp. Pars vel res alienata non venit

in

in hoc judicio, scil. ut dividatur, venit tamen in hoc judicium, ut eis solis detur, qui non alienarunt. *d. text. opp.*

TIT III.

Communi dividundo.

Ad l. 6. §. 6.

OBst. *l. 39. pro soc. it. l. 2. §. 1. de Relig.* Resp. Quæritur in hoc *§. 6.* an etiam is, qui mortuum infert in communem locum, teneatur, & qua actione? Ulpianus ait communi dividundo vel famil. hercisc. judicium dari. *d. l. 2. §. 1. de relig.* quia cum locus invito altero socio non factus sit religiosus, consequens est, manere communionem, & ideo id posse deduci in actionem communi dividundo, ut tollatur corpus illatum vel præstetur loci pretium: Non igitur necessaria est actio in factum. Aliud tamen visum fuit Trebatio & Labeoni, quorum sententiam tanquam absurdam hic reprehendit Ulpianus, quasi velit dicere, mirum est, Trebatium & Labeonem dicere, locum non esse religiosum factum, & tamen istos putare in factum agendum esse.

Ad l. 6. §. 7.

Obst. *l. 23. de damn. inf.* Resp. Qui dominus est in solidum, non potest aliter impedire missionem in possessionem, quam si in solidum caveat. *d. textu opp.*

Ad l. 7. §. 11.

Vid. *Ex. 42. th. 2.*

Ad l. 14. §. 1.

Vers. Diversum. Obst. *l. 58. §. 2. ad SC. Trebell.* Resp. Aliud est, quasi in rem meam impendere, aliud in rem meam.

Ad

Ad l. 28.

Obst. *l.* 26. *in f. de S. V. P.* Resp. Unus ex sociis, si aliquid faciat, in re communi, invito altero, non jure facit, videlicet si quis solus dominus ad suum arbitrium uti re communi velit, quia præripit socio jus suum: & non est jus agendi confessoria; sed expedit agere per socium communi dividundo; vel agere pro socio, si contracta sit societas vel interdicto uti possidetis. Remedia verò dantur ei, qui cum res exigit, vult reficere vel demoliri, vel immittere aliquid in ædes communes.

TIT. IV.

Ad exhibendum.

Ad l. 5. §. 4.

OBst. *l.* 29. §. 2. *ad L. Aquil.* quod scil. hoc casu quis non teneatur. Vid. *Schnobel disp.* 7. *th.* 6. *& ibi not.*

Ad l. 7. §. 4. *&* 5.

Vid. *not. ad l.* 23. *de jud. litig. à Gothofr.*

L I B. XI.

TIT. III.

De Servo Corrupto.

Ad l. 1. §. 1.

OBst. *l.* 28. *de Noxal. Act.* Resp. Bonæ fidei possessor servi corrupti actione non convenitur, quia sua re abuti se existimavit, neque dolo malo servum corrupit in fraudem domini, noxali vero judicio convenitur ex facto ipsius servi.

TIT.

TIT. VI.

Si mensor falsum modum dixerit.

Ad l. 1. §. 1.

AN dolus secundum hanc legem semper latæ culpæ æquiparetur, vid. *Hahn. Disp. de his, qui not. inf. n. 3. verb. causam eff. in med. usque ad fin.*

TIT. VII.

De Religiosis & sumtibus funerum.

Ad l. 6. pr.

VErs. Liberti. Obst. *l. ult. C. de V. S.* Resp. Lex ista pertinet ad legatum familiæ relictum, & aliter sive latiùs vox familiæ ibi sumitur. Aliàs strictè loquendo liberti non sunt, in familia sive naturali agnatione patrumfamilias. Obst. (2) *l. 108. de condit. & demonstr.* Eadem responsio.

Ad l. 11.

Obst. *l. 48. de Pact.* Resp. Ea demum pacta in traditionibus rerum apposita valent, & ad agendum prosunt, quæ pertinent ad favorem tradentis, qui non aliter fuerat traditurus, *l. ult. C. de rerum permut.*

Ad l. 14. §. 1.

Vide *th. not. ad th. 34. opp. 3. quæst. an etiam illata, &c. Exerc. 6.*

Ad l. 14. §. 2.

Vide *not. ad th. 16. q. 2. opp. ult. Exerc. 8.*

TIT. IIX.

De mortuo inferendo & sepulchro ædificando.

Ad l. 4.

OBst. *l. 6. C. de relig.* Resp. Longa possessio tribuit præscriptionem & exceptionem adversus dominum vindicantem locum tanquam purum.

LIB. XII.

TIT. I.

De rebus creditis.

Ad l. 3.

Vid supra *Exerc. 6. tit. de pactis not. ad th. 28. opp. 1.*

Ad l. 10.

Vide supra *Exerc. 6. de pactis, not. ad th. 28. opp. 2.*

Ad l. 11.

Obst. *l. 34. vers. his arg. mand.* Resp. Habetur *in th. 12. Exerc. 16.*

Ad l. 15.

Obst. *itidem d. l. 34. princip. mandat.* Resp. Habetur in *th. 11. Exerc. 16.*

Ad l. 18.

Obst. *l. 36. de A. R. D.* Resp. Habetur in *th. 10. Exerc. 16. add. Strauch. D. 6. 15. th. 38.*

Ad

Ad l. 21.

Obst. *l.* 41. §. 1. *de usuris.* Resp. Aliàs non tenetur creditor partem debiti accipere per *text. opp.* & similes; In hac verò *l.* 21. proponitur tale debitùm, cujus partem debitor negat, partem affirmat; hinc quæritur, an creditor, cui liquida crediti pars oblata est, hanc respuere, & totum judicio persequi possit? Et deciditur, humanitatis rationem suadere, ut diminuendæ litis causa oblatam partem liquidam accipiat, & illiquidam porrò persequatur, *add. Exerc.* 47. *th.* 73. *vers.* neque secundò. *vid. Cuiac. ad Ed. Paul.*

Ad l. 22. *verb. fin.*

Obst. *l.* 3. *§. fin. vers. ITEM de action.* Resp. Ibi de certo loco, quo vinum venit, est conventum.

Ad l. 24.

Obst. *l.* 14. *C. de Pact. l. un. §.* 1. *C. de Rei uxor. act.* Resp. Actio ex stipulatu hac *lege* 24. specialiter sumitur pro ea, quæ venit ex incerti stipulatione. Vide *princ. Inst. de V. O. add. th.* 38.

Ad l. 27.

Vide *not. ad th.* 48. *vers. ALIA VERO.*

Ad l. 32.

Th. 23. *n.* 1. *ibique not.*

Ad l. 34. §. 1.

Obst. *l.* 16. *Si cert. petatur.* Resp. Opposita lex loquitur de eo judice, apud quem litigat is, qui mutuum dat. Præses igitur à quovis alio mutuum accipere potest, præterquam à litigatore, qui apud ipsum, ut judicem, litem instituit; Quòd ideò constitutum est, ne prætextu mutui judicia corrumpantur, sententiæque judicum venales sint.

Ad l. 40.

Exposuimus hanc *legem* difficilem in *dict. ad Exerc. 6. th.* 28.

Ad l. 41.

Lex hæc explicatur *Exerc.* 20. *th.* 36. *ibique notat.*

TIT. II.

De Iurejurando.

Ad l. 9. §. 4.

AD *th.* 40. *opp.* 5. *Exerc.* 6.

Ad l. 9. §. 6.

Obst. *l.* 39. §. 1. *de Procur.* Resp. Dubium hoc *ad tit. de Procur.* est solutum.

Ad l. 13.

Obst. *l.* 7. *princip. de condict. furtiv.* Resp. Non tollitur ipso jure condictio furtiva, *d. l. opp.* sed per Exceptionem, *h. l.* 13.

Ad l. 15.

Obst. *l.* 37. *in f. C. de Episc. & Cler.* Resp. Nihil ibi dicitur de juramento aliquando domi præstando; sed Imp. Episcopos præsidum jurisdictioni subjecit, adeò, ut illi hos sequi teneantur.

Ad l. 21.

Obst. *l.* 27. *de Pact. l.* 10. *de Novat.* Resp. Extra peculii administrationem non habet jus novandi. *dd. txx. opp.* Textus verò in *l.* 21. agit de novatione, ratione peculii, uti ex *l.* 20. *praeced.* apparet.

Ad l. 31.

Verb. Ex integro causam. Obst. *l.* 1. *C. d. R. C.* Resp. Textus loquitur de juramento voluntario vel judiciali; textus verò in hac *l.* 31. de juramento necessario. Vid. *th.* 55. & 57. *Ex.* 16.

Ad eand. l.

Verb. Nova instrumenta. Obst. *l.* 29. *C. de Transact. junct. l.* 2. *h. t.* Resp. Dist. inter jusjurandum voluntarium & judiciale, quod transactioni æquiparatur, & retractari nequit. *d. th.* 56. & inter juramentum necessarium, quod retractari potest. *d. th.* 57.

Ad l. 34. §. 1.

Vid. supra *not. ad th.* 55. *de Transact.*

Ad l. 34. §. 4.

Vers. Hoc jusjur. Obst. *l.* 16. *h. t.* Resp. habetur *Ex.* 17. *th.* 74. Alia etiam responsio in dictat. *ad d. th.* affertur. Præterea etiam retenta communi lectione in hac *l.* 34. responderi solet, quando agitur de obsequiis præstandis iis, quæ à persona personæ debentur, juramentum de calumnia remitti per *opp. l.* 16. Quando verò quæstio est de re aliqua, etiam pater & patronus de calumnia jurant. *d. l.* 34.

Ad l. 38.

Obst. *l.* 17. *l.* 31. *h. t.* Resp. Isti textus agunt de juramento necessario & voluntario; hîc autem de judiciali. Porrò obst. *l.* 13. *rerum amot.* Resp. Singularis subest ratio in ista actione rerum amotarum.

Ad l. 39.

Obst. *l.* 8. *de condit. inst.* Resp. Ibi conditio apposita legato

remittitur; hîc autem ſub conditione quid promittitur, & pactum initur. Vid. *Ex.* 33. *th.* 49.

TIT. IV.

De condictione cauſa data cauſa non ſecuta.

Ad l. 3. *princ.*

OBſt. Quòd cautio Mutiana videatur hoc caſu præſtanda, etiamſi in ſpecie non repromiſſum ſit per *l.* 7. *de condit. & demonſtr.* Reſp. Textus opp. loquitur de ultima voluntate, in qua locus eſt cautioni Mutianæ. Hic autem agitur de materia contractuum, in quibus cumprimis ſtricti juris, ejusmodi cautio, niſi expreſsè promiſſa, locum non habet. Rationem diverſitatis hanc aſſignant Interpr. præcipuè, quòd in teſtamento honoratus legem ſibi apertius dicere non potuerit, neque colloqui cum ipſo teſtatore, ex cujus arbitrio tota vis teſtamenti pendet, in conventionibus imputatur ſtipulatori, qui ut cautio interponeretur, non curavit exprimi, cum in ipſius poteſtate illud fuerit. *l.* 99. *de V. O.*

Ad l. 5. §. 3.

Obſt. *l.* 3. §. 2. *l.* 5. *pr. h. t.* Reſponſionem vide *Ex.* 25. *th.* 14.

Ad l. ult.

Verſ. Quod proclivior. Obſt. *l.* 5. §. 1. *de P. V.* ubi dicitur emtio venditio eſſe. Reſp patet ex *Exerc.* 25. *th.* 19. *verſ.* Sed quid ſi pecunia.

Ad eand. l.

Verſ. Repetere poſſum. Obſt. *l.* 5. §. 1. *de P. V.* Reſp. habetur in hac *Ex.* 18. *th.* 12. *in f.*

Ad l. penult.

Obst. *l. unic. C d. Offic. Præf. vigil.* Solutionem vid. ap. *Hahn. ad Wes. ff. de offic. præfect. vig. in fin. verb. ultimo supplicio.*

TIT. V.

De condictione ob turpem causam.

Ad l. 4.

OBst. *l. 7. 8. Quod met. causa.* Resp. In textu opposito conceditur actio quod metus causa ei, à quo metu mortis aut vinculorum pecunia extorquetur, non enim in ista actione respicitur turpitudo dantis, sed solum metus illatus. *d. l. 8. pr. quod metus causa.* Neque obst. si quis dicat, ergò otiosum est quærere de condictione ob turpem causam, cum nihilominus actione quod metus causa repeti datum possit. Resp. enim (1) quod utique inquirendum sit, an ex natura hujus actionis hæc competat, an verò alia tali casu. Resp. (2) Aliquando etiam cessat in hujusmodi casu actio quod metus causa, si nimirum non adsit præsens mortis aut vinculorum metus. Tunc enim utiliter quæritur; an detur hæc condictio.

Ad l. penult.

Vid. *th.* 44. *not. opp.* 3. *Ex.* 6.

TIT. VI.

De condictione indebiti.

Ad l. 6. §. ult.

OBst. Quoad tutorem *l. 67. §. 1. h. t.* & quoad Procuratorem, *h. l. 6. princ.* Respondent quidam, uti monetur *ad thes.* 42. *Exerc.* 18. Labeonis & Celsi sententiam esse probatam in priori-

bus

bus §§. Juliani verò sententiam in §. *ult.* saltem referri. Resp. (2) Non datur tutori directo, nomine proprio condictio; sed nomine pupilli; Quid si verò tutor solutum pupillo non imputaverit, ipsi tutori nomine proprio ex æquitate utilis datur, *d. l.* 67. §. 1. Similiter Procuratori directo & nomine proprio non datur condictio, quia non nomine proprio; sed nomine domini solvit indebitum. Quòd si verò dominus non ratam habuerit solutionem, ipsi Procuratori nomine proprio datur, *d. l.* 6. *princ.* & §. 2. Posset etiam (3) dici, quod nec *l.* 6. §. *ult. h. t.* sensus sit, non posse tutorem à pupillo, nec procuratorem à domino repetere indebitè solutum, quia scilicet officium tutoris est, indebita solvere, nec dominus tale quid mandavit procuratori.

Ad l. 11.

Obst. *l.* 19. §. 1. *h. t.* Communiter Resp. distingvendum; An filii vel servi nomine pater vel dominus solverit, & condictionem non habet per *d. l.* 11. Aut verò suo nomine solverit, & condictio ei competit secundum *text. opp.* Verùm quantum hanc *l.* 11. attinet, hæc distinctio non videtur satis commoda, cùm actione de peculio conventus solvat, & ita nomine filiifamilias vel servi. Ideoque dicendum videtur, quòd singulare sit hac actione de peculio, cùm enim revera totum debeatur, & solùm ex æquitate domino succurratur, ne ultra vires peculii teneatur, ideò imputet sibi dominus, si non diligentiùs in vires peculii inquisivit. Alia verò est ratio in *text. opp.* uti jam dicetur.

Ad l. 19. §. 1.

Obst. *l.* 44. *h. t.* Resp. Habetur in dictatis ad *th.* 32. *hujus Exerc.* 18.

Ad l. 19. §. 3.

Obst. *l.* 19. *de Legat.* 2. Resp. Planè alius ibi proponitur casus. Ibi enim is servus, quem solvit, revera est legatus, ideoque

ideoque non poteſt repetere. In hoc verò §. 3. *Pamphilus*, quem ſolvi, planè non eſt promiſſum, ideoque tanquam indebite ſolutus rectè repetitur.

Ad l. 23. §. 2.

Verb. SCto infirmatur. Obſt. *l.* 8. *pr. de Transact.* verb. Divus Marcus oratione. Reſp. Patet ex *Exerc.* 1. *th.* 64. *verſ.* hinc quod uno, *pag.* 39.

Ad l. 32. §. 3.

Obſt. *l.* 19. *in f. de Legat.* 2. Reſp. Diſtingvendum inter contractus, ad quos ſpectat hæc *l.* 32. §. 3. & ultimas voluntates, in quibus favore earum aliud receptum, *d. t. opp.* Hinc licèt aliàs in alternativis promiſſionibus promiſſoris ſive debitoris ſit electio, *l.* 10. §. *fin. de jure dot.* tamen in ultimis voluntatibus electio legatario, qui creditoris locum obtinet, conceditur, §. *ſi generali Inſt. de Legat. l.* 34. §. *pen. l.* 37. *princ. de Legat.* 1. *l.* 32. *de Legat.* 2. Hic etiam in caſu legis oppoſitæ electio legatario, qui utrumque ex alternativis accepit, relinquitur.

Ad l. 33.

Verb. Condictionem non habet. Obſt. *l.* 40. §. 1. *h. t.* Reſp. Loquitur textus oppoſitus de caſu, quo heres impendit in rem fideicommiſſo obnoxiam, quæ eo tempore, quo impendit, revera in dominio heredis fuit. Textus verò in *h. l.* 33. loquitur de impenſis in rem alienam, vide *not. ad th.* 36. *Ex.* 11.

Ad l. 38.

Vide de hac *lege* difficili *th.* 34. *hujus Exerc.* 18.

Ad l. 41.

Obſt. *l.* 21. *ad L. Falcid. vide Exerc.* 6. *th.* 39.

Q Ad

Ad l. 44.

Obst. *l.* 19. §. 1. *h. t.* ubi hoc dubium est solutum.

Ad l. 48.

Obst. *l.* 46. *de V. O.* ubi differentia constituitur inter copulas, SI, & CUM. Resp. Alius ibi tractatur casus, & quidem hæc verba: Si volueris, expressam continent conditionem, eaque confertur obligatio in arbitrium promissoris. Verba autem: Cùm volueris, tacitam saltem conditionem continent: Expressa verò nocent, non expressa non nocent, *add. Exerc.* 47. *th.* 19.

Ad l. 60. *princip.*

Hæc lex explicatur in *th.* 38. *circa fin. Exerc.* 18.

Ad l. 63.

Obst. *l.* 38. §. 3. *de Solution.* Respons. Textus in *h. l.* 63. loquitur de promisso certo homine, tanquam servo, v. g. Stycho. Hunc solvit promissum, sed statu liberum, non igitur satisfacit obligationi, quia Stychum ut servum promisit, nec tamen ipsum repetere potest, quia Stychum debuit. Creditor verò si conditio deficiat, sub qua libertas Stycho relicta est, agere potest. Textus autem in *l. opp.* loquitur in genere de homine incerto promisso, & tunc, quia præcisè hunc hominem non debuit; ipse debitor condicere potest, *add. Exerc.* 39. *th.* 10. Opp. (2) *l.* 92. §. 1. *de Solut.* Resp. Textus hîc oppositus accipiendus est de casu, quo defunctus Stychum in ea conditione, in qua est, promisit. Tunc si heres præstet statu liberum, liberatur.

Ad l. 65. §. 1.

Vide *not. ad th.* 67. *supra de Transact. opp.* 1.

LIB.

LIB. XIII.

TIT. I.

De Condictione furtiva.

Ad l. 2.

Obst. *l. 60. de R. V.* Resp. Hæc *l. 2.* loquitur de heredibus furis, furiosis & infantibus, qui ob rem ipsam obligantur. In textu vero opp. agitur de ipso facto furiosi & infantis.

Ad l. 3.

Obst. *l. 2. §. 4. in f. ad L. Rhod. de jactu l. 3. §. 3. de Act. emt.* Resp. Aliis casibus interesse contra rem non attenditur.

Ad l. 16.

Verb. Non ultra dolum. Obst. *l. 1. §. 15. Depos.* Resp. Est ibi singularis casus, ubi dolus præcessit casum fortuitum.

TIT. IV.

De eo, quod certo loco dari oportet.

Ad l. 6.

Vid. *Ex. 6. not. ad th. 28. opp. 4.*

Ad l. 8.

De hac lege vid. *Exerc. 18. th. 73.*

TIT. V.
De constituta pecunia.

Ad l. 14. princip.

ALibi dicitur, quod relatio nihilominus debeat fieri ad certum quid. *l. 28. depos. l. 69. §. 4. de jure dot.* Obst. *l. 1. §. 6. h. t.* Resp. Ibi vox incerti non denotat incertam quantitatem; sed contractus incertus ibi dicitur, qui non continet certam rem, quæ describitur in *l. 6. de Reb. Cred.* Sed promissum incertæ æstimationis, ut factum sive interesse.

Ad l. 18. princ.

Vers. Proinde. Obst. *l. 5. de Reb. Cred.* ubi difficultas debitorem à mora excusat. Resp. Debitor ibi de damno vitando; hic verò creditor de lucro captando est sollicitus.

Ad l. 22. in f.

Obst. *l. 17. in f. de Pactis.* Resp. Constitutum est accessio principalis obligationis, sequitur ergo heredem, penes quem est sortis obligatio. Pactum autem simplex non ita accessio est. *d. tx. opp.*

Ad l. 24.

Obst. *l. 41. de usur. in f. l. 31. eod.* Resp. Subintelligendum in hac *l. 24.* certas usuras esse promissas.

Ad eand. l.

Verb. Si intercesserit stipulatio. Obst. quod in initio hujus textus dicatur, epistolam esse emissam; per epistolam verò non contrahatur stipulatio. *l. 1. pr. de V. O. l. 52. de Pact.* Resp. Probari tamen potest ex epistola stipulatio, quæ intercessit.

Ad

Ad l. 27.

Verb. Etiam invito. Obst. quòd beneficium in invitum non conferatur. *l.* 19. *§.* 2. *de donat. l.* 69. *de R. I.* Resp. Lex ipsa hujusmodi casibus operatur. Non igitur hoc provenit, tanquam ex beneficio constituentis & solventis, sed ipso jure. *add. Exerc.* 47. *th.* 70. *ibique not.*

TIT. VI.

Commodati vel contra.

Ad l. 1. §. ult.

OBst. (1) *l.* 1. §. 15. *Depos.* Resp. Textus opp. loquitur de utili actione; hic §. *ult.* de directa. *add. l.* 3. *pr. h. t.* Obst. (2) *l.* 1. *C. Si adversus delictum.* Resp. Agitur ibi de delictis, & non de contractibus. Obst. (3) *l.* 2. *de fidejuss.* Resp. Ut fidejussor teneatur, etiam naturalis obligatio debitoris principalis sit.

Ad l. 3. princ.

Vid. *not. ad th.* 39. *quæst.* 2. *Ex.* 6.

Ad l. 32. §. 2.

Vers. Rei judic. tempus. Opp. (1) *l.* 37. *mand.* Resp. In initio hujus legis oppositus alius casus & quæstio proponitur; si nimirum servum fidejussor pro reo principali solverit, & fidejussor servum postea repetat à debitore sive reo principali actione mandati, quæritur: An tunc servus solutus sit æstimandus ratione temporis, à quo solutus sive præstitus? an vero ratione temporis, quo agitur de re commodata ab ipso debitore, seu commodatario restituenda? Cæterùm *vers. fin. d. l.* 37. exponitur *Exerc.* 17. *th.* 70. *vers.* in stricti juris. Opp.

Q 2 (2) *l.* 3.

(2) *l. 3. de Cond. Tritic.* Resp. De quo casu hîc textus sit accipiendus, itidem exponitur in *d. th. 70. vers.* si quando, *p. 638.*

Ad l. 5.

Vide *not. ad th. 23. Exerc. 12.*

Ad l. 5. §. 2.

Vide *not. ad th. 50. Exerc. 7. opp. 2.*

Ad l. 5. §. 12.

Vers. Merces intervenit. Obst. Quòd mandatum sit gratuitum *§. 1. Inst. quib. modis re contr. obl.* Resp. Quando merces intervenit, alteratur hujus contractus causa, vid. *l. 1. §. 2. depos. add. Exerc. 6, th. 26. n. 2.*

Ad ejusd. l. §. 15.

Vers. Duorum quidem. Obst. *l. 6. fam. ercisc. l. 5. si cert. petatur.* Resp. Habetur in ipso textu, §. 15. Quòd scilicet ita in solidum sint unius rei plures domini, ut non habeant partes realiter divisas, atque ita realiter indivisas. Vide *Ex. 12. th. 27.*

Ad l. 18. princ.

Obst. *l. 1. §. 4. de Oblig. & Act.* Resp. Colligi potest ex solutione dubii tertii in *th. 7.* addatur *th. 27. & 28. Exerc. 19.*

Ad ejusd. l. §. 2.

Vers. Modica. Obst. *l. 22. de damno inf §. 16. Inst. de R. D.* Resp. Dicitur hoc saltem, quòd modica impendia non possit repetere commodatarius. Non autem agitur, quòd aliàs modica curentur aliis convenientibus casibus.

TIT. VII.
De Pignoratitia Actione.

Ad l. 1. pr.

OBst. *l. 26. in princ. h. t.* Resp. Contractus pignoris non nisi traditione initur, *l. 9. §. 2. h. t.* Aliàs verò pignus in genere etiam constitui potest, *add. Exerc. 26. th. 2.*

Ad ejusd. l. §. ult. in f.

Obst. Quòd PAULUS *L. 5. sentent. & L. 25. §. 4.* crimen falsi tali casu committi dicat. Resp. (1) sententiæ PAULI *in ff.* non relatæ non habent firmitatem. (2) Aliàs etiam crimen falsi committitur, si quis corruperit argentum vel aurum. Alia verò videtur esse ratio, si in contractu pignoris quis æs, tanquam aurum esset, substituerit. Quia scilicet non in ipsa re sive debito principali decipitur creditor, sed solùm, quoad securitatem crediti.

Ad l. 6. §. 1.

Vers. Quòd si eum, &c. Obst. *l. 2. C. de usur.* Resp. Ibi alius casus proponitur. Emtor enim ratione pretii etiam sine interpellatione, in mora est, adeoque usuras debet. *l. 5. C. de Action. emti. Add. Exerc. 27. th. 68. n. 4.* In casu autem hujus *l. 6.* nulla subest mora. Si verò adsit mora, etiam tenetur per *seq. l. 7.*

Ad l. 11. §. 5.

Vers. Planè. Obst. *l. 5. ex quib. caus. pign. contrah.* Resp. Textus oppositus loquitur de gratuita concessione cænaculi. Hoc enim casu invecta & illata à secundo isto inhabitatore gratuito non sunt domino ædium obligata, quippe qui non sublocavit, sed donavit, *l. 9. ff. de donat.* Jus autem primi locatoris

in

in bona per secundum habitatorem illata pendet ex jure primi conductoris. Præterea obstat *l.* 24. §. 1. *Locat. l.* 6. *C. eod.* Resp. Hi textus oppositi loquuntur de prædiis rusticis locatis, ubi non invecta & illata, sed solùm fructus tacitè obligantur, *Ex.* 26. *th.* 16. *l.* 4. *pr. ex quib. caus. pign. tac. contrahatur.*

Ad l. 18. §. 3.

Obst. *l.* 7. *in f. princ. de Except. rei jud.* Resp. Planè alia quæstio ibi proponitur.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l.* 1. §. 1. *quæ res pign. oblig.* Resp. Ex ipsa lege opposita quòd hæc sit facti quæstio, quousque nimirum dominus concesserit potestatem servo. Nimirum pignoris datio à servo facta valet, si ex causa aliqua ad peculium pertinente sit facta, sive ex qua dominus actione de peculio propter contractum servi conventus teneretur, *l.* 28. §. *ult. l.* 30. §. 1. *de pactis.* Extra causam verò ad peculium pertinentem, pignoris datio regulariter non valet, *d. l.* 1. §. 1. *opp.*

Ad l. 20. §. 2.

Obst. quòd nuda oblatione non tollatur debitum, adeoque nec pignus possit repeti. *l.* 19. *C. de usur.* Resp. Aliud est ipso jure liberationem à debito consequi. Aliud est, consequi id, ut possit debitori actionem pignoratitiam instituere. Ad illud non sufficit nuda oblatio, *d. l.* 19. *Ex.* 47. *th.* 79. Ad hoc verò sufficit, quia per institutam actionem pignoratitiam hoc casu id ago, ut oblatam pecuniam excepter, aut pignus restituat creditor.

Ad l. 22. *princ.*

Obst. *l. ult.* §. *sed tamen C. de furt.* §. *idem Inst. de obligat. quæ ex delict.* Resp. Alia est ratio in commodatario, de quo textus opp. agunt, qui solum rei usum habent.

Ad eand. l. 22. §. 2.

Obst. *l. 62. de R. V.* Resp. Quantum creditorem attinet, prædo rectè repetit fructus pignoris, hoc textu. Si verò lis sit inter dominum & prædonem, tunc utique fructus domino sunt restituendi. *d. text. opp.*

Ad l. 24. princ.

Obst. 1. *l. 8. C. de sentent.* Resp. Dicitur saltem, quod tali casu possit repeti debitum; quomodo autem repetatur, in *h. l. 24.* exprimitur. *add. l. 74. §. 1. de Eviction.* Opp. (2) *l. 4. C. de Evict.* Resp. Non est mutata pignoris causa ratione aliorum creditorum, quibus eadem res credita est oppignorata. Obst. (3) *l. 59. ad SC. Trebell. l. 30. §. Latinus de Except. rei judic.* Resp. Ibi planè alius casus & quæstio proponitur.

Ad l. 26. §. 1.

Opp. *à Gothofr. c. 9. X. de dolo.* Resp. Ibi singulariter quid jure Canonico ob contumaciam statuitur.

Ad l. 29.

Verb. Desinit. Obst. Quod ne quidem in initio fuerit pignus. Resp. Per *l. 1. in fin. quib. mod. usufr. amitt.* quòd scil. hactenus fuerit habitum pro pignore, quia debitor in bona fide & usucapiendi conditione constitutus. *l. 18. h. t.* Eodem itaque respectu etiam desinere potest pignus.

Ad l. 33.

Obst. Quòd antichresis quid diversum sit à pignore, *l. 11. §. 1. de pignor.* Resp. Utique in Antichresi est pignus conjunctum scil. cum potestate fruendi. *Ex. 19. th. 52.*

Ad l. 35. §. 1.

Obst. *l. 36. de Acquir. vel Amitt. Poss.* Resp. Quoad usucapionem, ne scil. illa interrumpatur, possidere adhuc videtur de-

bitor, quia scil. solum, ut dum debitum solvitur, securus sit creditor, possessio in ipsum sit translata. *add. l. 16. de usucap.*

Ad l. 36. §. 1.

Obst. *l. 21. ad L. Cornel. de Fals.* Resp. (1) Agitur ibi de emtione vendit. hic de contractu pignoris. Resp. (2) Sicuti actio de dolo etiam subsidiaria est in civilibus, & licet alia actio competat, tamen cum dubium sit, an competat, etiam in subsidium hæc assignatur. Ita quoque in subsidium hîc datur in criminalibus judicium ex stellionatu. *add. Ex. 48. th. 109.* Vid. *not. ad th. 36. opp. 9. Ex. 8.*

Ad l. 41.

Obst. valde *l. 22. de pign. & hypoth.* Variæ solutiones habentur in Not. *ad th. 17. vers.* Sed quid. *Ex. 26.*

LIB. XIV.

TIT. I.

De Exercitoria actione.

Ad l. 1. §. 18.

VErs. Solent. Obst. *l. 17. de Reb. Cred. l. 7. mand.* Resp. Quod hîc extra ordinem dicitur, id officio judicis, sc. extraordinario in textibus opp. adscribitur. *add. l. 1. de extraord. cogn.*

Ad l. 1. §. fin.

Vid. *not. ad th. 115. Ex. 8.*

Ad l. 2.

Vid. *not. ad th. 115. Ex. 8.*

Ad l. 3.

Vid. *not. ad th. 115. Ex. 8.*

TIT.

TIT. II.

Ad L. Rhodiam de jactu.

Ad l. 2. §. 4.

VErs. Nec ad rem. Obst. *l. 2. in f. de eo, quod certo loco.* Resp. Aliis casibus quidem etiam æstimatio ratione lucri accepti attenditur, sed hîc alia subest ratio, quam breviter assignat Harmenopol. *Promtuar. jur. lib. 2. Tit. 11. §. 11.* Quòd scil. & damnum, quoad fieri potest, minuatur, & lucrum propagetur. Sic enim utrisque consulitur, & iis, qui jacturam fecerunt, & iis, qui res suas salvas habent. Add. *Ex. 20. th. 29.*

Ad l. 9.

Hæc *l. 9.* explicatur in hac *Ex. 20. th. 30.*

TIT. III.

De institoria actione.

Ad l. ult.

HÆc *l. ult.* explicatur in hac *Exerc. 20. th. 39.*

TIT. IV.

De Tributoria actione.

Ad l. 5. §. 1.

VErs. Nec deducendum. Obst. *l. 17. in f. de pecul.* Resp. Alia est ratio in actione de peculio, ubi & alia differentia occurrit, quæ in *l. 6. h. t.* exponitur.

TIT. VI.
De SCto Macedoniano.

Ad l. 9. §. 1.

OBst. *l.* 14. *de Reb. Cred.* Variæ sunt conciliationes hujus difficilis pugnæ. Nostra sententia exponitur *h. Ex.* 20. *th.* 7.

LIB. XV.
TIT. I.
De Peculio.

Ad l. 2.

OBst. *l.* 19. §. 1. *verb.* ex omnibus causis, *h. t.* Resp. Ex iis causis, ex quibus fructuario acquiri solent fructus, simpliciter tenetur, & statim conveniri potest, *h. l.* 2. Ex reliquis autem causis prius conveniendus est dominus ratione peculii ad ipsum pertinentis. Hoc non sufficiente ratione reliqui in subsidium, convenitur usufructuarius, *d. text. opp.*

Ad l. 3. §. 11.

Vers. Proinde non, &c. Obst. *l.* 69. *de Fidejuss.* Resp. In hac *l.* 3. agitur de actione de peculio, & dicitur, quod etiam actio judicati de peculio detur contra dominum sive patrem, tanquam ex contractu, licet origo sive actio, super qua judicatur, non sit ex contractu, cujusmodi casus in *opp. text.* non habetur.

Ad l. 5. §. 2.

Obst. *l.* 22. *de jurejur.* Resp. PAULUS qui tantum sententiam ibi refert, non verò approbat. *Add. Cujac. l.* 8. *obs.* 11.

Ad l. 9. §. 7.

Obst. *l. 13. ad L. Aquil.* Explicatur hæc *l. 9. §. 7. ad Ex. 49. th. 52. princ.*

Ad l. 17.

Verb. Non deducetur. Obst. *l. 5. §. 1. de Tribut. Act.* ubi jam solutio est addita.

Ad l. 19. §. 1.

Vers. Quæ quæstio. Obst. *l. 2. h. t.* ubi hæc pugna soluta est.

Ad l. 30. §. 6.

Obst. Quod exceptio doli sit perpetua, *l. 6. C. de Except.* Resp. Non agitur in hoc §. 6. *de exceptione doli*, sed de dolo in actione de peculio objecta domino servi. Vid. not. *Goth. ad l. 23. lit. g. de judic.*

Ad l. 35.

Obst. *l. 1. §. 7. quand. de pecul.* Resp. Legatarius debet cavere indemnem fore heredem ratione creditorum hereditariorum de peculio agentium, qui scil. titulo lucrativo peculium habet; adeoque & onus sive æs alienum ferre debet. Ast in casu *hujus l. 33.* emtor pretio singulari comparavit peculium, E. ratione pretii tenetur venditor.

Ad l. 50. princip.

Obst. *l. 7. §. 15. ex quib. causis in poss. eatur.* Resp. PAPINIANUS in *h. l. 50.* missionem regulariter denegat hoc casu; ULPIANUS vero certa ratione & instar exceptionis concedit missionem in *l. opp.* si nimirum tempore rei judicatæ aliquid possit esse in peculio, ut quando filius adhuc vivit. Quem casum non respexit PAPINIANUS in *h. l.* & tamen missio tunc non ple-

num effectum habet, ut scil. bona etiam distrahantur; sed solùm hoc, ut rei servandæ causa possideantur, usque dum appareat, an tempore rei judicatæ quid superventurum sit. Similiter ob debitum sub conditione creditor latitans cum plenario effectu non mittitur in possessionem. *h. l.* 50. vers. nam &. Sed tantùm ejus bona interim possidentur, usque dum appareat, an conditio existat nec ne. *l.* 10. *l.* 11. *quib. ex causis in poss. eatur.*

TIT. II.
Quando de peculio actio annalis est.
Ad l. 1. §. 4.

OBst. *tt. si à parent. manumiss.* Resp. Ibi vox manumissionis latiùs sumitur.

TIT. III.
De in rem verso.
Ad l. 3. §. 9.

OBst. *l.* 12. *in f. de N.G.* Resp. In casu hujus §. 9. ne captum quidem in utilitatem domini.

Ad ejusd. l.

Vers. Ne credulitas. Obst. *l.* 3. *ad SC. Macedon.* Resp. Ibi alius tractatur casus, quando nimirum filius famil. pro patrefam. fuerit habitus communiter ab omnibus.

Ad ejusd. l.

Vers. Adhuc. Obst. *l.* 3. §. 3. *h.* Resp. Datur quidem utraque actio ipso jure, *h.* §. 10. sed ex utraque non potest condemnari dominus, ideoque cum effectu non datur. *d. text.*

oppos.

oppos. Atque ita Cajus ipsum §. 10. in sq. l. 4. limitat. Add. l. 10. l. 12. de pecul. l. 6. de Tribut. Act.

Ad l. 9.

Opp. Quòd pater debeat dare dotem. l. fin. C. de dot. promiss. l. 19. de R. N. Resp. (1) Pater hoc casu non voluit tantam dotem dare, vel non hoc tempore. (2) Ex justa causa detrectavit dare. l. 19. §. 1. C. de haret. Add. Ex. 30. th. 3. vers. porrò &c. (3) Quòd hic per patrem intelligatur alia persona ascendens, v. g. mater, avus. (4) Potest etiam simpliciter intelligi textus de casu, quo pater injustè detrectet dotem. Exinde autem non sequitur, quòd dans nomine patris inviti actionem de in rem verso habeat.

Ad l. 7. princip.

Vers. Rectè. Opp. l. 10. §. 6. h. t. Resp. In casu d. l. 17. fortuitus casus excusat.

TIT. IV.

Quod jussu.

Ad l. 1. §. 7.

Obst. l. 3. §. 1. in f. ex quib. caus. in poss. eatur. Resp. Textus ex textu est intelligendus & explicandus, ideoque in textu opposito etiam præsupponenda est tutoris autoritas.

LIB. XVI.

TIT. I.

Ad Senatusconsultum Vellejanum.

Ad l. 2.

Obst. (1) l. 1. in f. de postul. Resp. Postulare quidem pro parentibus & liberis potest foemina, sed non intercedere.

Opp.

Opp. (2) *l.* 41. *de Procur.* Resp. Agitur ibi de administratione negotiorum extrajudicialium, ubi etiam nulla subest intercessio. vid. *Godofr. animadv. c.* 4.

Ad *l.* 2. §. 1.

Vid. Gothofr. *anim c.* 9.

Ad *l.* 18.

Obst. *l.* 48. *de fidejussor.* hujus *l.* 18. *junct. l.* 17. *in f. h. t.* Resp. est ad *thes.* 5. *Ex.* 21. *Addatur th.* 9. *in f.*

Ad *l.* 19. *princ.*

Opp. *l.* 71. *de fidejuss.* Resp. patet *ex th.* 9. *n.* 3. *Ex.* 21.

Ad *l.* 23.

Opp. *l.* 26. *h. t.* Resp. In *h. l.* 23. est dolus & deceptio. Add. *th.* 10. *n.* 1. In casu verò *l.* 26. adest intercedendi animus, & de eo constat illi, ratione cujus interceditur pro isto servo. Conf. *l.* 1. §. 1. *in f. de A. E.*

Ad *l.* 32. §. 2.

Opp. *l.* 4. *C. h. t.* Resp. In textu opposito nummi ex venditione redacti postea solvuntur ab uxore creditori mariti, adeoque non est intercessio; sed solutio. Addatur *th.* 9. *n.* 2. *Ex.* 21. In casu verò hujus *l.* 32. ipsa intercessio pro marito implicata est pacto venditioni adjecto. Vid. *Gothofr. animadv. c.* 10.

TIT. II.

De Compensationibus.

Ad *l.* 10. §. 2.

Vid. *not. ad th.* 8. *opp.* 1. *de Postul.*

Ad *l.* 19.

Verb. ult. Dubium oritur *ex l.* 9. *h. t.* Resp. In textu opposito agit Dominus vel pater ex contractu servi vel filiifamiliâs contra

contra socium. Solidum igitur, quod ipse vicissim debet, venit in compensationem. In hoc verò textu *l.* 19. Resp. agit ex suo contractu, ex pristina obligatione, quæ per solutionem non factam administratoribus non est soluta. Cùm verò Resp. teneatur ex gestis cum servo publico, ratione peculii, ideò resp. ejus, quod in peculio est compensatio, locum habet.

TIT. III.

Depositi, vel contra.

Ad l. 1. §. 5.

OPp. *l.* 10. *de precar.* Resp. Quod deposito accedit, non quidem principaliter depositum est; nec tamen potest retineri, sed cum deposito restitui debet, aliâs contra bonam fidem ageret & deteriorem rem restitueret depositarius. *add. l.* 5. *§. usque adeo.* 9. *Commodat.* Opp. (2) *l.* 1. *§.* 41. *h. t.* Resp. Ibi cista deposita est.

Ad l. 1. §. 14. *inf.*

Obst. *l.* 5. *pr. ut legator l. fideicom. nomine cav.* Resp. In casu legis oppositæ heres fuit ab hostibus captus, adeoque in pendenti est successio, nec tenetur interim fidejussor: In casu verò §. 14. hereditas jacens personæ vicem sustinet. *add. l.* 10. *ut legator. l. fid. nomine cav.*

Ad ejusd. l. §. 25.

Obst. *l.* 4. §. 10. *de usucap. l.* 16. *de cond. furt.* Resp. Depositarius hic semel contra bonam fidem & dolose egit vendendo: adeoque postea etiam de casu fortuito tenetur; licèt rem in depositum receperit, quia nihil inter deponentem & depositarium gestum est, quod dolum vel vitium præcedens purget. Alia ratio est in purgatione moræ, ubi res deinde oblata creditorem in mora constituit, adeoque debitoris priorem moram purgat. *Add. Ex.* 27. *th.* 71. Alia etiam est ratio vitii furtivi, quod aliâs impe-

S diret

diret usucapionem, quod utique sublatum est per *d. text. opp. in l.* 4. §. 10. *de usucap.* Hic autem solùm agitur de casu fortuito supervenienite.

Ad ejusd. l. §. 33. in fin.

Opp. *l.* 94. *de V. S.* Resp. Strictiùs hîc §. 33. sumitur vox reddere, quàm dare.

Ad ejusd. l. §. 40.

Obst. *l.* 19. §. 1. *de Furt.* Resp. In actione furti non ita opus est, ut in actione depositi, ibi ad pœnam agitur: hîc pondus exprimitur, ut appareat, an res adhuc ita se habeat, ut deposita est: In rei vindicatione etiam non opus est, ut exprimatur pondus, quia jure dominii agitur, quod ratione corporis spectatur. *l.* 49. §. 1. *de R. V.*

Ad ejusd. l. §. 43.

Obst. *l.* 2. *de duob. reis.* Resp. Petitio ibi intelligitur, unius ex reis stipulandi contra promissorem instituta: non verò petitio ab uno ex reis promittendi id in *h.* §. 43. Neque enim dicitur petitio ab uno; sed petitio unius, scil. correi stipulandi. Addatur *Exerc.* 47. *th.* 27. *vers.* per petitionem.

Ad l. 7. §. 1.

Vid. *not. ad th.* 2. *Ex.* 8.

Ad l. 7. §. 2.

Obst. *l.* 14. §. 2. *de Reb. aut jud. possid.* Videantur notata ad *Exerc.* 44. *th.* 54. *n.* 1.

Ad l. 15. §. 1.

Vid. *not. th.* 39. *quæst.* 2. *Ex.* 6.

Ad l. 20.

Verb. Nec cavere. Obst. *l. 5. §. 2. inf. de condict. causa data causa non secut.* It. *l. 21. de R. V. l. 8. §. ult. mand. l. 5. §. ult. ad exhib. l. 41. de judic.* Resp. Ut quis obligatus sit ad cautionem præstandam, debet esse quoad rem obligatus, pro qua cautio exigitur. In casu verò *legis* 20. depositarius planè non obligatur: In textibus verò oppositis, illi qui conveniuntur, non tantùm de dolo tenentur, sed etiam de culpa, & quod præcipuum est, ex ejusmodi causa, ex qua lucrum aliquod sperare aliquo casu potuerit, quod in depositario diversum est.

Ad l. 21. §. 1.

Obst. *l. 1. §. 18. h. t. It. l. 9. de negot. gestis.* Resp. Multùm interest, an contra servum manumissum agatur, ex contractu depositi, ob dolum, quem in servitute admiserit, an verò ratione doli admissi post manumissionem, v. c. quod rem restituere noluerit. Præterea agit hæc *lex* 21. §. 1. de casu, quo servus manumissus rem penes se habet, ideoque meritò ipse tenetur.

Ad l. 25. princ.

Obst. *l. 32. in fin. de negot. gest.* Resp. Distinguendo, an præsente filia, quæ sui juris fuit, pater res filiæ donatas susceperit, aut saltem ea sciente, aut verò absente vel ignorante; priori casu competit actio depositi, posteriori actio negotiorum gestorum.

Ad l. 31. §. 1.

Vers. Et probo. Obst. *l. 1. §. penult. Naut. Caup. Stabul.* Quod scilicet res potiùs ipsi prædoni restituenda, quàm deponenti. Resp. Regulariter quidem res restituenda est deponenti, *add.* 15 *l. 16. Commod. Exerc.* 19. *th.* 3. At verò concurrit, & prædo, qui deposuit, & dominus, qui rem suam petit, tunc præfertur dominus, *add. Exerc.* 21. *th.* 39.

S 2 Ad

Ad l. 32.

Vide *Exerc.* 21. *th. ET. Exerc.* 19. *th.* 25.

LIB. XVII.

TIT. I.

Mandati vel contra.

Ad l. 6. §. 3.

OBst. *l.* 8. §. 6. *h. t.* Resp. Patet ex *th.* 8. *n.* 3. quòd scilicet *lex* 6. §. 4. *h. t.* agat de casu, quo initio quidem nihil interest, postea tamen interesse cœpit; vel: Quo principaliter quidem non interest, sed támen postea per consequentiam, & ita non pugnat cum opposito textu.

Ad l. 11.

Obst. *l.* 31. *in fin. de fidejuss.* Resp. Actio mandati, quæ propter condemnationem cœpit competere, & in quam heres successit, non ideò extincta videri potest: quod fidejussoria obligatio per confusionem extincta fuit; In textu verò opposito non agitur de tali casu, quo jam defunctus fuit condemnatus.

Ad l. 12. §. 1.

Dubium oritur ex *l.* 26. §. 3. *h. t.* Resp. Nihil interest, si alius ille tertius, qui creditor erat creditoris, creditorem eundemque debitorem suum liberaverit.

Ad l. 12. §. *fin.*

Vide *not. ad th.* 36. *opp. ult. Exerc.* 8.

Ad l. 17.

Vide *not. Gotbofr. ad l.* 23. *de jud. lit. g.*

Ad

Ad l. 27. §. 4.

Obst. *l. 54. de petit. hered. l. 38. de R. V. l. 12. de pignor.* Resp. Ibi tractatur de casibus, quibus absque mandato domini quid impensum in rem alienam; hîc verò mandatarius impendit ex mandato Domini, quo contineri intelliguntur omnia, sine quibus mandatum expediri non potest, *L. 19.* proinde non inspiciendum est, quantum mandator sive dominus impensurus fuerit; sed quantum mandatarius bona fide impenderit, & sibi mandator imputet, quòd per alium gerere maluerit, quòd ipse minoribus impensis potuisset exequi.

Ad l. 29. princ.

Vide *not. ad th. 76. Exerc. 8.*

Ad l. 32.

Verb. Nunquam illi, &c. Obst. *l. 70. de Legatis 2. juncta l. 7. §. 7. de minoribus.* Resp. Isto casu ideò valet legatum, quod legatarius tanti rem suam æstimasse videatur, quanti est legatum, ut proinde non possit legatum hoc videri damnosum; tanti enim, quod ad me attinet, res mea est; quanti à me æstimatur, *L. 8. & 9. de in litem jur. L. 4. §. 1. de alienat. jud. mutand. causa fact.* Nec potest legatarius in hac specie decipi, nisi à seipso, cùm legatum in quanto consistat, quæ semper expedita est, sicut & onus, quod legato innititur, semper certum est, nunquam latens, secus ac in hereditate, ubi æs alienum sæpius latet, *l. 4. ad SCtum Trebell.* Nec conqueri potest legatarius, qui legatum agnovit cum suo onere, qui scivit, *add. l. 5. §. 1. de Legat. 2.* Si vero legatum aut fideicommissum plus oneris & incommodi habeat, quàm commodi, non valet, *§. 1. Inst. de sing. reb. per fid. L. 1. §.* SI IS, *ad SCtum Trebell.*

Ad l. 34. princ.

Obſt. *l. 57. in fin. de donat. inter vir. & uxor. l. 15. de Reb. credit.* Reſp. Patet ex *Exerc.* 16. *th.* 13.

Ad l. 49.

Obſt. (1) *l. 67. de Procurat.* Ubi videtur requiri, ut procurator expreſsè fidem adſtringat pro evictione. Reſp. Textus oppoſitus non loquitur excluſivè, atque ita non negat procuratorem teneri, etiamſi non expreſsè pro evictione caverit. Opp. (2) *L. 35. de acquir. rerum dominio*, tali caſu non recedat, adeoque competat rei vindicatio in hoc textu *legis* 49. dicitur, quòd rei vindicatio, quæ competat etiam effectu; ſed poſſit exceptione doli, cùm ipſe dominus vendiderit, repelli, *add. Exerc.* 41. *th.* 5.

Ad l. 54. pr.

Verſ. Affectus. Obſt. *l. 33. ad L. Aquil.* Reſp. Alia ratio eſt in æſtimatione damni in actione ex Lege Aquilia.

Ad l. 56. §. 3.

Obſt. *l. 4. de extraord. cognit.* Explicatur hæc lex in *Exerc.* 24. *th.* 4. *verſ.* quæ promiſſo certo.

Ad l. 57.

Vide *Gothofr. an. c.* 11.

Ad l. 58. §. 1.

Verſ. Sed cum proponas. Obſt. Quòd aliàs privilegium abſentibus auferri poſſit, *l. 10. princ. de pact.* Reſp. Alia eſt cauſa creditoris, qui habet procuratorem ſeu mandatarium conſtitutum; Alia verò cæterorum creditorum, quibus non eſt res niſi cum debitore, ejusve herede. Pactum majoris creditorum partis nocet, cæteris etiam abſentibus, ſi non habeant actionem niſi contra debitorem. Non quidem, ut exceptione

pacti

pacti inter alios initi submoveri possint, sed ut cæterorum creditorum exemplum sequi cogantur, *d. textu oppos.* vid. *supra ad l.* 10. *de Pact.*

Ad l. 59. §. 1.

Vid. not. *ad th.* 36. *Ex.* 8. *opp.* 1.

Ad l. 59. §. *ult. in fin.*

Obst. *l.* 3. *C. de V. S.* Resp. Vox cautionis variè accipitur, generalius etiam nudam repromissionem significat, *d. l.* 3. *opp. l.* 37. *l.* 56. *de Evict.* Hic in specie agitur de idonea cautione, quæ vel per pignora vel fidejussores fieri solet. *Add. l.* 4. §. addici. *de Fidec. lib.*

Ad l. 60. §. 1.

Verb. Fidem meam &c. Obst. Quòd aliàs fidejussores dotium non dentur. *Tot. Tit. Ne fidejuss. dot. dentur.* Resp. Maritus ratione dotis restituendæ non debet fidejussores ferre. *Ex.* 47. *th.* 39. *vers.* excipi; In casu verò *hujus legis* 60. §. 1. agitur de dote solvenda marito à sponsa.

TIT. II.

Pro socio.

Ad l. 3. §. 2.

VId. *not. ad th.* 44. *vers.* item pacti. *opp.* 1. *Ex.* 7.

Ad l. 3. §. *fin.*

Vid. not. *ad th.* 11. *Ex.* 8.

Ad l. 9.

Obst. *l.* 48. §. 1. *de hered. instit.* Resp. (1) Meritum in *hac l.* 9. opponitur operæ, quòd scil. non singulari opera, sed ob quale

quale

quale meritum ob affectionem testatoris talia obveniant, cujusmodi affectio etiam est erga filium in *textu opp.* Præterea (2) est ibi planè casus singularis.

Ad l. 20.

Obst. Quòd amicus inimici, aut inimicus amici inimicus esse videatur, *arg. l. 1. §.* cùm Patronus, *de off. Præf. urb.* Resp. Latiore extensione hoc dici potest, quæ hic non potest locum habere, ubi de contractu & obligatione, quæ in persona contrahente subsistit, agitur.

Ad l. 23. §. 1.

Obst. (1) *l. 6. de Compens.* Resp. Ne quidem naturale debitum hic subest. Obst. (2) *l. 1. fin. de Neg. gest.* Resp. habetur in in hac *Ex. 22. th. 24.*

Ad l. 40.

Allegatur tanquam obstans *lex 19. de Accusat.* Verùm nihil aliud ibi dicitur, quàm quòd heredes non teneantur persequi actionem à defuncto institutum.

Ad l. 42.

Obst. Quòd aliàs pœnæ nomine à debitore exactum lucro cedat creditoris. *l. 74. de Solution. l. 4. §. 7. de doli Except. l. 46. de R. I.* Resp. Textus oppositi loquuntur de pœna legali; aliud est cum pœna conventionali, quæ interpretationem recipit ex voluntate contrahentium, *l. 52. de V. O.* Non autem esse ex bona fide, ut actor & pœnam & interesse consequeretur, *l. 72. h. t.* Neque etiam si pœnam consecutus sit, amplius quid interest. Ergò tùm demum si pœna minus sit, quam in eo, quod interest, pro socio agitur. *Iungatur l. 27. de Action. emti.*

Ad l. 52. §. 9.

Obst. *l. 65. §. 9. h. t.* Resp. Verba illa: Nisi in coëunda socie-

societate aliter convenerit: non eò referenda, quasi valeat pactio de continuanda societate cum herede socii; sed pertinent ad casum, si plures sint socii, & ex illis unus moriatur, quòd valeat conventio de continuanda societate inter reliquos superstites socios, ut monetur *in th.* 41. *init.*

Ad l. 53.

Vid. Goth. *ad l.* 52. *supra de hered. pet. ibique not.*

Ad l. 59.

Obst. *idem text.* ad quem jam responsum.

Ad l. 60. §. 1.

Obst. *l.* 64. *§.* 5. *solut. matrim.*. Resp. Planè alius casus ibi tractatur.

Ad l. 63. *princ.*

Obst. *l.* 16. *de re jud.* Pugna hæc solvitur *ad th.* 37. *hujus Ex.* 22.

Ad ejusd. l. §. 8.

Obst. *l.* 52. *§.* 9. Responsio patet ex *Exerc.* 22. *th.* 41. *vers.* ratione gesti. Quod autem in *dicto §.* dicitur de societate vectigalium, id variè à Dd. explicatur, uti recenset Ant. Matthæi *Tr. de Auction. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 6. Ipse autem rejectis aliis hanc sententiam probat, quòd hoc inter publicas & privatas societates intercedat discrimen, ut nim. privata societas finiatur morte unius ex sociis, & non duret inter superstites. Publica verò vectigalium societas, si à pluribus quàm duobus contracta sit, duret inter superstites socios, si modò pars defuncti, heredi adscripta sit, aut si modò heres in eam societatem adscitus fuerit. Durat autem, addit idem Autor, inter superstites, propter publicam utilitatem. Timidiores enim publicani forent in conducendis vectigalibus,

T si sci-

si scirent, morte unius dissolvi societatem, cùm conductio vectigalium inprimis Romæ non fuerit unius hominis, sed partis maximæ civium. Verùm hæc sententia vix videtur congruere textui in *d. l.* 63. §. 8. *& l.* 59. *princ. pro Socio.* Nam (1) ibi manifestè hæc quæstio proponitur, an societas transeat in heredem socii. Et ratione hujus rei distinguitur inter societatem privatam & vectigalium. Discrimen igitur in hoc erit, quòd societas privata non transeat in heredem socii; in societate verò vectigalium transeat, modò velint reliqui socii assumere heredem in societatem, & non is mortuus sit, propter cujus operam maximè societas coita, *d. l.* 59. *princ.* Et inde (2) voluntaria societas dicitur privata, quia heres non cogitur in ea subsistere; Societas vero vectigalium est necessaria respectu heredis, quippe qui in ea, non in eam succedit, *d.* §. 8. *in f.* Aliàs autem (3) si explicatio MATTHÆI subsisteret, nihil referret, an heres adsciscere-tur in societatem, an non, uti ipse agnoscit.

Ad l. 65. §. 9.

Obst. *l.* 52. §. 9. *h. t.* Ubi hoc dubium est solutum.

Ad l. 69.

Explicatur hæc lex *in Exerc.* 22. *th.* 39.

Ad l. 74.

Obst. *l.* 4. *Commun. utriusque judic.* Resp. Textus in *l.* 74. loquitur de societate universorum bonorum simpliciter contracta, non vero *text. opp.*

Ad l. 75.

Vide *not ad th.* 104. *q.* 2. *in f. Ex.* 8.

Ad l. 79.

Vide *not. ad th.* 104. *q.* 2. *in f. Exerc.* 8.

LIB.

LIB. XIIX.

TIT. I.

De Contrahenda Emptione, &c.

Ad l. 2. princ.

ALlegat Gothofred. tanquam Obst. *l.* 40. *de Reb. Cred.* Verùm nihil ibi hac de re habetur. Si vero fortè intelligatur *l.* 40. §. 1. *de pign. Act.* illa tamen non est contraria, sed saltem dicitur, quod nec rem patris possit emere filius à tertio, ut à creditore pignus à patre datum distrahente.

Ad l. 9. princ.

Verb. Emtio nulla est. Obst. *l.* 22. *de V. O.* Resp. Ad *th.* 10. *Exerc.* 23.

Ad l. 14. in fin.

Obst. *l.* 41. §. 1. *h. t.* Resp. Ad hoc dubium in *th.* 10. Nimirum in casu legis oppositæ mensa tota est lignea, & tantùm lamina cooperta argentea, adeoque emtio est nulla. In casu verò *legis* 14. viriola non est tota ænea, adeoque pro parte saltem erratum est in materia, ideoque valet emtio venditio.

Ad l. 34.

Vide *Hahn. ad th. de dolo n.* 1. *p.* 535. *l.* 10.

Ad l. 34. §. 3.

Obst. *l.* 57. §. 1. *h.* Resp. In casu legis oppositæ res vendita planè non extat: ideoque emtio non valet: In casu verò *legis* 34. extat res vendita, licet furtiva.

Ad l. 57.

Vide *Hahn. ad th. de dolo n.* 1. §. 535. *l.* 78.

Ad l. 64. in fin.

Obſt. *l.* 41. §. 9. *de legat.* 2. Reſp. Aliud eſt in legato, de quo textus oppoſitus loquitur.

Ad l. 62. §. ult.

Obſt. Quòd res venditoris maneat, *l.* 14. *de furt. l. ult. C. de commod. & peric. rei vendit.* adeoq; & periculum venditoris tanquam adhuc domini eſſe videtur, *d. l.* 14. *de furt.* Reſponſio patet ex *Exerc.* 23. *th.* 98. *verſ.* quod enim.

Ad l. 70.

Imò emtio videtur eſſe inutilis, *arg. l.* 1. §. 9. *de O. & A.* Reſp. Emtio eſſe dicitur liberi hominis, non quòd dominium in emtorem transferatur: ſed quòd obligetur venditor ad intereſſe. *Add.* §. *ult. Inſt. de emt. vend.* Alia eſt ratio ſtipulationis *d. t. opp. & §.* 1. *Inſt. de inutil. ſtipul.* Quia ſtipulationis ſtrictior eſt natura, adeoque omninò eſt nulla ob objectum invalidum. Addatur *Exerc.* 23. *th.* 28. & *Exerc.* 47. *th.* 9.

Ad eand. l. in fin.

Obſt. *l.* 2. *C. de patribus, qui fil. diſtr.* Reſp. Eſt ibi caſus exceptus & ſingularis, vide *d. th.* 28. *n.* 2. *add. th.* 39. *Exerc.* 3.

Ad l. 72. §. ult. in fin.

Obſt. *l.* 39. *in fin. de Legat.* 1. Reſp. Diſtinguendum utique eſt inter publicas res, quæ in commercio non ſunt, & res fiſci, ſive quæ ſunt in dominio fiſci, & non in uſu publico, hæc ſunt in commercio: non autem poſſunt diſtrahi, niſi juſſu Cæſaris *d. t. opp.* Valet igitur venditio hæc perinde atque alia quælibet rei alienæ: nec debet irrita fieri prætextu exceptionis, quaſi res ſit publica. Si vero emtori non liceat habere rem fiſci, quæ vendita eſt, tenetur venditor de evictione præſtanda.

Ad

Ad l. 76. princip.

Obſt. *l. 17. princ. de Act. emti.* Reſp. Dependet hæc res à deſtinatione patrisfam. & venditoris, quando nimirum dolia ita ſunt defoſſa in horreo, ut omninò ad perpetuum uſum horrei ſpectent, & loco immobilium ſint, tunc cenſentur ſimul vendita. *h. l. 76.* aliàs non *d. t. opp. add. d. Exerc. 23. th. 15.*

Ad l. 78. princip.

Dubium oritur *ex l. 47. 48. 49.* Reſp. In hac *l. 78.* ſaltem quæritur, an fiſtulis expreſſis etiam caſtellum ſequatur; & affirmatur, non autem negatur fiſtulas etiam, etiamſi nihil ſit dictum tali caſu, de quo textus oppoſitus, ſequi rem emtam.

Ad l. 78. §. 1.

Obſt. (1) quòd tutori non poſſit à pupillo reſtitui hereditas, *l. 1. §. 13. ad SCtum Trebell.* Reſp. Agitur in hoc §. 1. de tali caſu, ubi jam pater pupilli vendidit rem illi, qui poſtea factus eſt tutor filii: non igitur opus eſt aliqua autoritate tutoris ad tradendam rem ex contractu patris; & ſingularis modus hîc proponitur, quo apprehendenda erat poſſeſſio, quæ à patre, ſi viveret, eſſet vi contractus, tradenda.

TIT. II.
De in diem addictione.

Ad l. 7.

OBſtare videtur *l. 9. h. t.* Reſp. Ex *th. 34.* apparet, hîc nullam eſſe pugnam.

TIT. IV.

De hereditate vel actione vendita.

Ad l. 2. §. 2.

VId. *th.44. verſ.* item pacti *quaſt. an valeat pactum. opp. 3.*

Ad l. 2. §. 4.

Opp. Gothofr. Quòd etiam id reſtituendum ſit emtori, quod dolo malo venditoris ad eum non pervenit. Reſp. Hoc non pugnat cum §. 4. ut apparet *ex th. 2. hujus Exerc. 22. verſ.* præſtare.

Ad §. 18. l. 2.

Obſt. *l. 2. C. de hered. vel act. vendit. l. 15. C. de donat.* Reſp. & quo ſenſu & reſpectu emtor hereditatis vice heredis ſit, traditur *in th. 74. & 75.*

Ad l. 21.

Verſ. Pretium enim hominis. Obſt. *l. 68. de proca-rat.* Reſp. Non dicitur contrarium in iſto textu, nimirum pretium hic dicitur non ex re, tanquam fructum percipi, propterea tamen rem vel negotiationem circa rem, pretium obvenit.

TIT. V.

De reſcindenda venditione, & quando licet ab emtione diſcedere.

Ad l. 1.

VErſ. Nam quod Ariſto. Obſt. *l. 56. de Pact.* Reſp. utique, ſi convenerit, ne dominus à colono quid peteret, & juſta

justa conventionis causa fuit, nihilominus colonus à domino petere potest. Resp. (2) Non agitur ibi, nisi de pacto de non petendo, quod non interponitur ad contractum ex una parte resolvendum; sed ad parandam duntaxat paciscendi exceptionem, quæ præsupponit contractum subsistere ex utraque parte.

Ad l. 4.

Obst. *l. 27. §. 6. de Pact.* Resp. Distinguendum est, an convenerit, ne lanx aut toga vendita sit, quo casu in totum resolvitur venditio *d. textu opp.* An verò ne alterutrius v. g. lancis emtio maneat, quo casu subsistit emtio respectu togæ, perinde enim est, ac si è contrario convenisset, ut solius togæ emtio maneret seu subsisteret.

Ad l. 5. princ.

Vers. Neuter. Obst. *l. 57. de Pact.* Resp. Diversa sunt, pacisci, ne quid unus ex contrahentibus ab alio petat, ut in *textu opp.* Et pacisci, ut neuter ab altero quicquam peteret, ut *in hac l. 5.*

Ad l. 9.

Vers. Præses provinciæ. Obst. *l. 3. C. de jure fisc.* Respondet ipse Gothofr. *in not. ad l. 9.*

TIT. VI.

De periculo & commodo rei venditæ.

Ad l. 14. §. 1. in fin.

OBst. quòd signatione res non videatur tradita, *l. 1. §. 2. h. t.* Resp. Signatio cùm ad alium fit finem, ut in *textu opp.* non habet vim traditionis. *Add. Ex. 23, th. 102.* Confer etiam *Ex. 11. th. 8. in fin.*

Ad

Ad *l.* 11.

Obst. *l. 3. §. 1. de off. praef. vig. vide ib. not. & ad l. 23. de R. I.*

Ad l. 19.

Obst. *l. 2. in fin. de eoque certo loco.* Resp. Ibi jam hoc dubium est solutum, quòd scilicet aliud obtineat isto casu propter adjectionem loci, *add. Exerc.* 18. *th.* 72.

TIT. VII.

De servis exportandis, vel si ita mancipium.

Ad l. 3.

OBst. *l. 1. fin. qui sine manumiss. ad libert. perv.* Resp. Speciale est in casu hujus legis primae, ut libertas competat, non obstante poenitentia venditoris, quia & venditor & emtor sine herede decesserat, unde nullius intererat, hominem venditum in servitute manere.

Ad l. 8.

Obst. *l. 5. §. 1. de Condict. causa dat. causa non secuta.* Resp. Distinguendo inter contractus nominatos & innominatos, in his poenitentiae locus est, *l. 3. §. 5. 6. L. 8. in princ. de Cond. causa dat. causa non sec.* In illis verò non licet poenitere, *l. 5. C. de O. & A.* In hac *l.* 8. subest contractus nominatus emtio venditio; ast in *l. opp.* est contractus innominatus, Do ut manumittatur.

LIB.

LIB. XIX.

TIT. I.

De actionibus emti & venditi.

Ad l. 1. princip.

VErs. Hoc autem. Obst. *l.* 21. §. 3. *h.t.* Resp. Ibi solum dicitur, quid computetur ratione interesse, non autem negatur, quòd interesse circa ipsam rem consistens possit excedere pretium rei.

Ad l. 3. §. 1.

Obst. *l.* 114. *de V.O.* Resp. Ipse Gothofredus *lit. f.* quod aliud sit fructus, aliud interesse.

Ad eund. §.

Vers. Ne tamen. Obst. *l.* 4. §. 1. *de usur.* Resp. Itidem ipse Gothofredus, *lit. t.*

Ad l. 10.

Obst. *l.* 5. *princ. de fidejuss.* Resp. In hac *l.* 10. dicuntur duæ actiones, quòd scilicet fuerint duæ actiones; quando verò jam concurrunt, una est obligatio, sed tamen commodum manet duarum actionum, ut in ipsa *l. opp.* dicitur.

Ad l. 11. §. 18.

Obst. *l.* 38. *princ. de V.O.* Resp. Aliud est promittere habere licere, quæ formalia habentur in *text. opp.* aliud per se habere licere, de quo casu in hoc §. 18.

Ad l. 17. princ.

Obst. *l.* 93. §. *pen. de Legat.* 3. *it. l.* 19. §. 2. *Locat. conduct.* Resp. Ad Legatarium, emtorem aut conductorem prædii dolia defossa pertinent, non quasi prædii partes, sed ut instrumenta

l. 15. §. *pen. de usufr.* Ex præsumta legantis vel contrahentis voluntate, *arg. l.* 3. §. 1. *de Tritic. vin. & ol. leg.* Præterea *d. l. opp.* 93. loquitur de vasis vinariis non defossis, verba autem illa: cumque & dolia, quæ in cella defixa sunt, absunt in Exemplari Florentino. Porrò distingui etiam potest, an vasa vinaria itá defossa sint, ut inde moveri non possint; aut verò non ita sunt defossa. Priori casu sunt partes ædium, *l.* 76. *de contrah. emt. l.* 19. §. *illud locati, l.* 18. *princ. h. t. l.* 38. *de actione rerum amotarum.*

Ad ejusd. l. §. 5.

Obst. *l.* 19. §. 11. *de aur. & arg. leg.* Dubium hoc solvit ipse Gothofredus ad hunc textum.

Ad l. 21. §. 3.

Obst. *l. un. in fin. C. de sententia, quæ pro eo quod interest.* Resp. Etiam ibi intelligitur interesse, intrinsecum quod vocat, sive quod ex ipsa re venit, non extra rem, vide *Exerc.* 44. *th.* 5. *circ. fin. vers. ATTENDITUR.*

Ad l. 23.

Vers. Quicquid. Obst. *l.* 4. *C. de inutil. Stip. l. ult. C. de pact.* quòd scilicet pactum de futura successione non valeat. Resp. Pactum vel stipulatio de viventis hereditate valet, cùm agitur de ea illi restituenda, cui & sine pacto ac stipulatione debetur successio, tunc enim nihil fit contra bonos mores, cùm de jure suo paciscatur. Aliam responsionem vide *ex th. ad* 44. *vers. item pacti quæst. an valeat pactum, quod est opp.* 4.

Ad l. 45. *princ.*

Vers. Sicut. Obst. *L.* 64. *de Evict.* Respons. Textus oppositus loquitur de actione ex stipulatu duplæ; textus verò hîc in *l.* 45. de actione ex emto.

Ad

Ad ejusd. leg. §. 1.

Verb. Ea res ad periculum. Obst. *l.* 44. *h. t.* Resp. Hîc in §. 1. agitur de eo periculo, quod incurrit emtor culpa sua, dum nimirum omittit exceptionem doli mali, seu non utitur jure retentionis, ipsi contra dominum competente propter impensas factas in domum.

Ad ejusd. l.

Verb. Quod & in servo. Obst. *l.* 27. *in f. de R. V.* Resp. Alius ibi casus & quæstio tractatur.

TIT. II.

Locati conducti.

Ad l. 9. §. 3.

DE igne innocente *l.* 9. §. 3. *h. t. Gothofr. animadv. c.* 12.

Ad l. 14.

Vers. Et ideò. Obst. *l.* 2. *f. solut. matrim.* Resp. Ibi agitur de nuptiis & de dote, quam constituit pater, & soluto matrimonio repetit. Sufficit igitur filiam non contradicere repetitioni à patre institutæ; in casu autem *legis* 14. positivus aliquis consensus, ut ita loquar, requiritur.

Ad l. 15. §. 6.

Obst. *l.* 59. *h. l. pen.* §. 1. *h. t.* Resp. In casu §. *oppositi* culpa conductoris, qui vectigalia non solvit factum est, ut navis retineretur, quæ culpa non debet nautæ nocere. In casu verò *hujus* §. 6. cum conductor culpa vacaret, nauta navem amisit, quod domino mercium vehendarum seu conductori obesse non debet, quam

U 2 ob

ob rem etsi navigator non est, tamen illo casu merces debetur; hoc autem casu non debetur.

Ad l. 15. §. 7. *h. t.*

Vid. *Gothofr. animadv. c.* 13.

Ad l. 19. §. 1.

Vers. Aliter. Opp. Quod etiam ex venatione sit fructus. *l.* 62. *de usufr.* Resp. habetur *Ex.* 12. *th.* 16.

Ad l. 30. §. 2.

Vers. d. l. Aquilia. Opp. Quod ipse dominus etiam teneatur, si gravius onus jumento imponi mandavit; *arg. l.* 10. §. 1. *de precario.* Resp. Hunc casum, quo mandatum Domini intervenit, non excludit noster textus.

Ad l. 31.

Vers. Ex posteriore in creditum iri. Obst. *l.* 39. Resp. Casus *in h. l.* 31. singularis est, quo conductor operarum aurum dat, ut ex eo vas conficiat, & modo aurum ejusdem bonitatis reddatur in vase vel annulo confecto, nihil interest, an idem in specie, quod dedit, aurum recipiat, an non. Ratione igitur auri dati non est locatio conductio; sed ratione operæ impendendæ in confectione vasis vel annuli.

Ad ejusd. l.

Vers. Idem juris. Obst. *l.* 24. *depositi.* Resp. Tali casu depositum egreditur proprios depositi terminos, vid. *Exerc.* 21. *th.* 36.

Ad l. 23.

Obst. *l.* 8. *de peric. & commod. rei vend.* §. 3. *Inst. de Emt. vend.* Resp. Explicatur hæc *lex* 33. & conciliatur cum aliis *Ex.* 23. *th.* 98. *fin. & th.* 107. *n.* 2. *circa fin.*

Ad

Ad eand. l.

Verſ. In quo etiam lucrum. Obſt. *l.* 21. *§.* 3. *de Act. emt.* Reſp. Ibi non negatur lucrum interceptum venire in computationem intereſſe, ſed ſin de eo lucro negatur, quod omnino extra rem eſt.

Ad l. 39.

Obſt. *l.* 31. ubi reſponſio habetur.

Ad l. 54. princip.

Verſ. Uſuræ. Obſt. Quòd uſuræ ex obligatione debeantur *l.* 121. *de V. S.* Reſp. Senſus hujus *legis* 54. eſt, quod uſuræ non principaliter ex obligatione proficiſcantur; ſed tamen acceſſoriè inde veniunt, & ob moram officio judicis adjudicantur.

Ad l. 55. §. 7.

Vid. *not. ad th.* 50. *opp.* 2. *Ex.* 7.

Ad l. 60. §. 1.

Obſt. *§. ult. Inſt. de Locat. & conduct.* Reſp. Senſus *hujus* §. 1. eſt, quod heres coloni, licet non ſit colonus, cum quo ipſe Dominus contraxit, nihilominus nomine Domini poſſideat.

TIT. III.

De æſtimatoria actione.

Ad l. 1. §. 1.

OPp. Quòd præcisè non ſit periculum accipientis; ſed diſtinguendum eſt, juxta *leg.* 17. §. 1. *de præſcript. verb.* Reſp. Textus in hac *l.* 1. non excludit diſtinctionem iſtam; dum cum *lege* 17. eſt conjungendus, & de primo caſu accipiendus. Vid. hæc *Exerc.* 25. *th.* 7.

TIT. IV.
De rerum permutatione.

Ad l. 1. princ.

VErſ. Itaque quod ſi evicta &c. Obſt. *l. 30. fin. de Action. emti.* Ipſe textus oppoſitus reſpondet in verſ. quamvis &c. Quòd ſcil. ſciens rem alienam vendens, teneatur etiam ante evictionem: textus verò in *l. 1.* loquitur de venditore ignorante.

TIT. V.
De Præſcriptis verbis & in factum actionibus.

Ad l. 1. §. 2.

OPp. Quòd videatur mandatum ſubeſſe. Reſp. Non committitur aliquod negotium expediendum, & non conſtituitur quis procurator propriè loquendo; dum ſolùm res traditur, ut inſpiciatur & æſtimetur à quodam, hic ſi non reddat, actione hac præſcriptis verbis convenitur.

Ad l. 5. §. 1.

Verb. Initialia. Obſt. *l. ult. de condict. cauſa dat. cauſa non ſec.* Ubi hoc dubium ſolutum.

Ad ejusd. l. §. 1.

Verſ. Sed ſi. Item Obſt. *l. ult. de condict. cauſa data cauſa non ſecuta.* Reſp. Habetur in *Exerc. 18. th. 17. fin.*

Ad

Ad ejusd. l. §. 2. in fin.

Obst. *l. 7. §. 2. de pactis.* Resp. Habetur in hac *Exerc. 25. th. 27.*

Ad l. 5. §. 5.

Vide *not. ad th.* 36. *Exerc.* 8. *opp.* 7.

Ad l. 9.

Obst. *L. 4. de Cond. causa data causa non sec.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, si quis velit pœnitere & recedere à contractu: textus verò in hac *l. 9.* de Actione præscriptis verbis, qua agitur ad promissa implenda, ut condemnatio sequatur ad interesse.

Ad l. 14. princ.

Obst. *l. 2. ad Leg. Rhod. de jactu.* Resp. Habetur in *Exerc.* 20. *th.* 24. *vers.* ipse igitur.

Ad ejusd. l. §. f.

Vers. Non sibi, &c. Obst. Quòd detur actio ad exhibendum, *l. 9. §. 1. ad exhib.* Resp. Si dolus subsit, datur actio ad exhibendum, *d. text. opp.* At si nullus adsit dolus, actio præscriptis verbis, *h. §. ult. add. Ex.* 14. *th.* 3. *vers.* CÆTERUM.

Ad l. 15.

Vide *not. ad th.* 36. *opp.* 7. *Exerc.* 8.

Ad l. 16. princ. in f.

Verb. Agam ad exhibendum. Obst. *l. 34. de dolo.* Resp. Textus oppositus ad eundem casum pertinet, quo meta nondum sit executa, nec proinde facta mea; dum ad eam eximendam sumtus tantùm fecerint: ad quos repetendos tunc sola nuda datur actio de dolo, non ad exhibendum: cùm nihil sit, quod vindicare tanquam meum à te possit.

Ad

Ad l. 17. princip.

Obst. *l. fin. h.t.* Resp. Dubium fuit inter JCtos, an habitatio commodari possit, uti constat ex *leg.* 1. *Commod.* ideò propter hanc controversiam tutius hîc dicit ULPIANUS actione præscriptis verbis agi.

Ad l. 20. §. ult. in f.

Obst. *§. ult. Inst. mand.* Resp. Hac *l.* 20. nullum subest mandatum inter vascularium, & eum, cui argentum vel vas argenteum est missum, ideoque vase fortè culpa servi perferentis amisso, non alia contra dominum servi quàm actio præscriptis verbis locum habet. Ast in §. *ult.* alius casus tractatur, ut in *l. 22. princ. h.t.*

Ad l. 22.

Vide *not. ad th. 36. opp. 7. Exerc.* 8.

LIB. XX.

TIT. I.

De Pignoribus & hypothecis.

Ad l. 4. in f.

VIde *not. ad l. 23. de jud. lit. g. à Gothofr.*

Ad l. 8.

Verb. Filio. Opp. *tot. tit. C. de Patribus, qui filios distr.* quòd scilicet filii possint vendi, Ergò & oppignorari. Resp. Et ibi casus singularis tractatur, uti apparet ex *Ex. 23. th. 28. n.* 2.

Ad

Ad l. 11. princ.

Allegat hîc Gothofredus tanquam obstantem *L.* 14. *de pact.* Verùm nihil ibi contrarii habetur. Porrò allegat *l.* 10. *in fin. C. de SS. Eccl. Ped.* sed ista lex planè huc non pertinet.

Ad eand. l. §. 2.

Obst. Quòd usus fructus vendi nequeat. E. nec oppignorari. Resp. patet ex *Exerc.* 12. *th.* 35. *& th.* 17. *junct. Exerc.* 26. *th.* 17. *circa fin. vers.* simili ratione, quòd scilicet ipsa quidem servitus usus fructus non possit ita alienari, ut subsistat in alterius persona: possit tamen alienari, adeoque & pignori dari hactenus, ut jus percipiendi fructus nomine usufructuarii in alium transferatur, *d. th.* 17.

Ad ejusd. l. §. 3.

Opp. Quòd hæ servitutes vendi possint; Ergò & oppignorari, *arg. l.* 9. *in f. h. t.* Resp. Aliud est in venditione, qua dominus alteri concedit servitutem in re sua; aliud in pignore, quousque dum solvatur pecunia credita, constitueretur servus, quod naturæ servitutum repugnat *per l.* 4. *de servit.* Eadem tamen ratione, qua servitutes rusticorum prædiorum quodammodo oppignorantur *per l. seq.* 12. etiam servitutes urbanorum prædiorum oppignorari possunt, *add. th.* 18. *n.* 2. *hujus Exerc.* 26.

Ad l. 14. princ.

Obst. *L.* 4. *de distr. pignor. l.* 5. §. 14. *quibus modis pignus vel hypoth. solv.* Resp. In textibus oppositis habetur regula, in hac *l.* 14. exceptio, quòd scilicet permittatur tali casu pignus persequi, si ex causa intersit creditoris, v. g. si debitor sit de fuga suspectus, rectè ante diem agit creditor actione hypothecaria ad possessionem pignoris consequendam.

Ad l. 16. §. 3.

Verf. Sed fi velit. fin. Obft. *l.* 21. § *fin. h. t.* Refp. Textus oppofitus non loquitur de eo, qui dolo defiit poffidere: Textus autem in *h. l.* 16. agit de cafu, quo dolus fubeft, qui coercetur per æftimationem juratam etiam ultra quantitatem debiti.

Ad l. 16. §. 9.

Obft. *l.* 25. *locati. l.* 35. §. 1. *de contrahend. emt.* Refp. ex *th.* 19. *Ex.* 23. Add. ipfe Gothofr. ad hunc §. 9.

Ad l. 17.

Obft. Quod jus pignoris confenfu conftituatur, non traditione; adeoque jus in re feu dominium non videtur translatum, *l.* 20. *C. de Pact.* Refp. Dominium quidem regulariter non nifi traditione transfertur in alterum, de quo etiam *d. l.* 20. Aft alia eft ratio juris pignoris, five hypothecæ, quod duobus modis conftituitur. Vid. *th.* 6. *hujus Ex.* 26. *verf.* vel per conventionem; ficut & cafus funt, quibus dominium ipfo jure transfertur fine traditione. *l.* 64. *de furt. l.* 80. *de Leg.* 2. *Ex.* 35. *th.* 18.

Ad l. 18.

Opp. Quod is, qui Publicianam habet, non videatur rem in bonis habere, quod tamen requiritur ad pignus. *l.* 15. §. 1. *h. t.* Refp. Utiq; & is, qui habetur pro domino propter bonam fidem, cenfetur rem in bonis habere. *l.* 49. *de V. S. add. Exerc.* 11. *th.* 40. & 41.

Ad l. 22.

Obft. *l.* 41. *de Pignor. Act.* Refp. ad *th.* 17. *hujus Exerc. verf.* Sed quid fi &c.

Ad l. 23. *princip.*

Obft. Quod creditor citra crimen furti pignore uti non poffit. *l.* 5. *de furt.* §. 6. *Inft. de Oblig. ex del.* Qui autem locat, fruitur, *l.* 12.

l. 12. & 13. *l.* 15. §. 5. *de usufr.* Resp. (1) Tunc creditor furtum committit, si lucrifaciendi gratia pignore invito domino utatur, non etiam, si secundùm naturam rei oppignoratæ fructum inde percipiat, idque ad utilitatem commodam debitoris expresse vel tacitè concedentis, ut scil. fructus in usuram vel sortem imputentur: *add. l.* 1. 2. 3. *C. de pignor. Act.*

Ad ejusd. l. §. 1.

Opp. Quod per liberam personam pignoris obligatio non acquiratur alteri, *l.* 11. §. 6. *de pignor. Act.* Resp. Non agitur in hoc §. 1. de acquisitione per liberam personam, sed quod etiam per epistolam vel nuncium pignoris obligatio, utpote solo consensu constans. *l.* 1. *de pign. act. l.* 4. *h. t. de pignor.* constitui possit.

Ad l. 24.

Opp. Quod is, qui prohibetur emere, prohibeatur & pignori accipere, *l.* 1. §. 2. *quæ res pignori. l. ult. C. de reb. alien. non alien.* quia scil. pignus inutile est creditori, nisi possit id vendere, *l.* 4. *de pign. Act.* Resp. Etsi creditor rem emere non possit, tamen si res oppignorata sit in commercio, ut ab alio emi possit valebit oppignoratio ei facta, qui emere non potuit, *h. l.* 24. licet enim ipse emere non possit, tamen rem alii bene capaci vendere poterit.

Ad l. 25.

Opp. *l.* 5. *in f. princ. h. t. l.* 8. *C. de pign. act.* Resp. (1) Textus noster in hac *l.* 25. loquitur de casu, quo omninò vitiose res data est, ut quia planè non est in commercio, vel nihil debetur ab eo, qui dedit pignus, de aliis autem casibus loquuntur textus opp. Add. *l.* 1. *quibus modis pign. vel hyp. solvatur, l.* 26. *§. si ceptum in fin. de condict. indeb. l.* 1. *C. si res aliena pignori data sit.* Resp. (2) Etiamsi in textibus opp. stricto jure non detur retentio, tamen ex æquitate istis casibus conceditur *d. l.* 1. *C. si res aliena pignori data sit.*

Ad l. 26. §. 1. in fin.

Obst. *l. 39. in fin. de pignor. act.* Resp. In textu opposito agitur de subscriptione & obsignatione; hîc verò de instrumento, quod filius propria manu scripsit; potest autem quis pignorare, quia testamento contineatur, quod signavit & subscripsit. At quod sua manu scripsit, pignorare non potest. Ergò faciliùs in casu nostri §. colligitur consensus, quàm in *d. t. opposito.*

Ad l. 29. §. 1.

Pugnare videtur cum prioribus, *vers. ult. hujus* §. 1. quod dubium solvit ipse Gothofr. Præterea obstat *l. 18. §. si fundus de pignor. Act. item l. 1. de Salv. interdict.* Resp. Regulariter quidem partus apud emtorem editi non possunt à creditore peti; si tamen ancillæ pignoratæ non sufficiant, ut inde satisfiat creditori, benignius est, ut etiam creditor actione hypothecaria vel arbitrio judicis obtineat partus editos apud emtorem. *Add. l. 16. §. 4. de pign.* quia satis est, ancillas fuisse in bonis debitoris tempore contractæ obligationis, *add. Exerc. 45. th. 172.*

Ad ejusd. l. §. 2.

Verb. Pignoris persecutoris. Opp. *l. 5. §. 2. quib. mod. usufr. amitt.* Resp. Alia est ratio ususfructus, qui consistit in ædibus seu in superficie, non in solo, *add. Ex. 12. th. 35.*

Ad eund. §.

Verb. Sed bonæ fidei possessore. Opp. *l. 44. in fin. de damno infecto l. 6. l. 8. h. t.* Resp. Agitur ibi non de sumptibus ædificationis, sed de sumptibus refectionis: hos non agnoscit creditor; illos agnoscit.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. Quòd aliàs is, qui loquitur, non contineatur, *l. 53. in f. de act. emt.* Resp. Ibi alius casus tractatur, hîc servus nomine

mine domini omnia bona obligavit, inter quæ bona eſt etiam ipſe ſervus, *add. l. 42. de damn. infect.*

Ad l. 30.

Obſt. *l. 21. §. 2. h. t.* Ex quo textu conſtat, periculum aliàs ad debitorem pertinere; non ad creditorem, in cujus locum ſuccedit emtor nominis. Reſp. Periculum pignoris ſcilicet ſi fortè res oppignorata evincatur, pertinet ad emtorem nominis ſive actionis, & venditor non tenetur ad evictionem ratione pignoris; ſed ſatis eſt, ſi probet, pignus eſſe pro nomine vendito obligatum: Aliàs verò periculum ſive interitus pignoris pertinet ad debitorem.

Ad l. 32. *in f.*

Obſt. *l. 4. de inſtruct. & inſtrum. leg. item l. 39. §. 1. de aur. & arg. leg.* Gothofredus in notis ad illos textus oppoſitos illos corrigit; Verùm nulla correctione videtur opus eſſe: Cùm in *l. 4. de inſtruct.* planè alius caſus proponatur, cujus nimirum fundi cenſeantur boves eſſe inſtrumentum, an ejus, ubi pernoctant; an verò ejus fundi, ubi opus faciunt? & deciditur, quòd ejus fundi ſint inſtrumentum, ubi arant, ſive opus faciunt. Similiter & in *l. 39.* alia quæſtio, proponitur & deciditur, verb. ARGENTUM; quod domui oneri erit, non intelligitur theſaurus, ſed ſaltem alia pecunia, quam quis repoſitam habet.

Ad l. 33.

Obſt. Quod adjecto rectè ſolvatur. Reſp. Adjecta ſolutionis cauſa non acquiritur principalis obligatio, adeoque nec ei hypotheca acquiſita intelligitur, *add. Exerc. 47. th. 6. circa fin.* Obſt. Etiam *l. 4. C. de uſuris.* Reſp. Ibi alius caſus proponitur.

Ad l. 34.

Obſt. *l. 32. de uſufr. leg.* Reſp. Ibi taberna ſtrictiùs ſumitur, quia uſusfructus ſaltem tabernæ, à mercibus ſeparata eſt

legatus. Hîc verò taberna oppignorata non obtineretur finis pignoris, securitas nimirum crediti, nam & merces comprehensæ essent.

TIT. II.

In quibus caus. pign. vel hypoth. &c.

Ad l. 4. princ. §. 1.

Explicatur *h. l. in Exerc.* 13. *th.* 6.

Ad l. 5. princ.

Verb. Si gratuita. Obst. Quod idem videatur dicendum, etiamsi non sit gratuita habitatio, *l.* 42. §. 1. *l.* 53. *loc.* Resp. Hi textus loquuntur de prædiis rusticis, *add. Exerc.* 26. *th.* 16. *n.* 2. 3.

Ad idem princip. verb. ult.

Obst. Quod aliàs res invectæ sint pignori obligatæ, *l.* 1. §. 5. *in f. de pign. act.* Resp. Agitur ibi de locatione; hîc de gratuita habitatione, ubi non debetur pensio, adeoque nec est tacita hypotheca.

TIT. III.

Quæ res oppign. vel hypoth. &c.

Ad l. 1. princ.

VErb. Dare. Obst. Quod minoris bona obligentur ratione dotis. Resp. Textus agit de pignore conventionali, & de pupillo; Argumentum vero oppositum agit de simplici casu & pignore legali.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 18. 19. *de pignor. act. l.* 48. *de pecul.* Resp. Filiusfamiliâs vel servus in utilitatem acrem peculii potest obligare res peculiares pignori; *d. t. opp.* sed non pro alio, *h. t. l.* 1.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obst. *l.* 24. *de pign. item l.* 18. *de R. V.* Ad hos textus respondet ipse Gothofredus in notis.

Ad l. 3. in f.

Obst. *l.* 8. *in fin. de usur.* Resp. In casu *h. l.* 3. duplici quodam quis utitur jure in causa pignoris, & suo, & ejus, in cujus locum successit. Et alterutrum per se efficax satis est ad distrahendum pignus: quare quod primus creditor facere potuisset, si non fuisset dimissus, id nunc ex ejus jure & persona faciet ille, cujus ope & pecunia est dimissus, atque sic in locum ejus successit.

TIT. IV.

Qui potiores in pignore.

Ad l. 1. princ.

VErs. Non utique. Obst. Quòd dies numeratæ pecuniæ potiùs spectandus sit, *l.* 4. *quæ res pignori.* Resp. In hoc textu *l.* 1. agitur de obligatione ad restituendam dotem, quæ ex sola promissione est perfecta, adeoque & hypotheca perfecta erit à tempore promissionis, si dos postea numerata fuerit sive non. Idem obtinet in locatione, quod itidem solo consensu perficitur, *l.* 9. *h. t.* Alia est causa mutui, de quo *in textu opp.* nam si quis pecuniam mutuam accepturus, dedisset futuro creditori, & ante numerationem factam idem pignus ex causa perfecti contractus alteri obligasset, hic & tempore, prior, & jure potior erit: quia mutuum

tuum re contrahitur, atque non est perfectum ante numerationem *pr. Inst. quib. mod. re contrah. obl.*

Ad ejusd. l.

Verf. Nec probè. Obst. *l. 49. de jure dot.* Resp. Licet promissam dotem in suum præjudicium remittere & acceptam facere potest maritus, *d. l. 49. opp. l. pen. §. si vir soluto: matrimonio:* Tamen in præjudicium uxoris eam remittere non potest, sed perinde obligatus est ad restituendum, atque si eam accepisset, ne sit in potestate mariti, indotatam reddere uxorem. *h. l. 1.*

Ad l. 2.

Obst. *l. 7. §. 1. h. t. l. 2. C. de pign.* Resp. Hos textus obstantes ipse explicat Gothofr. Add. *th. 32. hujus Exerc. 26.*

Ad l. 7. princ.

Obst. videtur *l. 17. C. de pign. l. 7. C. qui pot. in pign.* Respondet ipse Gothofr. vid. *th. 25. n. 5. & 6. & not. ad th. 6. Ex. 11.*

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l. 2. h. t.* Itidem respondet ipse Gothofr.

Ad l. 14. princ.

Obst. *l. 9. §. 4. de Public. in rem actione.* Resp. Textus opp. non loquitur de pignore, sed actione Publiciana, quæ fundatur in ficto quodam dominio, & ad quod constituendum traditione opus est: ideoque meritò præfertur is quoad istam actionem, cui prius res est tradita; Pignus verò etiam pacto constituitur sine traditione, adeoque meritò ei præfertur, prior constituta hypotheca, licet res non tradita, *th. 27. in f.*

Ad l. 19.

Obst. Quod qualiscunque possessor offerre possit, *l. 12. in fin. Quib. mod. pign. solv.* Resp. Textus in *h. l. 19.* non loquitur exclusivè.

TIT.

TIT. V.

De distractione pignorum & hypothecarum.

Ad l. 5. §. 1.

OBst. *l.* 59. *de fidejuss.* Resp. Etiam in hac *l.* 5. *§.* 1. fidejussor non est loco emtoris, non enim à creditore tam ipsum pignus, quàm jus primi creditoris emisse videtur: proinde potest avocari pignus, si offeratur debitum, ut à primo creditore potuisset, si nulla emtio intervenisset. Præterea loquitur JCtus in *l.* 59. de confidejussore accipiente pignus à reliquis fidejussoribus. Notandum etiam est, quod fidejussor nullo modo pignus sibi emere & per emtionem dominium acquirere possit. *l.* 2. *h.t. de distract. pign. l.* 2. *&* 26. *de Pignor.* creditor verò possit, ut quilibet extraneus, si lege conventionis creditor pignus vendat, *l.* 3. *h.t. d. distr. pign.*

Ad l. 7. §. 1. *in fin.*

Obst. *l. pen. de pact.* Respondet ipse Gothofr. in notis. add. Gothofr. *animadv. c.* 14.

TIT. VI.

Quibus modis pignus & hypotheca, &c.

Ad l. 1. §. 1.

OBst. *l.* 5. *C. de Remiss. pign.* Resp. Cùm generaliter lex non impediat, quin per pactum liceat remittere pignus, *l.* 7. *§. pactorum. De pact.* necesse igitur est *legem opp.* accipiamus de eo, qui vel non potuit pignus remittere, ut pupillus, furiosus, prodi-

 gus,

gus, vel dolo aut metu inductus inutiliter remisit: adeoque nihilominus & principale debitum exigere, & ejus nomine pignus actione hypothecaria vindicare potest; At in *h. l.* 1. *§.* 1. lex improbat & inutilem facit donationem principalis debiti, verſ. final. quoniam; non etiam remiſſionem pignoris. Ergò hic ex conſenſu procedit pignoris remiſſio, licet ſolus conſenſus remiſſionem debiti principalis operari non poſſit propter legis prohibitionem; In caſu verò legis opp. impeditur remiſſio propter defectum conſenſus, uti dictum, deficiente autem conſenſu neq; principale debitum, neque etiam pignus remiſſum dici poteſt.

Ad l. 8. princ.

Obſt. *l. 27. de pignor.* Reſp. Textus oppoſitus agit de caſu, quo dolo debitoris res oppignorata interiit, *add. l.* 16. *§.* 3.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obſt. *l. 73. ad SCtum Trebell.* Reſp. Textus oppoſitus loquitur de caſu, quo in perſonam heredis tantum conceptum eſt pactum, videlicet ut creditor pupilli non experiretur hypothecaria actione, illud non prodeſt fideicommiſſario, cùm pacta perſonalia non egrediantur perſonam.

Ad ejusd. l. §. *7. in fin.*

Obſt. *l. ult. C. de remiſſ. pignor.* Reſp. Patet ex *th.* 49. verſ. ſed quid ſi, &c. quod ſcilicet conſenſu creditoris in alienationem pignoris remittatur pignus, ſi verè & bona fide res fuerit alienata, *d. l. ult.* non verò ſi ſimulata & in fraudem creditoris pretio non ſoluto res manſerit in bonis debitoris, vel ad eum redierit, *hoc. §.* 7.

Ad ejusd. l. §. 15.

Obſt. *l. 8. C. de rem. pign. l.* 4. *§.* 11. *de doli except.* Solvitur hoc dubium itidem ad *th.* 49. *n.* 1. *verſ.* vel conſentiendo.

LIB.

LIB. XXI.

TIT. I.

De Ædilitio Edicto & redhibitione.

Ad l. 31. §. 5.

VErſ. Unum procuratorem. Obſt. *l.* 42. §. 6. *de Procurat.* ubi dubium hoc ſolutum.

Ad ejusd. l. §. 6.

Verb. Sed & fructus acceſſionis. Obſt. Quod uſuræ uſurarum exigi non poſſint, *l.* 26. §. 1. *de cond. indeb. l.* 18. *C. de uſur.* Reſp. (1) In aliis exemplaribus ita legitur: fructus & acceſſiones. Reſp. (2) Alia eſt ratio, quod uſuræ uſurarum non poſſint exigi, vide *Exerc.* 27. *th.* 50. & alia ratio eſt fructuum ex acceſſione naturaliter venientium.

Ad l. 38. §. 11.

Vide *not. Gothofr. ad l.* 23. *de judic. lit. g.*

Ad l. 43. §. 9.

Obſt. *l.* 5. *de injuſt. & rupt. teſtam.* Reſp. Ibi ob omisſionem & exheredationem & inſtitutionem poſthumi inſtitutio ſtatim eſt nulla, adeoque non exſpectanda conditio, qualis caſus in *hoc* §. 9. non occurrit.

Ad l. 63.

Verſ. Cur autem. Allegatur tanquam obſtans *l.* 33. *C. Locat. Cond.* Verùm nihil ibi habetur huc pertinens; Aliàs obſtat *l.* 2. *locati.* Ad quod dubium reſpondetur in hac *Exerc.* 27. *th.* 4. *in f.* Si verò loco *l.* 33. legendum ſit *l.* 3. *C. de locat.* ſciendum eſt, ibi planè aliud quid conſtitui circa locationem conductionem.

Ad l. fin. §. ult.

Obst. *l. 37. h. t.* Solutio habetur ad *th. 5. vers.* refertur.

TIT. II.
De Evictionibus.

Ad l. 34. §. 1.

OBst. Quod ratione partis non committatur stipulatio, *l. 56. §§. 2. de evict.* Resp. Habetur ad *th. 21. hujus Exerc. 27. circa fin.*

Ad l. 42.

Obst. Quod partus sit portio matris, *l. 1. §. 1. de vent. inspic. l. 73. de leg. 2.* Itidem responsio habetur ad *d. th. 21. in f.*

Ad l. 50. in f.

Obst. *l. 3. §. 8. de N. G.* Resp. Distinguendo: utrum contra executorem agat debitor condemnatus, an creditor, pro quo judicatum fuit. Nam contra executorem ob ejus dolum datur creditori actio Negotiorum Gestorum. Si dolo executoris non est consecutus solidum, quod sibi debetur. Debitori autem datur actio de dolo: quia læsus de dolo executoris, rem viliori pretio distrahentis. Differentiæ ratio hæc est, quia hoc negotium, quod geritur ab executore non videtur esse negotium debitoris; sed creditoris, quia contemplatione & causa creditoris distrahuntur pignora: E. creditor habet actionem Negotiorum Gestorum. Debitor autem confugit ad subsidiariam actionem de dolo.

Ad l. 51. §. fin.

Obst. *l. 8. §. 1. de Legat. 1.* Resp. (1) Textus in hac *l. 51.* agit de casu, quo sententia est lata, tunc exceptione rei judicatæ repellunt

repellunt denuò agentem cæteri. Resp. (2) In *h. l.* 51. Actor petiit totum, in lege opposita partem.

Ad l. 56. §. 2.

Obst. *l.* 34. §. 1. *h. t.* ubi hæc pugna soluta.

Ad l. 64. *princ.*

Obst. *l.* 70. *h. t. l.* 45. *princ. de act. emt.* Resp. Habetur in *th.* 19. *in f. vers.* INSPICITUR.

Ad l. 71. *princip.*

Vers. Non enim. Obst. *l.* 3. *solut. matrim.* Ubi dicitur dos esse & patris & filiæ. Resp. Stante matrimonio dos est mulieris, & certa ratione mariti, *l. penult. C. de jur. dot.* non patris. Ratione verò soluti matrimonii, & quoad dotis repetitionem & patris & mulieris est. *d. l. opp.*

Ad l. 73.

Vid. *not. ad th.* 5. *quæst.* 2. *Exerc.* 11.

TIT. III.

De exceptione rei vend.

In hoc tit. nihil notatu dignum occurrit.

LIB. XXII.

TIT. I.

De usuris & fructibus, &c.

Ad l. 1. *princ.*

VErb. Ubi contractum. Obst. Quod alibi dicatur, ubi petitum est *l.* 22. *in f. de R. C. l.* 8. *in f. de condict. triticiar.* Resp. (1) Ibi aliæ quæstiones tractantur. (2) In hoc principio locus

cus contractus non opponitur loco, ubi petitur; sed modus usurarum ibi obtinens modo usurarum communiter legibus definito. Et locus sive forum contractus est etiam sæpius locus, ubi petitur.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 60. *pro Soc.* Resp. Usuræ sunt ipsum illud, quod interest, ad quod socius tenetur, etiamsi non interpellatus fuerit, vel mora non intervenerit. Add. hæc *Exerc.* 27. *thes.* 44. *vers.* sive alter.

Ad ejusd. l. §. 2. *in f.*

Obst. (1) *l.* 7. *l.* 12. *si serv. vindic. l.* 1. *C. de fideicom. it. l.* 38. *pro Soc. l.* 41. *de Iud.* Ex quibus textibus apparet, judicem sæpius interponere cautionem de re futura. Resp. Omninò judex ibi statuit de ea re, de qua jam agitur in præsenti, & de qua aditus est, sed nihil statuit, si de alia re sit aditus, extra eam rem de iis, quæ extrinsecus accedit. Obst. (2) *l.* 1. *C. de sent. quæ sine cert. quant. prof.* ibi dicitur, quod sententia judicis non sit contra formam juris, qua judex jubet pendi usuras futuras ratione rei judicatæ. Resp. Casus illius legis hic est: Judex cùm esset addictus actioni judicati, pronunciavit pendi usuras rei judicatæ, non expressa qualitate, quæritur, an valeat sententia? & dicitur valere, quia jam est certa condemnationis summa facta, ad quam se refert judex, qui de judicati actione pronunciat: Et sunt etiam certæ usuræ rei judicatæ, cùm sint præscriptæ legibus certis. *tot. tit. C. de usur. rei jud.*

Ad l. 2.

Vid. *not. ad th.* 49. *opp.* 1. *Ex.* 8.

Ad l. 3. §. 2.

Obstat, quod causa defuncti voluntas fuisse non videatur, *l.* 58. §. *pen. ad SC. Trebell.* CUJAC. *l.* 12. *obs. c.* 12. expungit in textu

opp.

opp. particulam non, ut legatur, fructus superfluos restituere videtur, rogatus; Ne in eadem quæstione idem Autor PAPINIANUS contrarias sententias protulisse dicatur; vel etiam responderi potest, distinguendum esse inter hereditatem & bona; Nam hereditas definit esse hereditas, postquam adita est; Ergò quæcunque post aditam hereditatem acquisita sunt, non veniunt appellatione hereditatis *d. l. opp.* Aliud verò, si de bonis dixerit, quia bona dicuntur etiam post aditam hereditatem; Ergò hoc etiam casu fructus postea quæsiti veniunt, *h. l. 3. §. 2.* Præterea obstat, quod fructus non sint restituendi, si testator dixerit, quicquid ad heredes meos ex hereditate bonisve meis pervenerit, id omne post mortem suam restituat. *l. 57. pr. ad SCt. Trebell. l. 83. de leg. 3.* Resp. Cùm voluit restitui, non quod superest, sed quod ad eum pervenit, fideicommissum illud non recipit diminutionem, adeoque nec additamentum fructuum, sed requirit, ut ea præstentur, quæ ad eum pervenerunt.

Ad l. 4. princip.

Verb. Rem dari. Opp. (1) quòd hæc verba: vacuam possessionem tradi sint superflua. vid. *l. 3. §. 1. de act. emt.* Resp. Utraque quidem verba, rem dari scil. & vacuam possessionem tradi, sunt de possessione; sed verba posteriora sive inferiora continent etiam fructus postea perceptos, ut non tantùm possessio rei tradatur; sed & fructus, qui postea percepti sunt à venditore, continet etiam partus postea editos, ac si verior ista clausula, rem dari, non continet fructus postea perceptos; sed partus postea editos; inferiora igitur verba sunt uberiora & non supervacua. (2) Obst. *l. 3. §. 1. de act. emt.* Ubi disertis verbis tradit POMPONIUS stipulationem, vacuam possessionem tradi, non continere fructuum præstationem. Resp. Disting. aut fructus rei venditæ ante stipulationem interpositam sunt percepti, & hi

non

non rectè actione ex stipulatu petuntur; sed actione ex emto. *d.l.* 3. §. 1. aut agitur de fructibus post stipulationem interpositam perceptis, & tunc ex stipulatu rectè petuntur fructus. *h.l.* 4. *pr.*

Ad ejusd. l.

Verb. Factum tradendi. Obst. *l.* 114. *de V. O.* Ad quem textum Gothofr. respondet.

Ad l. 5.

Obst. *l.* 52. *de petit. hered.* Resp. Etiam petitione hereditatis non recipit præstationem, quæ extra bonos mores postuletur sed non imputatur possessori, quod turpem quæstum non fecerit, sed si quem fecerit, ei auferetur, ne ullum lucrum malæ fidei possessor ex re aliena habeat, & potiùs innocenti petitori hoc lucrum, ut exigat, permittatur, quàm ut nocenti possessori relinquatur, *de text. opp.*

Ad l. 6.

Obst. *l.* 28. *C. de pact. vide Exerc.* 27. *thes.* 46. *vers.* solùm verò, &c.

Ad l. 14. §. 1.

Verb. Non continere. Obst. *l.* 58. *ad SCtum Trebell.* §. *hered.* 4. Resp. Quod ibi dicitur, probatum ut restituat hereditatem; ex certis reditibus non retenturum partus ancillarum; id accipiendum est de partu post moram edito, nam post moram etiam fructus & accessiones veniunt, neque enim exceptio redituum extendenda est ad casum moræ, de quo testator minimè cogitavit.

Ad l. 16. *princip.*

Obst. (1) *l.* 17. §. *ult. h. t. l.* 5. *de oper. publ.* Resp. Ibi heredes tenentur ad usuras, si à testatoribus præfinitum sit tempus, intra quod statuæ vel imagines poni debent, vel etiamsi à

præside

præside certum tempus sit præscriptum, quia heredes non conveniuntur ex liberalitate sua; sed ex quasi contractu per aditionem hereditatis inito. Obst. (2) *l.* 1. *de pollicit.* Resp. Ibi non ex mera liberalitate; sed ex causa debetur, ob honorem scilicet promissori decretum vel decernendum.

Ad l. 17. §. *fin.*

Obst. *l.* 16. *h. t.* Ubi dictum.

Ad l. 25. §. 1.

Not. ad th. 49. *opp.* 2. *Exerc.* 8. *th.* 25. *Exerc.* 11. *ibique not.*

Ad l. 25. §. 2.

Vers. Quamdiu evictus, &c. Obst. *l.* 48. *in f. de A. R. D.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo constat, ex quo tempore possessor sciverit rem esse alienam, & tunc ex eo tempore fructus non acquisivit possessor, licèt initio bonam fidem habuerit. In *h. vers. l.* 25. solùm dicitur, quod possessor, qui initio bonam fidem habuit, in dubio etiam porrò intelligi & haberi debeat pro bonæ fidei possessore & consequenter maneat in possessione percipiendi fructus, donec res evicta fuerit à vero domino.

Ad ejusd. l. verb. fin.

Evictus non fuerit. Obst. *l.* 23. *de A. R. D.* Resp. Uti jam dictum in *h. §. ult.* tantùm agitur de acquisitione, quòd nimirum fructus possessor percipiat in dubio, donec res legitimè evicta fuerit; textus verò oppositus agit de restitutione, quod scilicet re postea evicta possessor non solùm fructus extantes; sed etiam post illud tempus, quo scivit rem alienam esse, consumtos restituere teneatur, *add. Exerc.* 11. *th.* 19.

Ad l. 28.

Vide *th.* 21. & 22. *Exerc.* 11. *opp.* 2. *ibique not.*

Ad l. 31.

Obst. *l.* 1. *C. de sent. quæ sine certa*, &c. Resp. Ibi certus modus subest per relationem, *add. Exerc.* 44. *th.* 5. *n.* 4.

Ad l. 32. *princ.*

Obst. *l.* 23. §. 1. *h. t.* Resp. Regulariter ex persona fit mora, *h. l.* 32. quibusdam casibus exceptis, etiam ex re, *d. text. opp. vide th.* 67. *&* 68. *hujus Exerc.* 27.

Ad ejusd. l. §. 1. *in init.*

Obst. *l.* 5. §. 10, 12. *de nov. op. nunc.* Resp. Aliud est in novi operis nunciatione, quæ in rem fit, vide *Exerc.* 39. *th.* 6.

Ad ejusd. l.

Verb. Debiti instantia. Obst. *l.* 9. *de aq. pluv. arc.* Resp. Non intelligitur in *h. l.* 32. §. 1. assidua interpellatio, seu quod quis instet sive perseveret in semel facta interpellatione, nec contrarii quid admittat, quo mora adversarii purgetur, ut, si hic post interpellationem potissimum suum faciat, non est omittenda repetendi debiti instantia, *add. h. Exerc. thes.* 67. *vers.* EAQUE UNICA.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l. pen. de duobus reis.* Expeditur hæc res *Exerc.* 47. *thes.* 30.

Ad l. 32. §. *f.*

Vide *not. ad th.* 36. *qu.* 2. *opp.* 5.

Ad l. 34.

Verb. Vicem fructuum, &c. Obst. *l.* 121. *de V. S.* Resp. Usuræ strictè loquendo non sunt fructus, quia non ex re ipsa, sed occasione rei civili usu percipiuntur, *d. l. opp.* Sunt

tamen

tamen fructus latiori significatu, scilicet civiles, & vicem fructuum obtinent, *h.l.34.*

Ad ejusd. l.

Verb. A fructibus separari. Obst. *l. 62. de R. V. l. 4. h.t.* Resp. Comparantur hic fructus cum usuris in eo solùm, quòd & fructus & usuræ in bonæ fidei judiciis sint præstandæ: licèt alia ratione differant, *dict. text. opp. add. l. 32. §. 2. l. 38. §. pen. h.t. de usur. & not. ad th.* 18. *Exerc.* 11.

Ad l. 45.

Verb. Sicut. Obst. *l.* 48. *de acquir. rerum dom.* Resp. habetur in *Exerc.* 11. *th.* 21. *n.* 3.

TIT. II.

De nautico fœnore.

Ad l. 4. *princ.* §. 1.

OPp. Quod ante Novellam 110. usura nautica non tantùm centesima, sed infinita esse potuerit. PAUL. *lib. 2. sent. tit. 24. §. 3.* Resp. Agit hîc textus in *l. 4. de usuris* post lapsum diem periculi: sive enim post eam diem usuram tantùm, sive pœnam sive utrumque creditor stipulatus fuerit, utriusque rationem ita iniri oportet, ut utrumque nec centesimam excedat, nec duplum hoc textu. Quamdiu verò periculum est creditoris, infinitæ usuræ sive etiam supra centesimam vel supra duplum ex pacto debentur. Scilicet propter periculi adhuc durantis susceptionem; quo spectat *alleg. opp. locus Pauli.*

TIT. III.
De Probationibus & Præſumtionibus.

Ad l. 7.

OBſt. *l. 58. in f. de adil. Edict.* Reſp. In textu *l. 7.* dicitur de deficiente probatione, non autem excluduntur indicia, ſed potiùs præſupponuntur, ut propterea quæſtio, per quam elicitur reſponſum ſervi decernatur.

Ad l. 10.

Obſt. *l. 15. C. de fide inſtrum. ut & l. 1. in f. C. de Cenſib.* Reſp. In cauſis publicis, v. g. ſolutione cenſuum utique libri cenſuum & monumenta publica ſunt potiora: aliàs verò aliquando magis teſtibus, aliquando magis inſtrumentis pro ratione circumſtantiarum creditur.

Ad l. 12. in f.

Obſt. (1) *L. 47. in f. de legat. 2.* Reſp. Ibi planè alius caſus proponitur huc non pertinens. Obſt. (2) *L. 29. de jure dot.* Reſp. Ibi non fuit idem bis legatum, ſed dos fuit genero promiſſa & filiæ legata: Non igitur duplicatur legatum, ſed duplici modo dos eſt promiſſa. Opp. (3) *L. 34. §. 3. de legat. 1.* Reſp. Cùm in eodem teſtamento bis legatur, unum legatum præſumitur, niſi legatarius probet teſtatorem voluiſſe legatum multiplicare: Cùm autem in teſtamento & Codicillis poſtea ſcriptis legatum relinquitur, quia duæ ſunt ſeparatæ ſcripturæ, duo legata præſumuntur, niſi heres contrariam voluntatem teſtatoris oſtendat. Neque obſtat, quòd ſcripta in codicillis perinde habeantur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent, *l. 2. §. Codicillor. ff. de Codicillis.* Reſp. Hoc non procedere in iis, quæ ſunt facti, *L. 7. §. 1. eod.* Ad quæ pertinet, an idem bis; an verò duo ſint legata.

Ad l. 16.

Obst. *l.* 29. §. 1. *de agnosc. & alend. liber.* Resp. Ibi alia quæstio proponitur. *Add. Exerc.* 30. *thes.* 71. *item Exerc.* 3. *thes.* 44. Præterea dicitur hîc, quod recipiatur matris possessio & avi, non autem, quod plenè & perfectè probet.

Ad l. 17.

Dubium quod hic movet, ipse etiam solvit Gothofred.

Ad l. ult.

Obst. *l.* 13. *C. de non numerat. pec.* Resp. In hac *lege ult.* agitur de nuda commemoratione: In textu verò opposito de insertione simplicis causæ debiti.

Ad l. 25. §. 1.

Vide *not. ad th.* 48. *Exerc.* 8.

TIT. IV.

De Fide instrumentorum.

IN hoc titulo nihil contrarii habetur.

TIT. VI.

De juris & facti ignorantia.

Ad l. 6. *in f.*

OBst. *l.* 3. §. 9. *de in rem vers.* Resp. Ibi peculiaris casus proponitur, quo quis aliquem, cum quo non contraxit, vult obligatum esse: tunc igitur curiosa inquisitio necessaria est.

Ad l. 7.

Verb. Non prodest. Obst. *l.* 25. §. 6. *in fine: de petit. hered.* Resp. Ibi solùm dicitur, quod in jure errans non habea-

habeatur pro prædone sive malæ fidei possessore, *add. Exerc.* 10. *th.* 55. *Exerc.* 28. *th.* 53. 54.

LIB. XXIII.

TIT. I.

De Sponsalibus.

Ad l. 9. *in f.*

OBst. *l.* 11. §. 3. *quòd falsò tut.* Resp. Ibi constat de voluntate patris; hic verò dicitur, quod nuda deductio non faciat sponsalia. *Hulsem. de Stat. conjug.* εἰς πᾶσιν ἡμέραν συνεχμῶσα, 1. *Pol.* 7.

TIT. II.

De ritu Nuptiarum.

Ad l. 5. *princ.*

OBst. Quòd fœmina absens nubere non possit, etsi vir absens uxorem ducere possit. PAUL. *lib.* 2. *sentent. tit.* 19. §. 5. Resp. patet *ex hac ipsa lege* 5. quod scilicet viro absente mulier duci possit in ejus domum, *l.* 69. §. *in domum de jure dot.* Absens autem mulier duci nequeat, eo igitur respectu dicitur, quod vir absens ducere uxorem possit, mulier autem absens nubere non possit.

Ad l. 12. §. *ult.*

Obst. *l.* 17. §. *fin. h. t.* Resp. In hac *lege* 12. §. 4. dicitur, quod nemo fiat per adoptionem avunculus, adeoque nec adoptivæ sororis filiam impediatur quasi in uxorem ducere, quia scil. non immediatè sed remotè per sororem adoptatam hic respectus intervenit. Alia est ratio in textu opp. vid. hæc *Exerc.* 29. *th.* 31.

th. 31. *verſ.* Et hæc adeò. *& not. ad th.* 11. *verſ.* Præterea. *Exerc.* 8.

Ad l. 14. §. *ult. in f.*

Obſt. Quod alibi ſponſæ parens ſocer eſſe negetur. *l.* 6. *l.* 8. *de gradib. l.* 4. *inf. de parricid.* Reſp. Quòd propriè quidem non ſit ſocer: attamen propter naturalem pudorem etiam imperfecta affinitas hîc attenditur hac *leg.* 14. §. 2. *inf.* *Add. Ex.* 29. *theſ.* 46. *num.* 3.

Ad l. 16. §. 1.

Obſt. *l.* 3. *h. t.* Reſponſio habetur *ad th.* 23. *hujus Exerc. verſ.* Si nepos.

Ad l. 17. §. *ult.*

Obſt. *l.* 12. §. *fin. h. t.* ubi reſponſum eſt.

Ad l. 32.

Obſt. *lex ult. de ſtat. hom.* Reſp. Ingenuus quidem propriè non ſit, attamen in effectu conſequitur ingenui jura.

Ad l. 38.

Verb. Quamvis ſponſa. Obſt. *l.* 15. *de Sponſ.* Reſp. Regulariter quidem ubi nuptiæ prohibentur, & ſponſalia prohibentur, niſi diverſitatis intercedat ratio, uti in caſu *legis* 38.

Ad l. 43. §. 6.

Obſt. *l.* 4. §. 6. *de his, qui not. infam.* Reſp. Non negatur in hac *leg.* 43. lenocinium aliquo reſpectu majus eſt.

Ad ejusd. l. §. 12.

Obſt. *l.* 13. *de pœnis.* Reſp. Senſus hujus §. 12. eſt, quod lex mulierem infamia notet propter factum ſeu commiſſum adulterium: non propter ſententiam judicis, quippe per quam fuit abſoluta.

soluta. Aliàs verò sententiam probè inspiciendam esse non negatur.

Ad l. 45. §. 1.

Obst. *l. 8. §. 1. de in jus voc.* Resp. In casu hujus *legis* 45. qui exprimitur *in pr. hujus legis*, non habetur pro patrono, qui juravit, quantum verò in jus vocationem prohibitam attinet, habetur pro patrono *d. textu opp.*

Ad l. 55. §. 1.

Obst. *l. 14. h. t.* Resp. Alia est ratio in filio adoptivo, qui licet emancipetur, tamen eam, quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest; sufficit enim hîc, eam aliquando novercæ locum sustinuisse *d. t. opposito.*

Ad l. 60. §. ult. in init.

Obst. *§. 16. Inst. de Excus. tut.* Componitur hæc pugna & controversia ad *Ex. 31. th. 59. in f.*

Ad l. 66. princ.

Verb. Uterque infamatur. Obst. *l. 12. de his, qui not. infam.* Resp. (1) Ibi alius proponitur casus. (2) In casu *h. l.* 66. filius consensit, adeoque & ipse infamatur.

Ad l. ult. princ.

Obst. Quod apud quosdam hæ conjunctiones fuerint licitæ. Resp. Non id juris gentium est, quod una vel altera gens fortè etiam illicitè admittit; sed quod communiter apud gentes, quæ legibus & moribus reguntur, ut loquitur Imperator JUSTINIANUS de Jur. N. G. & C. obtinet add. *Ex. 29. th. 47.*

TIT.

TIT. III.
De Iure dotium.

Ad *l.* 3.

OBst. Quod si pater dotem dedit, in testamento, dos sit, non tamen matrimonium. Add. *l.* 7. *inf. de adult.* Resp. Dicitur dos respectu futuri matrimonii, revera dos nondum est; conferatur *l.* 13. §. 1. *circa fin. de petit. hered.*

Ad *l.* 5. §. 2.

Obst. §. 9. *hujus leg.* 5. Resp. Non tàm spectatur, cui donet is, qui dotem dat, quam cujus gratia donet. Proinde si donavit filiæ in gratiam patris, quia patri donatum videbat, videtur dos brevi manu data patri, & à patre ad filiam profecta, *h.* §. 2. Si verò donavit patri ea lege, ut filiæ in dotem daret, magis filiæ, quàm patri donavit: nec videtur dos profecta à patre, quam non ex officio patris, sed ex lege donationis coactus dedit, *h.* §. 9. Add. *Exerc.* 30. *th.* 4.

Ad *ejusd. l.* §. 12.

Opp. quod potius animo se liberandi, quàm quid donandi fecisse videatur, *arg. l.* 22. §. 3. *sol. matr.* Resp. Aliis casibus id quidem videtur ita se habere, sed alia est ratio in patre, cui incumbit filiam dotare. Add. *d. Ex. th.* 3. *vers. PORRO. n.* 1. Add. Strauch. *Diss.* 3. *th.* 10.

Ad *l.* 12. §. 1.

Vers. Solane. Verb. Duntaxat &c. Obst. *l.* 6. *in f. h. t.* Resp. Textus hîc oppositus loquitur de casu, quo major, dolo peculiari est circumventus, tunc etiam ex titulo de dolo in integrum restituitur major. Vid. *not. ad th.* 27. *opp.* 4. *Ex.* 8.

Ad l. 20.

Obſt. *l.* 12. *de Probat.* Ubi hoc dubium jam ſolutum.

Ad l. 30.

Obſt. *l.* 64. *h. t. &* 68. Reſp. Dos quæ fuit data in matrimonium prius, non aliter convertatur in poſterius matrimonium, quàm ſi hoc expreſsè agatur, *h. l.* 30. *init.* Tacitè verò id etiam agi interpretamur; ſi aliud conventum non fuerit, *h. l.* 30. *verſ.* dum hoc agi. *& d. l.* 64. Eodem modo dos redintegratur, quando mulier alii nupſit, & poſtea ad priorem virum rediit, *d. l.* 64. quod intelligendum eſt, ut appareat, ſi divortio matrimonium ſit diremtum, *l.* 31. *h. t. de pact. dot.* Cæterùm ſi morte alterutrius ſit ſolutum, & conjux ſuperſtes cum alio matrimonium ſecundum contraxerit, nec dos, nec pactum dotale primi matrimonii cenſetur repetitum in ſecundo matrimonio. *d. l,* 68. *l.* 26. §. *fin. de pact. dot.*

Ad l. 33.

Verſ. Nam ſi donavit. Obſt. *l.* 41. *de re judic.* Reſp. (1) Videndum eſt, utrum dotis promiſſor extraneus, an à muliere, an à marito conveniatur; nam mulieri, cui donatum voluit, eatenus cogitur ſolvere, quatenus facere poteſt. *l.* 19. §. 1. *de re judic.* §. 37. *Inſt. de Act.* Marito autem quippe, cui non lucrativo donationis, ſed oneroſo dotis titulo debetur, in ſolidum eſt condemnandus, *d. l.* 41. *de re judic.* Atque hinc explicanda ſunt verba ULPIANI *in h. l.* 33. ut eorum ſententia ſit, non poſſe mulierem objicere marito, cur non urſerit & præcipitaverit promiſſorem ad ſolvendam dotem; Quandoquidem ipſa mulier, ſi eum conveniret, non ultra, quàm ille facere poſſet, conſequeretur, propterea quod ex cauſa donationis egerit. Reſp. (2) Textus opp. *in l.* 41. *de re jud.* accipiendus eſt de eo caſu, quo donator dotis ſcil. ab uxore marito fuit delegatus.

Ad

Ad l. 43. *princip.*

Obſt. *l.*36. *in f. h.t. it. l.* 10. *de cond. cauſa dat. cauſa non ſec.* Reſp. ad *l.* 36. Ibi aliam quæſtionem proponi: manere autem etiam priſtinam obligationem, tali caſu ſtatim ſubjicitur in *l.*37. *Ad l.*10. *de cond. cauſa dat. cauſa non ſec.* Reſp. In caſu *l.* 43. mulier videbat pecuniam ſecutis nuptiis in dotem converti. Aſt in caſu *l.* 10. volebat ſtatim, id eſt, ante nuptias dotem dare: unde ſicuti condictione opus eſſet, ſi dotem dediſſet; ita etiam eadem condictione opus eſt, cùm debitam pecuniam accepto tulit; quoniam is dare videtur, qui accepto fert, *l.* 2. *de calumniat. l.*15. *pr. de Reg. Iur.*

Ad l. 45. *princip.*

Obſt. *l.* 57. *h.t.* Reſp. Alii corrigunt textum *leg.* 57. & pro id, quod promittitur: legunt: in quod promittitur; Si lectionem receptam retineamus, reſponderi poteſt, quod *in leg. opp.* non dicatur æſtimari eo tempore, quo promittitur, ſed eo nuptiarum ſcil. tempore æſtimari id, quod promittitur ſeu quantitas dotis. Quamvis autem diceretur ibi inſpici textus, quo promittitur, intelligendum tamen eſſet tempus, in quod confertur promiſſio ſive tempus nuptiarum. Quòd autem apparet ex illis verbis: præſtare oportet, æſtimare debebit, condemnari oportebit, quæ omnia ſunt verba futuri temporis.

Ad l. 46. §. 1.

Verb. Utrum mulier vellet. Obſt. *l.* 9. §. 1. *de fund. dot.* Reſp. Si debitori ſuo mulier nuptura ita dotem promiſerit, quod mihi debes, aut fundus Sempronicius doti tibi erit, in arbitrio mulieris eſt, quod in dote velit eſſe, *h. l.* 46. Sed ſi quis dotem ſimpliciter promittat marito, vi alternatæ fundum aut decem debuit, electio tribuitur marito, *d. t. opp. in l.* 9.

Ad l. 54.

Obst. *l.* 12. *C. de jur. dot, it. l.* 6. *C. de R.V. Addatur t. t. C. si quis alt. vel sibi, &c. l.* 7. *C. de pign. l. ult. C. de serv. pign. dat.* Resp. Res comparatæ ex dotali pecunia propriè non sunt dotales, *d. l.* 12. videntur tamen aliquo respectu esse dotales, quatenus scil. si maritus non sit solvendo, in subsidium mulieri utilis vindicatio accommodatur, & privilegium mulier in iis habet, *add. l.* 22. *§. ult. sol. matrim. l.* 55. *inf. de donat. inter virum & ux.*

Ad l. 57.

Verb. Id quod promittatur. Obst. *l.* 45. *h. t.* ubi hæc pugna soluta.

Ad l. 64.

Obst. *l.* 30. *h. t.* ubi hac de re dictum.

Ad l. 66. circ. fin.

Obst. *l.* 12. *§.* 2. *de usufr.* Resp. Ipse usus fructus, quatenus talis, non potest cedi alteri; facultas tamen percipiendi fructus nomine usufructuarii, & quamdiu usus fructus in persona usufructuarii subsistit, cedi potest *h. l.* 66. vide *not. ad th.* 17. *Ex.* 12.

Ad l. 67.

Verb. Nisi fortè usucaptum. Obst. *l.* 1. *§. fin. pro dote.* Resp. Glossa: pecunia ista non fuit in dotem data, quia antequam fuisset matrimonium, maritus ista conditione tenetur eam pecuniam domino ancillæ restituere. Vel responderi potest, quod maritus non possit in putativo matrimonio dotem usucapere ex titulo dotis, sed tamen ex titulo PRO SUO: uti sequitur in *h. l.* 67. Neque huic responsioni obstat, *l.* 2. *pro dote*, ubi non agitur de pecunia data; sed de re, v. g. agro æstimato dato.

Ad

Ad l. 69. §. 4.

Obst. *l. 1. C. de dot. jur. Strauch. D. 3. th. 10.*

Ad l. 77.

Obst. *l. 69. §. 1. h. t. de jure dot.* Resp. Sunt diversi casus: si namque mulier debitori suo, qui sub usuris debebat, nuptura dotem promiserit, quod is sibi deberet, nulla mentione facta usurarum, post contractas nuptias, usuræ sequentis temporis non sunt dotales, sed hac ratione usurarum obligatio erit soluta, *h. l. 77.* Perinde enim est, ac si mulier debitum à viro exegisset, eidemque in dotem postea dedisset. At si pecuniam debitam cum usuris futuri temporis in dote promittenda demonstraverit, erunt quoque eæ usuræ, quarum dies post nuptias cessit, dotis portio, *d. l. 69.*

Ad l. 78. §. 2. circa fin.

Vers. Ipsius autem. Obst. *l. 66. h. t.* ubi hæc lex est explicata.

Ad l. 79. princip.

Obst. *l. 6. de collat. bonor.* Resp. Dos in casu *legis 79.* non redit ad patrem, quia ab eo non fuit profecta, *conf. l. 4. C. solut. matrim.* Si verò dos nepti, contemplatione filii patris ejus ab avo sit data, perinde est, ac si ipse filius dedisset, adeoque eam patri, licèt exheredato, reddi oportet, *d. l. 6. de collat. bonor.*

TIT. IV.
De Pactis dotalibus.

Ad l. 7.

VErs. Nam adjecta. Obst. *l. 2. §. 1. solut. matrim.* Resp. Filia paciscendo sibi nocet; sed patris conditionem deteriorem facere eo casu nequit, quo, mortua ea in matrimonio,

dos ad patrem reverſura eſt, niſi pater adjecta filiæ perſona experiatur, qui ſibi imputare debet, quod non ſuo nomine ſimpliciter inſtituerit actionem, *h. l. 7.* Intelligendum verò hoc eſt de actione, quam pater habet communem cum filia, non de actione ex ſtipulatu, ſi dotem ſibi reddi fuerit ſtipulatus, quam pater omninò ſibi habet propriam. Nec in ea aliquod jus filiæ competit, adeoque hæc dotis actio remanebit integra patri, *d. textu oppoſ. in l. 2. §. 1. verſ.* SED UTRUM *ſolut. matrim.*

Ad l. 14.

Obſt. *l. 11. §. 1. de dot. leg.* Reſp. Ex ipſo textu oppoſito apparet, quod planè alius & ſingularis caſus ibi tractetur.

Ad l. 29. §. ult. in f.

Obſt. *l. 11. in f. de dot. prælag.* Reſp. Nihil contrarii habetur, ſed potiùs quod in *h. l.* dicitur, ibidem confirmatur. Et ſuper dotem aliquid ibi legavit mulier marito.

TIT. V.

De Fundo dotali.

Ad l. 9. §. 1.

OBſt. *l. 46. §. 1. de jure dot.* ubi hoc dubium ſolutum.

Ad l. 13. §. 3.

Obſt. *l. 1. C. de privil. dotis.* Reſp. Agitur ibi de privilegio prælationis, quod non tranſit ad heredes alios, quam deſcendentes, vide *Exerc. 44. th. 47. verſ. TRANSMITTITUR.* Textus verò hîc in *l. 13.* agit de actione, qua fundus illicitè alienatus à marito revocatur tam à muliere, quàm ab ejus herede.

LIB. XXIV.

TIT. I.

De donationibus inter virum & uxorem.

Ad l. 3. §. *ult.*

OBst. *l.* 31 §. 7. *h. t.* Resp. Videndum hisce casibus est, an permittente marito mulier ab extraneo acquirat, an ab ipso marito. Priori casu donatio valet: quia mariti bona non deminuuntur, quæ, veluti, cùm maritus hereditatem vel legatum repudiat, ut ad uxorem perveniat, quæ vel erat substituta vel legitima heres, *l.* 5. §. 13. *h. t.* Et cùm legaturus vel hereditatis nomine relicturus marito, ab eo rogatus relinquit uxori *d. t. opp. l.* 31. §. 7. tunc enim maritus nihil confert in mulierem, sed tantùm patitur eam acquirere, cùm acquisitionem istam posset impedire; nec mulier à marito aliquid accipit; sed à testatore. Posteriori casu donatio non valet, quia etsi mulier ab extraneo accipit, tamen revera à marito acquirit, *h. l.* 3. §. *ult. & l. seq.* 4. Nam in *d.* §. *ult.* maritus non jussit donari uxori; sed tradi ex jussu mariti, cui donare volebat, donator mulieri non donavit; sed saltem tradidit. Perinde igitur habetur, ac si maritus accepisset, & mulieri tradidisset *d.* §. *ult. junct.* §. 12. Similiter in *seq. lege* 4. maritus non jussit mulieri donari, sed tradi, quare donator rem mulieri tradidit, non eo animo, ut mulieri donaret, sed ut marito, & secundùm ejus voluntatem rem transfert in uxorem.

Ad l. 5. §. 1. *in f.*

Obst. Quòd aliàs per capacem & per consequentiam liberetur & incapax, *l.* 29. *de lib. leg.* Resp. Ibi planè alius proponi-

ponitur casus, agitur enim de ultima voluntate & de inhabilitate alicujus personæ; hîc autem agitur de titulo aliquo legibus prohibito, nimirum de donatione inter virum & uxorem; quæ ne quidem tali casu effectum habere potest.

Ad l. 7. §. 2.

Obst. *l.* 32. *§.* 9. *h.t.* Resp. In textu opposito explicatur oratio divi HADRIANI, cujus fit mentio in *l.* 7. & accipitur de casu, quo locupletior facta est uxor, quæ consumsit, & tunc compensatio locum habet. Præterea distinguit *textus oppos.* An conjuges adhuc vivant, & tunc compensationi etiam locus: an verò alteruter decesserit, & tunc compensationi non est locus; si verò divortio solutum fuerit matrimonium, compensatio locum habet, etsi alteruter conjux, scilicet, qui consumpsit, non sit factus locupletior.

Ad l. 13. §. 1.

Vide *Strauch. thes. ult. D.* 2.

Ad l. 20.

Obst. *l.* 76. *de hered. instit.* Resp. In casu *hujus legis* 20. intelligendum est servum ita donatum fuisse mortis causa, ut statim fieret uxoris, sed viro, si convalesceret, restitueretur: Interim hunc servum, dum vir ægrotat, stipulatum esse mulieri, hinc igitur non potest acquiri viro, quia non est ei stipulatus: nec mulieri, nisi confirmata donatione servus ejus esse comperiatur, ergò est in pendenti, an alteri acquiratur, nam soli mulieri acquiri potest; sed utrum valeat stipulatio, nec ne; In his enim causis inspicimus potius sequens tempus, quàm initium contractus, *arg. l.* 11. §. 2. *& seqq. h.t.* Quocirca stipulatio à servo inita valebit, & mulieri acquiretur, si vir decesserit; evanescet verò, si convaluerit. Alius verò casus in opposito textu.

Ad

Ad l. 23.

Obst. Quòd annui promissio confirmetur morte mariti promissoris, *l.* 33. *h. t.* Resp. Hoc speciale est in annuo, menstruove promisso, vel quia talis donatio non est omninò prohibita, *l.* 15. *h. t.* vel quia cessat illa ratio tacitæ pœnitentiæ, quod enim ad annos post mortem mariti futuros attinet, videtur maritus potiùs, quia dies tunc non venerat, qua propter pœnitentiam non tradidisse. Cæterùm jure Novellarum aliud statutum, uti monetur, *th.* 30. *vers.* ET DATUR.

Ad l. 29. *princip.*

Obst. *l.* 18. *quod met. causa*, ubi etiam solutio est addita. Conf. *th.* 27.

Ad l. 31. §. 7.

Obst. *l.* 3. §. *fin. l.* 4. *h. t.* ubi responsum.

Ad l. 32. §. 14.

Verb. Donationem valuisse. Obst. *l.* 125. *de R. I.* Resp. Iste textus generalis ad hunc singularem casum non pertinet, conf. *Exerc.* 35. *th.* 88.

Ad eund. text.

Vers. Sed cùm neuterum verbum relinquit. Opp. Gothofredus, quòd heredes non relinquantur locupletiores ex hujusmodi donatione, quia neutrius conjugis heres repetit, *l.* 26. *de mort. causa donat.* Resp. In dicta *l.* 26. nihil contrarii habetur, & ideò fiunt locupletiores heredes, quia non repetitur donatum, sed retinent.

Ad l. 57.

Verb. Si ea conditione. Obst. *l.* 19. *l.* 134. *de V. O.* Resp. habetur in *not. Gothofr.*

Ad eand. l.

Verb. In pecuniam concreditam. Obſt. *l.* 34. *mand.* Reſp. Patet ex *Exerc.* 16. *th.* 11. & 13. quòd ſcilicet hæc res dependeat à voluntate contrahentium, & juxta eam convertatur alius contractus vel pactum in pecuniam creditam, vel non convertatur. In caſu hujus *legis* 57. ex conditione adjecta apparet, quod ea exiſtente pecunia, aliàs donata, tanquam credita ſit reſtituenda.

TIT. II.
De divortiis & repudiis.

Ad l. 6.

OBſt. *l.* 8. *de poſthum.* vide Strauch. *Diſſ.* 2. *th.* 28. *add. Ariſt.* 1. *Pol.* 7.

Ad l. 11. princ. in f.

Obſt. *l.* 1. *in f. de concub.* Reſp. Loquitur textus oppoſitus de liberta concubina patroni; textus verò in *l.* 11. de liberta uxore patroni.

TIT. III.
Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

Ad l. 2. §. 1. circa fin.

OBſt. *l.* 7. *de pact. dotal.* ubi hæc pugna ſoluta.

Ad l. 7. §. 1.

Vid. Strauch. *Diſp.* 3. *th.* 15.

Ad l. 7. §. 5.

Obſt. *l. un. §. 5. C. de Rei ux. act.* Reſp. Retentio duplex eſt: alia in perpetuum, quæ fit per compenſationem, & loco ſolutionis eſt. *l. 4. C. de compenſ.* alia ad tempus jure pignoris, donec retinenti ſatisfiat. *l. 18. de pignorat. act.* In textu oppoſito prohibetur retentio jure pignoris, non compenſatio. Add. *Exerc. 30. th. 61.*

Ad ejusd. l. §. 12.

Verſ. Si minus. Obſt. *l. 10. de uſufr.* Reſponſio patet ex ipſo textu, quod ſcil. hactenus cædere liceat ad uſum fundi, ut inde fundus non fiat deterior: In ipſam enim vineam turſus impendit.

Ad eund. §. 12.

Verſ. Sed etſi vi, &c. Obſt. *l. 12. de uſufr.* Itidem Reſponſio patet ex ipſo textu, quod ſcil. liceat ex arboribus dejectis tantum ſumere, quantum opus eſt ad uſum vineæ.

Ad ejusd. l. §. 13.

Obſt. (1) *l. ult. pr. de fund. dotali.* Reſp. Ibi ſaltem JAVOLENUS oſtendere voluit per aliquam inſtantiam LABEONIS ſententiam non eſſe omninò & indiſtinctè veram, ſcil. ſi lapis renaſcatur: adeoque nihil contrarii ibi habetur. Opp. (2) *l. 32. de jure dot.* Quòd ſcil. marmor non ſit in fructu, adeoque ad mulierem pertinet. Reſp. In *opp. l. 32.* voluntate mulieris maritus marmor exemit: in §. *autem* 13. ſuo periculo & inſcia muliere exemit, adeoque mariti quidem eſt, ſed tenebitur uxori, ſi fundus ſit inde deterior factus. Opp. (3) *d. l. ult. de fundo dotali*, ubi LABEO videtur ſtatuere mulierem non teneri ad impenſam; quam tamen ſententiam reprehendit JAVOLENUS ibi. Reſp. JAVOLENUS non ait, impenſam à muliere præſtandam cum lapis

 creſcit,

crescit, quæ etiam est sententia ULPIANI *in §. 13. vers. NISI.* Sed adhuc obstat ratio, qua utitur JAVOLENUS *in d. l. ult.* quod scil. impensa utilis sit restituenda viro à muliere; ast hæc est utilis impensa, qua marmor inventum, non tamen facto deteriore fundo, licet fortè marmor non renascatur. . Resp. Non omnis impensa utilis est restituenda à muliere, sed quæ per se est utilis, & in eum finem facta, ut fundus melior redderetur, *arg. l. ult. de impens. in res dot. fact.* In casu verò *hujus* §. 13. cùm maritus marmore egeret, invenit in fundo dotali lapidicinas: Hæc impensa quia per accidens fundum fructuosiorem reddidit, nec in eum finem facta est, mulierem non obligat, cùm maritus non fundi; sed sui commodi causa lapidem exemerit. Cæterùm latiùs hanc *l. 7.* explicantem legas *IOH. de CASTILLO tr. de usufr.*

Ad l. 17. princ.

Obst. *l. 21. de re judicat. it. lex penult. de jure dot. l. 22. de re judic.* Resp. NERATIUS in *d. l. 21 de re judic.* dixit, socerum in id, quod facere potest, damnandum esse, si stante matrimonio dos ab eo petatur, sed alio jure nos uti scil. socerum damnari in solidum, si soluto matrimonio conveniatur, *l. 22. pr. d. t.* juxta quam hæc lex 17. accipienda. Aliquando verò diremto matrimonio beneficium hoc socero tribuitur. *d. l. pen. de jure dot. hoc Ex. 30. th. 54. circa fin.*

Ad l. 22. §. 2.

Obst. *l. 96. §. 2. de solut. It. l. 3. in fin. ut legat. nomine.* Resp. In casu textus oppositi mulier non novavit obligationem dotis, nec fuit decepta, pacta verò fuit de dote non petenda. In casu verò *hujus l. 22.* mulier decepta obligationem novavit; Ergo rescissa propter dolum novatione, actio de dote mulieri salva manet.

Ad

Ad ejusd. leg. §. 3.

Obst. *l. ult. C. de dot. promiss.* Resp. Planè alius casus est, quæstio quæ ibi proponitur.

Ad l. 56.

Verb. Si deportata. Obst. *l. 24. C. de donat. inter virum & uxorem.* Resp. Quoad repetitionem dotis hic casus deportationis comprehenditur, quia quoad effectum juris civilis solvitur deportatione matrimonium *hac lege 56. juncta l. 14. de Novat. l. 63. §. fin. pro socio. §. 1. Quib. mod. jus pat. pot. solv.* At natura sive gentium jure subsistit matrimonium, cum deportato, *d. l. oppos. 24. juncta l. 1. C. de repud. Nov. 22. c. 13. l. 14. §. 1. de R. N. l. 17. § 1. de pœn.* Adeoque in pendenti est donatio, *d. l. 24. Add. NIC. ANT. Tr. de jure exul. l. 2. c. 8. n. 7. & c. 9.*

Ad l. 60.

Allegat hic tanquam obst. *l. 17. & 29. de Religios.* In quibus tamen uti legenti apparebit, planè nihil contrarii habetur.

Ad l. 66. §. 3.

Verb. Manebit partus tuus. Obst. *l. 1. C. sol. matrim.* Resp. In textu opposito maritus ita demum tenetur soluto matrimonio res dotales reddere, si extent; unde non subit periculum ancillarum dotalium, adeoque nec debet partum lucrari, quia partus ancillæ non est in fructu, *l. 68. princ. de usufr. l. 28. §. 1. de usur.* Ast in hac *l. 66. item l. 18. de jure dot.* maritus tenebatur soluto matrimonio mancipia seu æstimationem definitam reddere; ideoque periculum ancillarum ad eum pertinebat, & pro hoc periculo, quod subit, partum lucratur.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l. 21. de V. O.* ad quem textum respondet Gothofredus in notis.

LIB. XXV.

TIT. I.

De Impensis in res dotales factis.

Ad l. 1. §. 3.

VErb. Si pistrinum. Obst. *l.79. §.1. in fin. de V.S. item l. 6. h.t.* Resp. Patet ex ipso §. 3. quod scilicet pistrini vel horrei ædificatio annumeranda sit necessariis impensis, si pistrinum vel horreum sit factum necessario; alias verò ad utiles impensas pertinet, dictis textibus oppositis.

Ad l. 7.

Obst. *l. 1. §. 2. h.t.* Resp. Habetur hac *Exerc. 30. th. 61.*

TIT. II.

De actione rerum amotarum.

Ad l. 1.

VErb. Quæ uxor fuit. Obst. *l. 3. §. 2.* Resp. Patet ex ipso textu opposito, quod casus ibi tractentur singulares.

Ad l. 3. §. 1.

Obst. *l. 21. §. 1. h.t.* Resp. Si servus furtum fecit, actor cum domina actione furti utitur, si verò jussu dominæ divortii causa res amoverint, actio rerum amotarum locum habet, *d. t. opposito.* Nec videtur servus furtum facere tali casu, quippe qui non habuit animum lucrandi seu furandi, sed ut dominæ pareret.

Ad

Ad l. 8.

Obst. Videtur, quod sit bonæ fidei nec contraria. Resp. Textus hic accipiendus de juramento in litem veritatis, quod etiam in stricti juris judiciis locum habet, *add. Exerc.* 17.

Ad l. 21. §. 1.

Verb. Cum mulier. Obst. *l.* 36. §. 1. *l.* 5. *l.* 29. *de furt.* Resp. Quamvis revera furtum subsit, *l.* 29. *h. t.* tamen quoad effectum agendi non habetur pro furto, 11. *l.* 2. *h. t.*

Ad l. 25.

Verb. Licet cesset. Obst. *l. ult. in fin. C. de furt.* Resp. In textu opposito JUSTINIANUS docet, quæ actio detur, non quando detur, quod ex aliis textibus supplendum, *add. thes.* 65.

TIT. III.

De agnoscendis & alendis liberis.

Ad l. 1. §. 11.

VErb. Nullum præjudicium. Obst. Locus Pauli *l.* 2. *sent. tit.* 24. §. 5. Resp. Nullum fit præjudicium marito hactenus, quòd nihilominus adhuc possit contrarium probare; fit autem præjudicium, quod nisi aliud agnoscere debeat filium natum, *add. th.* 71.

Ad ejusd. l. §. 14.

Obst. *l.* 6. *de his, qui sui vel al. jur. sunt.* Resp. Habetur in *Exerc.* 3. *thes.* 44.

TIT.

TIT. IV.

De ventre inſpiciendo.

Ad l. 1. princ.

VErb. Tres obſtetrices. Obſt. §. 10. *verb. quinque mulieres.* Reſp. De alio caſu agitur in *l.* 1. *princ.* quando ſcilicet mulier negat ſe eſſe prægnantem, *add. th.* 80. De alio verò caſu agitur in §. 10. ubi mulier aſſerit, ſe eſſe prægnantem, *add. theſ.* 81.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obſt. *l.* 42. *de Evict.* ubi hoc dubium ſolutum eſt.

Ad ejusd. l. §. 10.

Verſ. Quod natum erit, verb. Apud quem parens. Obſt. *Nov.* 117. *c.* 1. *l.* 1. *C. ubi pupil. educ. debet.* Reſp. In his textibus talis caſus, ubi controverſia eſt de partu, non proponitur.

TIT. V.

Si ventris nomine mulier in poſſeſſionem miſſa, &c.

Ad l. 1. §. 4.

OBſt. *l.* 1. §. 3. *tit. ſeq.* Reſp. Sunt diverſæ actiones in hoc & ſequenti titulo, inde etiam diverſarum qualitatum, *add. th.* 83. & 84.

TIT.

TIT. VII.
De Concubinis.

Ad l. 3. §. 1.

Allegatur tanquam obst. *l. 13. ad L. Iul. de Adult.* Resp. Verùm in hoc textu non dicitur, quòd per concubinatum adulterium committatur, sed quod concubinam alens possit ob stuprum ab alio concubinæ illatum agere.

LIB. XXVI.
TIT. I.
De Tutelis.

Ad l. 1. princ.

VErb. Jure civili. Opp. Quod & ad jus naturæ referatur tutela, §. 1. *I. de Tutel. item l. 1. de minor.* Resp. Juri naturæ quidem conveniens est, ita pupillo prospici, attamen non ita ordinat tutores, uti jus civile.

Ad l. 4. §. 1.

Obst. *l. 5. in fin. jud. solv.* Resp. Ibi plures unum defendere volebant, quod non licet.

Ad l. 6. §. 1.

Verb. Non conditionem. Opp. Quòd aliàs vocula SI conditionem faciat. *l. 48. de condict. indeb.* Resp. In hac *l. 6.* §. 1. non continetur conditio, quia id saltem adjicitur, quod necessariò requiritur, & tacitè requireretur, licet non expressum fuerit.

Ad ejusd l. §. 2.

Verb. Neque imperii. Obst. *pr. §. 1. & 2. Inst. de Attil. Tut.* Responsio habetur ad *Exerc. 4. th. 67. n. 1.*

Ad ejusd. l.

Verb. Neque ditionis. Obst. §. 4. *l. de Attil. tut. It. l. pen. de Off. Pro cons.* Itidem responsio habetur *ad d. th.* 67.

Ad l. 7.

Obst. *l.* 21. *de admin. Tut. it. l.* 1. *C. quod cum eo, qui in al. potest. est.* Resp. Tres diversi casus sunt considerandi. In *l.* 1. *d. t. C.* agitur de filiofamilias, qui voluntate patris decurio factus est, deinde à duumviris datus est tutor. At verò *d. l.* 7. *h. t.* loquitur de tutore dato à Prætore, nec ponit eum factum decurionem, nec expressè consensisse patrem in tutelam susceptam à filio. Denique *d. l.* 21. *opp.* loquitur de tutela testamentaria, & de tacito patris consensu, qui ex sola scientia colligitur, nec tutelæ agnitionem inducit.

Ad l. 10.

Obst. *l.* 1. *in f. de tut. dat. ab his*, &c. Resp. Habetur ad *thes.* 30. *hujus Exerc.* 31.

Ad l. 15.

Obst. *l.* 19. §. 4. *de capt. & postlim. revers.* Resp. Transfuga propriè dicitur, qui malo consilio & proditoris animo patriam reliquit, hic hostium numero habetur, & capite minuitur, *d. t. opp. junct. l.* 5. §. 1. *de cap. minut.* In hac vero *l.* 15. impropriè transfuga vocatur, qui animo explorandi consensu Ducis ad hostes se recepit. Add. Strauch. *Disp.* 5. *th.* 31.

TIT. II.

De Testamentaria tutela.

Ad l. 5.

OBst. *l.* 17. *de leg.* 1. Responsio habetur ad *th.* 14. *hujus Exerc.* 31. *vers. SIMILITER.*

Ad

Ad l. 6.

Obst. *l.* 59. *de R. N. it. l.* 220. §. 1. *de V. S.* Itidem responsio habetur *ad d. th.* 14. *vers.* at si filios.

Ad l. 9.

Obst. *Auth. ex causa C. de liber. prater.* Responsio patet *ex Exerc.* 32. *th.* 32. *in fin.* quod scil. ista Authent. agat de testamento nullo ob exheredationem illegitimam vel præteritionem filii: quo casu sola institutio evanescit, legata verò & tutelæ dationes subsistunt. *Nov.* 115. *c.* 3. *§§. fin. circa fin.*

Ad l. 10. §. 2.

Verb. Vivo patre. Obst. Quòd filius non habeat heredem. Respondet ipse Gothofr. in notis hic.

Ad l. 10. §. 4.

Verb. Servus dari tutelæ. Obst. *l.* 7. *C. qui dari tut. poss.* Resp. Servus à Magistratu non potest tutor dari, quia non potest simul libertatem concedere. Ast dominus in testamento vel alius sub conditione libertatis potest eum, qui jam servus est, tutorem designare: cujusmodi conditionem non potest magistratus tutelæ dativæ adjicere. *l.* 77. *de R. I.*

Ad ejusd. l. §. 4.

Vers. Quinimò. Obst. *§.* 1. *Inst. qui test. tut. dar. poss.* Resp. Aut testator voluit eum, quem tutorem dedit, purè tutorem fieri; aut voluit tutorem fieri, dum liber erit, aut voluntas ejus obscura est. Primo casu datio tutoris non valet, *d. §.* 1. Secundo casu valet. Tertio casu subauditur conditio, cùm liber erit. Vel (2) responderi potest, quòd distinguendum sit, an purè quis servum suum constituat tutorem, & tunc tacitè libertas censetur data per hanc *l.* 10. *§§.* 4. An verò condi-

 tionem

tionem hanc, cùm liber erit, adjecerit, & non valet, quia in potestate testatoris esset, statim libertatem dare seu adscribere.

Ad eund. §. 4.

Vers. Potest. Obst. Itidem §. 1. *qui testamento tut. dar. poss. & l.* 32. §. *ult. de test. tut.* Resp. Patet ex *th.* 16. *in f.*

Ad l. 12.

Obst. (1) *l.* 10. *princ. h. t.* Resp. Ibi est casus singularis, & interim ad adeundam hereditatem tutor est dandus alius. Obst. (2) *L.* 17. §. 1. *de Appell.* Resp. Itidem est casus singularis, uti patet ex *th.* 8. Obst. (3) *l.* 13. *h. t.* Resp. Habetur in *th.* 4. vers. unde sequitur.

Ad l. 14.

Obst. *d. l.* 15. Resp. Habetur, ut jam dictum in *d. th.* 14. Potest & addi, quod hæc *lex* 15. *opp.* agat de bonis, quæ pupillus habet ultra centesimum lapidem, nam ab eorum administratione tutor excusatur, proinde necesse est alium ei tutorem constitui, *l.* 21. §. 2. *de Excus. tutor.* Obst. (2) *l.* 12. §. 3. *de Adm. tutor.* Resp. Itidem patet ex *th.* 4. *verb.* per consequentiam.

Ad l. 19. §. 2.

Verb. Negotiorum gestio. Obst. *l.* 24. *de tutel. & rat. distr. in f.* Resp. Etiam in hoc textu *l.* 19. utilis actio intelligitur.

Ad l. 2?.

Obst. *l.* 24. *C. de V. S.* Resp. Alius casus ibi proponitur, nimirum hic: quando Testator dicit illum aut illum, Titium aut Cajum, tutorem esse: tunc constituit Imperator utrumque esse tutorem.

Ad l. 32. §. *in f.*

Obst. *l.* 9. *C. de fideic. lib. vide Strauch. D.* 5. *th.* 8.

TIT. V.

De Tutoribus & Curatoribus datis ab his, qui jus dandi habent: & qui & in quibus causis specialiter dari possunt.

Ad l. 1. §. *ult.*

OBst. *l.* 10. *de tut.* ubi hoc dubium solutum.

Ad l. 4.

Obst. *arg. l.* 4. *quod cujusque universit. nom.* Resp. Ibi quis seipsum non constituit, sed saltem concurrit voto suo ad conficiendam majorem partem universitatis.

Ad l. 20. §. 1.

Obst. *l.* 1. *in f. de excus. tutor.* Resp. Patet ex *th.* 8. *&* 4.

Ad l. 22.

Obst. *l.* 15. §. 1. *de excus. tutor.* Resp. Habetur apud ipsum Gothofred.

Ad l. 27. *princip.*

Obst. *l.* 14. *de test. tut.* ubi responsum est.

TIT. VI.

Qui petant Tutores vel Curatores & ubi petantur.

Ad l. 4. §. 1.

OBst. *l.* 2. §. 39. *&* 40. *ad SCtum Tertull.* Resp. Verba expressa quidem Constitutionis non sunt de casu quicunque tutorum moritur: attamen ex sensu verborum idem colligi pot-

est. Ex benigna verò interpretatione, quæ per sententiam in *h. l.* 4. §. 1. designatur, excusatur hoc casu mater, quo reliqui tutores superstites sufficiunt.

Ad ejusd. l. §. 3. in f.

Obst. *l. 6. C. ad SCtum Tertull. l. 10. C. de legit. hered.* Resp. (1) In casu *d. l. 6. opp.* mater gravius peccaverat, quàm in *h. l.* 4. utpote quæ non saltem omiserat petere tutorem impuberi; sed etiam contra jusjurandum præstitum transierat ad secundas nuptias non redditis rationibus tutelæ gestæ. (2) Distinguendum inter substitutionem pupillarem & fideicommissum; Nam substitutio pupillaris est testamentum filii, & qui ex eo succedit, filio succedit, qui verò fidei commissum capit, à patre capit, non à filio impubere; Ergò mater, quæ tutorem filio impuberi non petiit, eisve cedere nullo modo potest, sive nec ab intestato, nec ex substitutione pupillari, *dd. textib. oppos.* A marito autem suo quo minus capiat, legatum vel fideicommissum nihil vetat, *h. l.* 4. §. 3.

Ad §. ult.

Obst. *l. 2. §. 42. ad SC. Tert.* Resp. Mater pleno suo officio satisfacit, si petat tutorem, accusatio verò suspecti ad officium ejus pertinet.

TIT. VII.

De administratione & periculo tutorum & curatorum, qui gesserint, vel non, &c.

Ad l. 1. princ.

OBst. *l. 17. de act. tutel.* Resp. Cogitur tutor non habens justam excusationem, ut tutelam suscipiat. *h. l.* Quando verò

rò tutelam suscepit, non cogitur, ut autoritatem præstet ad hoc vel illud negotium *d. t. opp.*

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l. 23. h. t.* Resp. Loquitur textus oppositus de casu, quo dubium est, an tutor sit constitutus.

Ad l. 2. princip.

Obst. *l. 76. de Procur.* Responsiones aliquas ipse adfert Gothofr.

Ad l. 3. princ.

Obst. *l. consilio §. pen. de curat. fur.* Ubi etiam Gothofr. respondet.

Ad l. 5. §. 8.

Obst. *l. 9. de liber. leg.* Resp. Potius hic context. confirmat dicta in hoc §. 8.

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l. 7. in f. C. de adm. tut.* Resp. In hoc §. 9. etiam casus exceptus.

Ad l. 13. §. 2.

Vers. Ne quid. Obst. *l. 2. §. 3. vers.* solennia. *h. t.* Responsio peti potest ex ipso Goth. qui ibi annotat, quæ dicantur solennia munera, & quod inter ista non comprehendatur munus nuptiale: uti etiam monet CUJAC. *ad Paul. l. 12. ad Edict.*

Ad l. 21.

Obst. *l. 7. de tutel.* Ubi responsio jam est addita.

Ad l. 22.

Opponit hic Goth. quòd deminuendi causa tutor non possit transigere. *l. 47. h. t.* Verùm contrarium in *h. l. 22.* non habetur.

Ad l. 24. §. 1.

Obst. *l.* 60. §. 2. *mand. l.* 46. *de Procur.* Respondet ipse Goth. distinguendo inter Procuratorem & tutorem.

Ad l. 32. §. 4.

Vid. *not. ad th.* 49. *Ex.* 8. *init. & opp.*

Ad l. 32. §. 5.

Obst. *l.* 39. *in fin. de minor. verb.* omnes. Resp. Textus iste accipiendus de omnibus expensis, necessariis & utilibus, uti ex præcedentibus apparet. *Verb.* Rem meliorem fecit.

Ad l. 33. §. 2.

Obst. *l.* 42. *in f. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de privilegio pupilli prælationis personali, quod non competit heredibus.

Ad l. 36.

Verbo: Jurisdictionis. Obst. *l.* 6. §. 7. *de Tutel.* Resp. Non dicitur hâc *l.* 36. quòd tutela sit jurisdictionis; sed quòd divisio tutelæ, cum non fit ab ipso jure divisio tutelæ inter plures tutores; sed à magistratu, unde ista divisio non potest impedire compensationem, quæ fit ipso jure. Nimirum divisio tutelæ modum administrationis facit, ut sciatur, quod quisque ex tutoribus pluribus administrare debeat, & hunc modum administrationis à magistratu præfinitum observant tantùm inter se tutores, non etiam alii, v.g. creditores vel debitores pupilli. Magis obstare videtur *l.* 2. *C. Si ex plur. tut.* Resp. Non quidem omnes tutores liti subsistere debent, quam scil. patitur tutor unius provinciæ, sed non inde sequitur, tutorem unius provinciæ non posse conveniri nomine pupilli ex causa seu contractu tutoris alterius provinciæ. Nec hoc dicit lex opposita, sed hoc tantum dicit, cùm agitur de bonis pupilli, satis esse, si lis insinuetur tutoribus ejus provinciæ,

ubi

ubi agitur, non omnes producendos esse ad judicium, nec litem insinuandam esse aliis provinciis, sed si tutor unius provinciæ agat ex obligatione alterius provinciæ, quæ non pertineat ad ipsius administrationem, jure quidem agit, sed repelli potest exceptione, quòd immisceat se rei ad se non pertinenti, *l. 4. de admin. & peric. tut.* At verò, si cum eo agatur, veluti cùm lites urbanæ ex causa provinciali, non poterit uti tutor ulla exceptione adversus creditorem provincialem, quia non creditores provinciales, dum ipsi tantùm tutores adstringuntur divisioni tutelæ: uti jam supra dictum.

Ad l. 38.

Vers. An ut, &c. Opp. Gothofredus, *l. 1. §. 10. de tut. & rat. distr.* Verùm nihil contrarii habetur, sed potiùs ibi & *seqq.* §§. *hac l.* 38. explicatur & confirmatur; quod scilicet tutoribus competat beneficium divisionis, *add. hac Exerc.* 31. *th.* 39. Porrò verba ultima hujus princip. objicit idem, *l. 33. §. 2. h. t. de admin. & peric. tut. l. 2. C. de divid. tutel.* Verùm itidem nihil contrarii ibi habetur, uti ex allegata thesi apparet, & ex mox ulteriùs dicendis.

Ad ejusd. l. §. 2.

Itidem opponit Gothofredus, *l. 1. §. 10. nunc tractemus de tut. & rat.* Verùm distinguendum est: Si pro contutore quis solverit ex proprio dolo vel culpa contutoris non communi; vel si solverit solidum ex communi culpa & desidia: Ex communi gestu pupillus ei cedere debet actionem suam; & si fortè non cedat, datur tutori adversus contutorem utilis actio, *d. l. 1. §. 13. de tutel. & rat. distr. l. 42. de admin. tutor. l. 2. C. de divid. tutel. l. 2. C. de contrario jud. tutel.* Sed si tutor conveniatur in solidum ex dolo communi, neque cedet ei pupillus actionem suam adversus contutorem, neque utilis dabitur, *d. l. 1. §. 14. de tutel. & rat. distrah.* Ita & in *h. l.* 38. si omnes tutores cessaverint, denega-

tur cessio; (quia communis est dolus) subest enim uniuscujusque tutoris, qui cessavit, propria contumacia: quare indignus quoque est quicquam consequi à doli participe contutore.

Ad l. 39. §. 2.

Obst. *l.* 2. *in f. qui petant tutores vel curatores.* Resp. Planè alia quæstio ibi proponitur.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l.* 2. §. 1. *in f. h. t. de admin. tut.* Resp. In opposito textu creditor contraxerat cum patre pupilli, tutor autem conventus cavit judicatum solvi, ex qua cautione non potest pupillo abstento conveniri; quia nec ex paterna obligatione conveniri potest, quam paternam obligationem sequitur obligatio ex dicta satisdatione judicatum solvi, quia & hæc ex causa hereditaria dependet, *l.* 10. §. *ult. si quis cautioni judicio sisti*, &c. adeoque hereditate repudiata non habet effectum. Sed in casu *hujus legis* 39. §. 4. tutor tenetur ex suo proprio contractu, & origo obligationis non venit ex causa hereditaria, sed ab ipso tutore primùm, qui cùm pecunia indigeret, ad expedienda negotia pupilli pecuniam mutuam sumsit, & cum eo solo creditor negotium contrahere voluit: proinde nihil ad liberandum tutorem pertinet, quod pupillus abstinuerit hereditate paterna.

Ad l. 42.

Obst. *l.* 33. §. 12. *h. t.* Ubi hoc dubium solutum.

Ad l. 44. *princip.*

Obst. *l.* 35. *h. t.* Resp. Distinguendo; aliud est suscipere nomina, aliud sequi vel agnoscere & approbare, *l. si verò* §. *idem act. mandati.* Textus oppositus loquitur de eo, qui saltem suscipit nomina ante contracta; hîc verò *textus in l.* 44. de eo, qui agnovit seu approbavit.

Ad

Ad l. 45. princip.

Opp. (1) Quod videatur, non posse pupillum alterum tutorem liberare, *arg. l. 39. §. 13. h. t.* Resp. (I) Liberavit alterum transigendo, quod licet etiam secundùm oppositum textum. (II) Quod iste tutor, quem liberavit pupillus pubes factus, qui non fuerit solvendo, adeoque miseratione inductus eum liberaverit pupillus: quippe à quo aliàs etiam nihil potuisset persequi. Obst. (2) *L. 1. C. de Transact.* Resp. In casu *hujus legis* 45. pupillus unum tutorem per acceptilationem liberavit, quæ est instar solutionis, adeoque non potest ista portio tanquam soluta à contutore peti, *l. 15. de tutel. & rat. distr. l. 3. & 4. C. de Transact.* Obst. (3) *L. 15. §. ult. de fidejuss.* Ubi uno licet ex duobus fidejussoribus à creditore liberato, in alterum est actio in solidum. Resp. Actio, quæ in fidejussorem datur, stricti juris est, non bonæ fidei, ut actio tutelæ, & propterea alteri, à quo solidum exigit, potest creditor cedere actiones suas contra debitorem. In casu verò *hujus legis* 45. nullam ampliùs habet actionem pupillus, quam possit cedere alteri tutori, à quo vult solidum exigere. Obst. (4) Quòd liberato licèt uno herede à testatore, tamen alter debeat solidum legatum præstare, *l. ab omnibus. de legat. 1.* Resp. Ibi voluntas testatoris satis expressa est, quod integrum onus legati apud alterum heredem remaneat, qui liberatus non est.

Ad l. 46. §. 1. in f.

Verb. Magistratus conveniri. Obst. *l. 26. in f. de N. G.* Resp. Speciale est in pupillo, ut habeat adversus Magistratum actionem subsidiariam, quæ aliis non datur; Textus autem oppositus non loquitur de pupillo.

Ad ejusd. l. §. 1.

Verſ. Alia enim. Obſt. Quòd videatur eadem eſſe ratio *per* §. 6. *hujus leg.* 46. *l.* 45. *h. t. l.* 46. *in f. de jure fiſc.* Reſp. Licèt aliàs eadem ratio ſubſit: hoc tamen caſu differentia intercedit, quòd ſcil. uno ex pluribus tutore non idoneo facto, à pupillo prius conveniantur contutores: quia ſcil. non tanta diligentia à curatoribus reip. deſideratur, ut & collegas ſuſpectos faciant, & removeant, ſi malè adminiſtrare eos vel facultatibus labi animadvertant, ut ve ab eis ſatisdationem exigant, uti à tutoribus requiritur, *l.* 14. *h. t. l.* 1. §. *uſque adeò de tutel. & rat. diſtr. h. l.* 46. §. *penult. l.* 2. *l.* 5. *de magiſtr. conveniend.* Suſpecti poſtulatio ex lege 12. Tabb. introducta eſt pupillorum gratia, non reip. causâ; quanquam in plerisque aliis cauſis Reſp. pupillo comparetur. Hoc tantùm deſideratur à curatore, qui adminiſtravit negotia Reip. ut ſi intercedere & prohibere collegas potuerit, molientes novi aliquid in fraudem Reip. non prohibuerit, eo nomine teneatur. *l. ult.* §. *antep. de adm. rerum ad civ. pertin.* Vel clariùs & tutores pupillorum & curatores Reip. non ante conveniuntur ex facto, vel inopia collegarum, quam excuſſi magiſtratus municipales fuerint, qui eos dederunt. At in tutoribus hæc additur exceptio, niſi collega ob hoc conveniatur, quod collegam ſuſpecti non poſtulaverit, nec ſatisdationem exegerit. In curatoribus verò Reip. talis exceptio non additur, quia totius Reip. cura præcipua & diligentia magiſtratibus ipſis potiſſimùm incumbit. *l.* 6. *de adm. rerum ad civ. pert.*

Ad ejusd. l. §. 4.

Obſt. *l.* 10. *rem pup. ſalv. fore. l.* 5. §. *ſi tutor. l.* 37. *h. t. l.* 13. *de tutel. & rat. diſtr. l.* 3. §. *penult. de contrar. tut. actione. l.* 11. *C. arbitr. tutel.* Reſp. Textus oppoſiti loquuntur de caſu, quo neceſſitate cogente tutor poſt pubertatem in adminiſtratione perſeveravit:

verb.

verb. cauſ. in iis quæ connexa erant priori adminiſtrationi, adeò, ut ſine hac prior adminiſtratio futura ſit inanis & imperfecta.

Ad ejusd. l. §. 6.

Verſ. In locum ejus. Obſt. *l.* 1. *C. in quib. caſibus tut. hab.* Reſp. Eſt in hac *lege* 46. caſus exceptus. Add. *Ex.* 41. *th.* 8.

Ad eund. §. 6.

Verb. Vel magiſtratus. Opp. Quòd aliàs contutor ſit prius conveniendus *l.* 1. *§.* 10. *& ſqq. de tutel. & rat. diſtr.* Reſp. In caſu hujus *§.* 6. duplex ratio ſubeſt, propter quam tutor teſtamentarius pro dativo non tenetur; quia teſtamentarius dativum ſuſpectum fecit, & quia non uterque eſt dativus, dum unus teſtamentarius, alter dativus.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obſt. *l.* 56. §. 4. *de furt.* Reſp. Deminuendi cauſa non poteſt tranſigere tutor. *h. §. ult.* aliàs verò poteſt *d. t. opp.* Add. *Exerc.* 6. *th.* 55. *verſ. SIMILITER.*

Ad l. 47. princ.

Obſt. *l.* 14. §. 1. *de ſolut.* Reſp. Ibi talis ſingularis diſpoſitio teſtatoris non proponitur.

Ad ejusd. l. §. 6.

Obſt. *l.* 65. §. 2. *pro Socio.* Reſp. In textu oppoſito alius caſus proponitur, quo ſcil. ſocietas de certa re eſt inita, tunc etiam poſt mortem unius ſocii compendium ſive lucrum inde obveniens communicandum etiam eſt heredi defuncti; ſed in *hoc* §. 6. dicitur, quod compendium ſeu lucrum, quod fecit tutor heredis defuncti ſocii venditis mercibus communibus, & aliis mercibus ſuo nomine reparatis, compendium illud ſeu lucrum, quod ſibi fecit, ſuo nomine pupillo non ſit præſtandum, ſed præſtandæ ei ſaltem ſint uſuræ ratione pecuniæ ex communibus rebus redactæ.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l. 2. §. 2. de Curat. bonor.* Resp. Nulla est consequentia, quilibet tutor suas res sibi concreditas debet administrare: ergò si solvat aliquis ratione alterius rei, non potest repetere; quia nim. divisio tutelæ ad creditores non pertinet, uti supra monitum *ad l. 36. in f. h. t.*

Ad l. 49.

Obst. (1) *l. 6. in f. de offic. præsid.* Resp. Solum ibi dicitur, quod mulcta sit remittenda ob paupertatem, non tamen inde alia coërcitio, delicto ità exigente, prohibetur. Obst. (2) *l. 16. C. de pœn.* Resp. Ibi in specie agitur de ultimo supplicio de pœna sanguinis atque gladii infligenda.

Ad l. 55. §. 1.

Vers. Nam in aliis furibus. Obst. *l. 1. C. de condict. furt.* Resp. Textus opp. loquitur de condictione furtiva, quæ est actio rei persecutoria, hic vers. nam in aliis loquitur de actione pœnali furti.

Ad ejusd. l.

Verb. Propter admissam. Opp. *l. 4. §. 2. de his qui not. inf.* Ad quod dubium respondet ipse Gothofredus.

Ad ejusd. l.

Vers. Non tàm. Obst. quod utique etiam teneantur furti tutores. *l. 1. §. 22. de Tut. & rat. distr.* Resp. Tenetur quidem etiam furti, sed tamen durante tutela ista actio non locum habet, vid. hæc *Ex. 31. th.* 68.

Ad ejusd. l.

Vers. Nemo. Obst. *l. 7. de cond. furt.* Resp. Textus hic in §. 1. loquitur de actione, de rationibus distrahendis, textus verò opp. de actione furtiva. Add. *th. 67. vers. EST VERO.*

Ad

Ad l. 56.

Obst. *l.* 34. §. *ult. de contrah. emt. item l.* 5. §. 2. *de act. tutel.* Resp. Tutor potest emere palam ex auctione, si res pupilli sub hasta distrahantur, *l. ult. C. de fid. & jur. hast. fisc. l. 5. C. de contrah. emt.* In casu verò *hujus legis* 56. ideò venditio valet, quia non tutor pupilli rem emit, sed extraneus. Cùm autem emtor pretium non solverit, tutor rem sibi retinuit & pretium in rationes retulit, perinde ac si emtor solvisset. Perinde igitur habetur, ac si res extraneo tradita, deinde ab eo tutori vendita esset.

Ad l. 57. princ.

Obst. Quòd aliàs exemplum instrumenti non probet, *Nov.* 119. ad quod dubium hic respondet Gothofredus.

TIT. IIX.

De autoritate & consensu tutorum & curatorum.

Ad l. 4.

OBst. *l.* 49. *de acquir. vel omitt. hered.* Resp. Loquitur textus oppositus de tutore, qui non gerit, sed gerere potest, quia non est ei administratio interdicta, *L. autem* 4. accipi debet de eo, qui nec gerit, nec gerere potest, *add. l.* 14. §. 1. *de solut.*

Ad l. 5. §. 2.

Obst. *l.* 56. *de adm. & peric. tut.* ubi responsio est addita.

Ad l. 9. §. 2.

Obst. (1) *L.* 25. §. 4. *de acquir. vel omitt. hered.* Resp. Quæ statim negotium perfectum supervenit autoritas, in ipso actu interposita censetur, *add. th.* 42. Obst. (2) *L.* 50. *de acquir. vel amitt. hered.* Resp. Ibi saltem rectè tutor servum pupilli jubet per epistolam adire hereditatem.

Ad

Ad l. 11.

Obst. (1) *l.* 1. §. *tutor. de success. Edict. item l.* 8. *de bonorum possess.* ubi dicitur, tutorem bonorum possessionem pupillo delatam repudiare non posse. Resp. Voluntas tutoris duobus modis adhiberi potest: Vel enim ipse facit; vel facienti pupillo autor est. Prior modus pertinet ad *tit. de adm. tut.* Posterior ad hunc *de Aut. tutor.* In repudianda igitur bonorum possessione, ad pupillum pertinente spectatur voluntas tutoris, non quia ipse repudiet; sed quia pupillus sine ejus autoritate repudiare non potest, *d. l.* 1. §. *tutor.* 4. *de success. edict. add. Exerc.* 37. *thes.* 6. *circ. f.*

LIB. XXVII.

TIT. I.

De Excusationibus.

Ad l. 1. §. 4.

VErb. Eodem loco. Obst. *l.* 10. *de tutel.* Resp. (1) Textus oppositus loquitur de testamentario tutore *l. quar.* 32. *de testament. tutela.* Resp. (2) Vel loquitur de eo tutore, qui datur à Præside, quemcunque satis est esse ejusdem provinciæ, *l. Divus de tut. & Curat. l.* 3. *C. qui pet. tut. à duumviro, n.* 15. qui non est ejusdem municipii tutor dari non potest, *l.* 3. *de tut. & cur. dat. l.* 5. *C. qui dari tut. poss. l.* 13. §. *ult. de excus.* Servandus enim est modus jurisdictionis, quia etsi tutoris datio jurisdictionis non sit, cogendi tutoris dati ratio jurisdictionis est.

Ad l. 6. §. 15.

Obst. §. 1. *Inst. de Excus.* Resp. Dicitur ibi munus publicum, quòd autoritate publica deferretur & temerè declinari nequeat. Hic autem negatur Reipublicæ esse munus.

Ad ejusd. l. §. 16.

Obſt. *l.23. in princ. h. t.* Reſp. Excuſatur, qui magiſtratum gerit, non, qui geſturus eſt, quemadmodum nec qui gerere deſiit.

Ad l. 10. §. 1.

Verb. Qualitercunque. Opp. Hic Gothofred. §. 2. *h. t.* Verùm vox QUALITERCUNQUE in hoc §. 1. non nimis latè extendenda, & uterque textus loquitur de iisdem reipublicæ cauſa abſentibus.

Ad l. 15. §. 9.

Obſt. *l.* 6. §. 16. *h. t.* Reſp. Non dicitur tutelæ periculo obnoxius quod cogatur eſſe tutor, ſed quod teneatur actione ſubſidiaria ob tutorem à ſe datum, *d. t. de magiſtrat. conven.*

Ad l. 15. §. 10.

Obſt. *l* 8. §. *de vac. & excuſ. mun.* Reſp. Diſtinguendum eſt inter fiſcum & civitates, nam hæ jure utuntur privatorum nec fruuntur privilegio fiſci, *l.* 2. *C. de jur. Reip.* Sic diſtinguendum etiam eſt inter vectigalia fiſci & vectigalia civitatis, nec non inter illorum & horum conductores. Hi namque à tutela non excuſantur; illi verò excuſantur; quòd non honori eorum tribuitur, ſed ne extenuentur eorum facultates, quæ fiſco ſunt obligatæ, *l. penult.* §. *Conductores, de jur. immunit.*

Ad l. 28. §. 1.

Obſt. *l.* 5. §. *amittere, de his, quæ ut indign. item l. pen. in fin. C. de Advocat.* Ubi tale legatum pupillo attribuitur, cujus utilitas deſerta eſt ab eo, qui tutor eſſe noluit; fieri autem poteſt, ut pupillus non ſit heres, quia pater etiam filio exheredato tutorem dare poteſt, *l.* 4. *l.* 26. §. *ult. de teſtam. tutel.* Reſp. Legatum iſthoc ita demum ad pupillum pertinet, ſi heres ſit; & cum hac limitatione ſive intellectu textus oppoſiti ſunt accipiendi, quia le-

gumlatores respiciunt id, quod plerumque accidit, plerumque verò pupillus est heres patris. *l.* 11. *de lib. & posth.* Et PAUL. *in l. opp.* dicit, legatum filio relinqui: adeoque est heres, quia aliàs deberet præstare legatum, quod ipsi hoc casu relinqui dicitur.

Ad l. 44. §. *ult.*

Opp. Quòd aliàs quod in favorem alicujus introductum est, in ejus incommodum non sit detorquendum. *l.* 25. *d. LL. l.* 3. §. *duæ inf. de Carb. Ed. l.* 19. *C. de fid. instr. l.* 5. *inf. C. de secund. nupt.* In casu autem *legis* 44. beneficium annulorum aureorum pro ipso liberto introductum contra eum videtur detorqueri. Resp. Privilegium illud, ut libertus gerens negotia patroni excusetur, ab aliorum tutela non est introductum favore liberti; sed favore patroni Senatoris, quo meliùs negotia ejus à liberto gerantur; Qui autem impetravit jus aureorum annulorum, transiit in ordinem ingenuorum, adeoque non utitur jure liberti.

TIT. III.
De Tutela & rationibus distrahendis, & utili curationis causa actione.

Ad l. 1. §. 1. *in fin.*

OBst. *l.* 25. *de mort. causa donat.* Resp. Hoc argumentum procedit, quando ratio prohibitiva est communis & testamento & mortis causa donationi. In textu verò opp. diversa est ratio, ob quam filiofam. prohibetur testamenti factio, scil. quod non sit homo sui juris, quæ ratio non attenditur in mortis causa donationibus, quæ ejusmodi scrupulositatibus & solennitatibus non constant.

Ad ejusd. l. §. 5.

Obst. *l.* 12. §. *penult. l.* 13. §. *ult. de admin. & peric. tutorum.* Resp. Uti ibi jam dictum, tutor remittit solennia & consueta

munera,

munera, ut natalitia, quæ annua sunt, non cætera, ut nuptialia.

Ad ejusd. l. §. 11.

Obst. *l. 2. C. de div. tut.* Resp. Singuli tutores & curatores ex administratione tenentur in solidum. *l. 55. pr. de adm. tut. d. l. opp. 2. de divid. tut.* Datur tamen ipsi, si omnes simul gesserint, & omnes eo tempore, quo instituuntur, actiones sint solvendo, exemplo fidejussorum ex æquitate exceptio divisionis *hoc* §. 11. ut scil. quilibet teneatur pro portionibus virilibus. *Exerc. 31. th. 39.* Aliàs fit divisio inter eos, qui sunt solvendo. §. 12. *hujus l.* 1. quod si verò pupillus contra annuum tutorem experiatur, & hic omittit exceptionem divisionis contra contutorem ei actionem cedere debet. *l. ult. pr. rem pupilli salv. for. l. 6. in f. C. arbitr. tut. l. 76. de solut.* Sin tutori non sint cessæ actiones, & nihilominus solverit solidum, ex D. PII Const. ei contra contutorem datur utilis actio, §. 13. *hujus leg.* 1. vel negotiorum gestorum. *l. 30. de N. G. vid. th. 39. in fin.* Quòd si tutores gesserint tutelam pro diviso ab initio pro sua administratione unusquisque est conveniendus, si divisio sit facta à testatore vel testatoris voluntate. *d. l. 2. C. de div. tut.*

Ad l. 4. §. ult.

Obst. *l. 2. C. de admin. tut. l. 14. C. eod. l. 19. ff. eod.* Resp. Durante officio contra curatorem ut universas rationes reddat, agi non potest, *d. l.* 14. Ex aliqua verò principali obligatione potest agi.

Ad l. 16. §. 1.

Obst. *l. 14. C. de adm. tut.* ad quam responsum.

Ad l. penult.

Obst. *l. 29. de N. G. l. 19. §. ult. de test. tut. l. 1. §. si quis de eo, qui pro tutore.* Resp. Non datur quidem actio negotiorum gestorum directa, *dd. text. oppos.* sed utilis. *h. t.*

TIT. IV.

De contraria tutelæ & utili actione.

Ad l. 3. §. 2.

OBst. *l.* 19. *§.* 4. *de N.G.* ubi hoc dubium solutum.

TIT. V.

De eo, qui pro tutore, prove curatore negotia gessit.

Ad l. 2.

VErb. Nec usucapta. Obst. *l.* 4. *§.* 24. *de dol. mal. & met. exc.* Resp. Dicend. putamus utrumque textum loqui de singulari casu, quo dolus adest protutoris; & istos textus inter se non pugnare, & rem venditam posse petere pupillum sive non usucapta juxta *l.* 2. sive usucapta sit secundum textum oppos. Atque ita neutro casu exceptionem, quòd protutor vendiderit, nocere pupillo. Neque enim *d. l.* 2. restrictivè loquitur, nec excludit per particulam aliquam taxativam casum, quo res est usucapta. Add. *Exerc.* 43. *th.* 10. *n.* 1.

TIT. VII.

De fidejussoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum.

Ad l. 4. §. 1.

OPp. *l.* 4. *in f. tit. seq. item l.* 1. *C. de hered. tut. vel curat.* Resp. Per vocem NEGLIGENTIÆ absolutè positam intelligitur

ligitur culpa ista, quæ latæ culpæ dolo proximæ contra distinguitur, addatur *Exerc.* 19. *th.* 26.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. Quod stipulatio non præsumatur intervenisse. Resp. Hic utique sufficit tacitam interventionem subesse, addatur *thes.* 78.

LIB. XXIIX.

TIT. I.

Qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

Ad l. 16. *princ.*

VErb. Possunt. Obst. *l.* 29. §. 15. *de lib. & posth. verb.* nullo jure potuit. Resp. Nullo jure scilicet ex Legibus XII. TAB. & formulam GALLI AQUILII, ut & LEG. VELLEJ. poterat posthumus ita ut in isto §. affertur, institui: sed opus erat extensione JULIANI, quoad illum §. addatur *Exerc.* 23. *th.* 2. & *Exerc.* 32. *th.* 28. 29. & 30. Præterea obstat, §. 24. *Instit. de legat.* Distinguendo inter eum, qui non habet testamenti factionem activam culpa sua, & qui absque sua culpa, regulariter *d.* §. procedit de eo, qui culpa sua non habet.

Ad l. 29. §. 1.

Vide *not. ad th.* 36. *Exerc.* 10.

TIT. II.
De Liberis & posthumis heredibus instituendis vel exheredandis.

Ad l. 3. princip.

OBst. (1) *L. 9. §. 8. de hered. instit.* Resp. Ibi agitur de institutione, non de exheredatione; & præterea, ut ibi dicetur, etiam institutio certo casu valet, licèt contumeliosa, *l. 48. §. 1. de hered. inst.* Obst. (2) *L. 1. §. idem ait, de Carb. Ed.* Resp. Exheredatio cum convitio sive ejusmodi elogio valet, dummodo illud verum sit, secus est, si probetur patrem circa causam exheredationis errasse, *l. 14. §. ult. & l. 15. & 16. de posth. hered. inst.* Inquirendum igitur est in casu *text. opp.* utrum sit defuncti filius: an ex adulterio conceptus, &c. Quare cùm de impuberis statu & hereditate controversia sit, rectè ibi dicitur, esse locus Carboniano Edicto, uti dilata quæstione ista etiam sit filius in tempus pubertatis, interim mittatur in bonorum paternorum possessionem.

Ad l. 10.

Verb. Rumpitur testamentum. Obst. *l. ult. C. de posthum. hered. instit.* Resp. Pomponius in hac *l. 10.* non decidit propositum casum specialem, sed tradit regulam generalem, in qua specialem casum Justinianus in *textu oppos.* excipit; Si nimirum testator nasciturum post mortem instituat, & eo vivo posthumus nascatur, non videtur præteritus, sed institutus, ideò testamentum non rumpit; Si verò testator eum instituat, qui se vivo nascatur, secundùm antiquam regulam natus post mortem tanquam præteritus testamentum rumpit.

Ad l. 14. princ. in f.

Obst. *l. 19. princ. de injusto rupt. & irrit. fact. testamento.* Resp. In textu opposito nihil aliud dicitur, quàm quòd unius repudiatio

pudiatio in casum ruptionis totum testamentum deducat, quod non pugnat cum hoc casu *l.* 14. *in princ. in f.* ubi substitutus ideò non admittitur, quòd pars illa testamenti, qua substitutio est facta, sit nulla propter præteritionem posthumi. Vide latiùs CUJAC. *tr. IV. ad Afric. ad hanc l.* 14. *itidem in peculiari Comm. in hunc tit. de liberis & posth. ad hanc legem.*

Ad l. 15. *princip.*

Obst. Quod ita videatur filius inter cæteros exheredatus, quòd non licèt *princ. Inst. de Exher. lib.* Resp. Sufficit, quòd sub appellatione filii, filiorum filius contineatur; nec enim opus est nomen proprium exprimere, sed sufficit voce filii uti. Id verò demum est inter cæteros exheredare, si nec nomen est expressum, nec vox filii usurpata, *d. princ. vers. fin.* NOMINATUM, *de exhered. lib.*

TIT. III.
De injusto, rupto, & irrito facto testamento.

Ad l. 5.

OBst. Quòd aliàs conditionis eventus sit expectandus, *l.* 22. *mand. & passim.* Resp. Id ita se habet, quando actus firmitas seu effectus dependet à conditione. In casu verò *hujus legis* 5. testamentum rumpitur per agnitionem posthumi sui heredis, sive conditio, sub qua heres quis est institutus extiterit, sive non.

Ad l. 6. *princ.*

Obst. *L.* 34. *C. de inoff. testamento.* ubi JUSTINIANUS videtur abrogare *hanc legem* 6. succurrens nepoti, qui præteritus est, vivo adhuc patre suo ab avo in testamento. Resp. JUSTINIANUS in *d. l.* 34. Nihil juris tribuit nepoti ex ipsius persona: firma enim subsistit ratio ULPIANI in *h. l.* 6. quòd non

non fuit opus exheredari ab avo hunc, quem filius præcedebat, cùm non esset suus heres; Concedit verò ei Imperator querelam inofficiosi testamenti ex persona patris; perinde ac si præparata à patre fuisset. Manet igitur, quod hic ait ULPIANUS, testamentum à nepote posthumo non rumpi; aliud enim est rumpi testamentum agnatione posthumi; aliud rescindi per querelam inofficiosi.

Ad l. 12. *princ.*

Vers. Idcircò. Obst. *l.* 81. *de Legat.* 2. Resp. In casu opposito legis oppositæ est successio ab intestato, *in l.* 12. ex testamento. quod jure Prætorio convaluit. Proinde sunt casus diversi. Sed videtur huic responsioni obstare *vers. IDEM hujus legis* 12. ubi JCtus ait: idem dicendum circa injustum vel irritum testamentum, si bonorum possessio data fuerit ei, qui vocatur ad intestati successionem. Resp. Intelligenda est bonorum possessio secundum Tabb. quoniam is in irrito vel injusto testamento heres scriptus fuerat, qui ad legitimam successionem vocabatur: At iste maluit petere bonorũ possessionem secundùm tabulas quam Prætor ei ex bono & æquo accommodat, scil. favore testamenti, quod ita sine cujusquam injuria sustinetur. Cùm igitur ex testamento succedatur, meritò præstanda sunt legata & fideicommissa.

Ad l. 19.

Obst. *l.* 14. *de lib. & posth.* ubi solutio est addita.

TIT. IV.

De his, quæ in testamento delentur, inducuntur vel inscribuntur.

SIlet.

TIT.

TIT. V.
De heredibus inſtituendis.

Ad l. 3. §. fin.

OBſt. *l. 20. de lib. & poſth.* Reſp. Textus oppoſitus loquitur de arrogatione facta poſt mortem patris. Textus verò in *h. l. 3.* de arrogatione vivo patre impuberis.

Ad l. 9. princ.

Obſt. *l. 7. de teſtam.* Reſp. Ibi non eſt error in ipſa perſona heredis; ſed ejusmodi ſaltem error occurrit, de quo in §. 2. *h. l. 9.*

Ad l. 9. §. 5.

Obſt. *l. p. C. de ſubſtit. & inſtit.* Reſp. In caſu *hujus* §. 5. teſtator volebat ex continenti conditionem adſcribere, quod cùm non fecerit, ſcriptura imperfecta eſt, conf. *l. 25. de teſtament.* In caſu verò *l. 8. ſeu penult.* teſtator judicavit, ſe velle poſtea conditiones adſcribere, quas tamen non adſcripſit, ergò non eſt imperfecta; ſed hanc interpretationem recipit, quaſi duplex ſit inſtitutio; altera conditionalis, ſi conditio adſcripta fuerit, altera pura, ſi conditio nulla adſcripta ſit, *arg. l. 2. de hered. inſtit.*

Ad l. 9. §. 8.

Obſt. *l. 48. §. 1. h. t.* Reſp. Aut ſola contumelioſa vel odioſa demonſtratio facta eſt, veluti, qui de me peſſimè meritus eſt, heres eſto, aut adjecta eſt alii demonſtrationi ſeu heredis nomini, v. g. Filius meus impiiſſimus heres, eſto, priori caſu inſtitutio non valet, poſteriori caſu valet, quia tunc adjecta contumelioſa demonſtratio pro non ſcripta habetur, perinde ut alias conditiones impoſſibiles pro non adjectis habentur. Porrò dubium oritur ex *l. 9. pro ſocio*, ubi hereditas deberi dicitur, quod repugnat illi inſtitutioni, filius meus de me malè meritus, heres eſto.

 Reſp.

Resp. Textus, *d. l.* 9. loquitur de hereditate, quæ defertur extraneo. Casus verò supra propositus agit de filio, cui non tàm ob meritum, quàm ob debitum obvenit hereditas, *l.* 10. *eod. tit.*

Ad l. 13. §. 3.

Obst. *l.* 23. *C. de Leg.* Resp. Si testator in divisione duodecim uncias excesserit, pro rata singulis decrescet, veluti si me heredem ex duodecim unciis scripserit, te ex sex, ego hereditatis assem habebo, alter trientem, *h.* §. 4. *add. thes.* 7. *h. Exerc.* 33. Quod quidem procedit, quando duodecim unciis primo relictis, mox semis secundo simpliciter relictis, at si nominatim dimidia ejusdem rei aut totius, quod relictum est, exprimatur, dimidia totius singulis debetur *secund. text. oppos. in l.* 23. *C. de Leg.* Cui solutioni obstare videtur, quòd in *d. l.* 23. *vers.* cùm enim id, *quod dictum erat de toto ex parte dimidia producatur ad duodecim & sex uncias.* Resp. Illa verba non sunt testatoris; sed JUSTINIANI, ostendentis, eum, qui reliquit primo totum, secundo partem dimidiam secundùm solennem assis divisionem relinquere duodecim uncias, huic sex uncias; sed hæ sex unciæ continentur in illis duodecim.

Ad l. eand. §. *vel.*

Obst. *l.* 14. *h. t.* Resp. Ibi alius casus proponitur, quando scil. ex ipso ordine verborum testatoris colligitur, ordinem scripturæ, non quantitatem partium significari.

Ad l. 17. §. 1.

Verb. Non sunt conjuncti. Obst. Quod in præcedentibus dicitur, omnibus accrescere. E. sunt conjuncti. *Conf. l.* 85. *de legat.* 3. Resp. Sensus illorum verborum est, quod non videantur simpliciter conjuncti, adeoque iste sine parte scriptus superstes sive qui adiit hereditatem, non habet prærogativam præ aliis istis. Add. *Exerc.* 34. *th.* 40. *vers.* vel difformiter.

Ad

Ad eand. l. §. 3.

Verb. Ex nulla parte. Obst. *l.* 83. *h. t.* Resp. Ibi dupondium non est completum; sed aliquid superest sive reliquum est, adeoque illud reliquum capit iste heres, qui ex residua parte scriptus est.

Ad l. 29.

Obst. *l.* 1. *in f. de his, quæ pro non script. hab. add. Ex.* 33. *th.* 8. *n.* 3. Resp. Textus in *h. l.* 29. loquitur de herede jam scripto; Textus verò oppositus de herede scribendo, sive quando quis aliquem instituit heredem, ut hoc ipso inducat illum, ut ipse vicissim heredem instituat.

Ad l. 32. *princ.*

Obst. *l.* 43. §. 2. *de Leg.* 1. Resp. Legatum valet, quod in voluntate tertii ponitur, non quidem, ut ab eo pendeat vis legati, ut is sit quasi arbiter & dator legati, quomodo in alienam voluntatem legatum posse conferri negatur, *l.* 52. *in f. de cond. & demonstr.* sed conferri debet in arbitrium extranei tanquam conditionem *l.* 1. *de legat.* 2. si aliquando eum velle & voluntatem suam declarare contingat. *arg. l.* 11. §. 5. *de legat.* 3. *add. l.* 46. §. 2. *de fid. lib.* neque in heredis voluntate legatum poni potest. *d.* §. *pen.* Quod iterum accipiendum est de pleno arbitrio & mera heredis voluntate, nam valet legatum sive fideicommissum, si ita sit relictum, si æstimavit heres, si comprobavit, si justum putavit, quoniam hoc ei quasi viro bono commissum est, *l.* 75. *de leg.* 1. *l.* 11. §. 7. *de legat.* 3. Legatarii autem arbitrio faciliùs legatum committitur. *l.* 65. §. 1. *de leg.* 1. *l.* 69. *de cond. & demonst. Add. Exerc.* 33. *th.* 8. *n.* 1. *& Exerc.* 35. *th.* 9. 8.

Ad l. 40.

Vid. Gothofr. *animadv. c.* 15. *&* 16.

Ad l. 42.

Obst. Quòd aliàs primo loco scriptus liber & heres fiat ex

 lege

lege ÆLIA SENTIA, *l. qui ſolv. h. t. de hered. inſt. l. ſi quis heres. qui & à quibus manum.* Reſp. Hoc verum eſt, ſi conſtat, quis primò ſit ſcriptus ſive inſtitutus, in caſu autem hujus *legis* 42. de eo non conſtat, quia ambo unum nomen habuere.

Ad l. 46.

Verb. Patri inutilem, &c. Allegat Gothofredus tanquam obſtantem *l. 70. de V. O.* Verum nihil ibi contrarii habetur. Obſtat autem (1) *l. fin. de ſtip. ſerv.* Reſp. (1) Ibi agitur de contractu, ubi tempus contractus inſpicitur, aliud obtinet in hereditate, legato vel fideicommiſſo. *h l. 46. Add: l. Si ux. C. de condict. incert.* Reſp. (2) Ibi dolo protrahebat tempus filiusfamilias, uſque dum ſui juris eſſet, hîc verò non. Obſt. (2) *L. ſi mandavero. §. fugitiv. mandat.* Reſp. Ibi pecunia domini empta erat res, & ſuberat contractus.

Ad l. 48. §. 1.

De dubiis dictum eſt in *l. 9. §. 8. h. t.*

Ad l. 49.

Obſt. Quod apud PAULUM 3. *ſent.* 4. inveniatur, quod licet libertas ſupervacuè data videatur; inſtitutio tamen non infirmetur. Reſp. Hoc obtinet, ſi in eadem cauſa manſerit ſervus.

Ad l. 56.

Obſt. *l. 1. §. 1. de Regula Caton.* Reſp. Ex ipſo textu hujus *legis* 56. Quod inſtitutio non cenſeatur ad tempus relata, ſed ſub conditione facta; ſi nimirum intra annum 70. deceſſerit teſtator, valet inſtitutio, ſin autem poſt annum 70. deceſſerit, evaneſcit inſtitutio.

Ad l. 76.

Obſt. *l. 20. de don. inter vir. & uxor.* Reſp. In *l. opp.* intelligendum eſt, ſervum ita donatum eſſe mortis cauſa, ut ſtatim fieret uxoris, ſed viro, ſi convaleſceret, reſtitueretur; Interim

hunc

hunc servum, dum vir ægrotat, stipulatum esse mulieri, hinc igitur non potest acquiri viro, quia non est ei stipulatus, nec mulieri, nisi confirmata donatione servus ejus esse comperiatur, ergò est in pendenti, non utri acquiratur, nam soli mulieri acquiri potest, sed utrum valeat stipulatio. Vel clarius: Maritus uxori donare mortis causa potest, vel (1) ita, ut rem ad mulierem statim transferre velit, vel (2) ita, ut ejus rem faciat tunc, cùm ipse donator mortuus erit. *l.* 11. *pr. de don. inter vir. & uxor.* Utroque casu donatio confirmatur morte donantis, *d.* §. 1. sed priori casu hæc confirmatio retrotrahitur, ut videatur etiam vivo marito fuisse mulieris. *l.* 40. *de mort. causa donat.* Posteriori casu non retrotrahitur, sed ex die mortis valere incipit, unde etiam hoc casu acquiritur marito, at priori casu acquisitio est in pendenti. *d. l.* 11. §. 2. & §. 9. *de donat. inter vir. & uxor.*

Ad l. 83.

Obst. *l.* 3. *C. de necess. hered.* Resp. Patet ex ipsa *l.* 83. Quòd scilicet lex quidem ÆLIA SENTIA non impediat servum fieri necessarium heredem, sed alia lex.

Ad l. 86. §. 1.

Obst. Quòd aliàs qui implevit conditionem nihilominus hereditatem amittere possit, *l.* 1. §. 1. *de condict. causa data causa non sec. l.* 65. §. 3. *de condict. indeb.* Resp. Impleta conditione institutionis perinde est, ac si heres purè institutus fuisset, *l.* 26. *de condit. instit.* Proinde suus heres statim est heres necessarius ratione suitatis, *l.* 5. *de cond. & demonstr.* nec potest ampliùs abstinere, sed denegatur ei beneficium Prætoris, quoniam sponte sua in eam necessitatem se conjecit, *h. l.* 86. Extraneus verò non propterea heres fit, quod impleat conditionem, sub qua institutus fuit, *l.* 13. *de condit. instit.* nisi id tanquam heres fecerit, *l.* 62. *princ. de A. vel O. H.*

TIT. VI.
De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

Ad l. 2. §. 5.

OBſt. *hac ipſa lex 2. princ. & §. ult.* Reſp. Diſtinguendum eſt inter filium impuberem inſtitutum & exheredatum. Si inſtituto ſubſtituatur, ordo ſcripturæ negligitur, *l.* 8. §. *ſi quid ſit, &c. de inoff. teſtamento.* Si exheredato ſubſtituatur, quia talis ſubſtitutio eſt odioſa, *l.* 24. *C. de legat.* omnino facienda eſt poſt inſtitutionem, qua heres extraneus patri ſcriptus; adeoque turbato ſcripturæ ordine non valet. Cui ſolutioni iterum obſtat (1) Quod verba *d. l.* 2. §. 4. *&* 5. ſint generalia, adeoque non poſſint reſtringi ad caſum coexheredati impuberis. Reſp. Etſi verba *d.* §. 4. ſint generalia, tamen limitatio, quæ ſubjicitur in §. 5. ſatis indicat præcedentem §. reſtringendum eſſe ad impuberem exheredatum. Quod verò attinet *d. l.* 2. §. *ult. verb. ejus finalia* non reſpiciunt ſcripturam; ſed ſucceſſionem, h. e. verbis illis non ſignificatur ſubſtitutionem pupillarem præcisè ſcribendam eſſe poſt inſtitutionem, ſed tabulas pupillares ideò facere ſubſtitutionem & ſecundum gradum; quia non prius ex eis ſucceditur, quam ex teſtamento paterno ſucceſſio ſit facta. Secundò obſtare videtur, quod exheredatio, quæ eſt odioſa, fieri poſſit ante heredis inſtitutionem, *l.* 1. *princ. de hered. inſt.* Reſp. Non debet ſubſtitutio pupillaris exheredationi comparari; quoniam exheredatio pertinet ad eſſentiam teſtamenti, *l.* 1. *de injuſto rupt. & irrit. fact. teſtamento: princ. Inſt. de exher. lib.* Subſtitutio autem pupillaris eſt accidens, appendix, ſequela paterni teſtamenti. §. *liberis, Inſt. de pup. ſubſt. l.* 8. §. *ſed nec impuberis, de inoff. teſtamento.* Meliùs autem ab eſſentialibus quàm accidentalibus teſtamentum inchoatur.

Ad

Ad l. 10. §. 6.

Obſt. *l.* 22. *§.* 1. *de Adopt.* Reſp. Textus oppoſitus intelligendus eſt de eo caſu, cùm nihil pervenit ad pupillum præter propria bona, & quartum debitum ex Conſtitutione DIVI PII, adeò, ut quod dicitur, arrogatorem poſſe ſubſtituere in ſola quarta, ſic accipiatur, ut verbum SOLA excludat bona propria arrogati: in quibus arrogator ſubſtituere non poteſt; non excludat autem alia bona, quæ arrogator reliquit pupillo: quia in his quoque bonis conſtat, ſubſtituere eum poſſe.

Ad l. 28. §. 1.

Verſ. Etſi pater, &c. Obſt. *l.* 10. §. 1. *de capt. & poſtl. reverſ.* Reſp. Verba JULIANI in hac *l.* 28. *non commodè dici:* interrogativè accipi debent; & interrogatio habet vim affirmationis: ut exemplum eſt in §. *inprimis Inſt. de eo, cui lib. cauſa bona add.*

Ad l. 37.

Si duobus inſtitutis teſtator tertium ei, qui noviſſimus morietur, ſubſtituat, quæritur, utrum portio primi morientis ad alterum pertineat ex teſtamento, an ab inteſtato. In hac *l.* 37. id tribuitur ab inteſtato. Obſt. *l.* 87. *§.* 2. *de legat.* 2. Reſp. In caſu textus oppoſiti teſtator fundum duobus libertis legavit, & eum, qui noviſſimè morietur, rogavit, ut totum eum fundum certis perſonis reſtitueret. Vult igitur portionem primi morientis pervenire ad conlibertum ſuperſtitem, alioquin hic non poſſet totum fundum reſtituere; non poteſt autem ad eum pervenire, niſi vi fideicommiſſi. Aſt in caſu *hujus legis* 37. duo erant filii impuberes, quorum alter alteri ſine ſubſtitutione ſuccedit ab inteſtato: ac teſtator non juſſit univerſam ſuam hereditatem ad ſubſtitutum pervenire; ſed ſimpliciter ſubſtituit ei, qui noviſſimus in ætate pupillari deceſſerit, add. *Exerc.* 33. *theſ.* 36.

TIT.

TIT. VII.

De Conditionibus institutionum.

Ad l. 8. princ.

OBst. *l.* 39. *de jurejur. l.* 6. *C. comm. utriusque jud.* Resp. Distinguendum est inter contractus & ultimas voluntates: nam conditio jurisjurandi reprobatur, & pro non scripta habetur, si adjecta sit ultimæ voluntati; impleri autem debet, si fuerit apposita contractui; Differentiæ ratio: quia excusatur, is, cui testator onus juris jurandi injunxit, quam excusationem non meretur is, qui sponte sua contraxit, & ipse onus jurisjurandi præstandi suscepit. Add. hæc *Exerc.* 33. *th.* 41.

TIT. VIII.

De Iure deliberandi.

Ad l. 3.

OBst. *l. ult.* §. 13. *in fin. & hac quidem. C. de jure delib.* Resp. Regulariter non potest sæpius peti; *d. text. opp.* justa verò causa, si suadeat, iterum concedi potest. *l.* 3. *&* 4. *h. t.* Præterea textus loquitur de anno à principe impetrato, post quem ampliùs terminum quis petere nequit.

LIB. XXIX.

TIT. I.

De Testamento militis.

Ad l. 4.

ADd. *th.* 4. Ubi dubium circa *h. l.* occurrens solutum.

Ad l. 15. §. 2.

Vid. *Th.* 9. *in fin.*

Ad l. 17. §. 1.

Verſ. Quòd ſi. Obſt. *l.* 1. *h. t.* Reſp. Privilegium militare non debet vergere in præjudicium & fraudem creditorum. Add. ipſe Gothofr. *ad h. l.*

TIT. II.
De acquirenda vel omittenda hereditate.

Ad l. 3. §. 6.

Vid. *not. ad theſ.* 74. *Exerc.* 10.

Ad l. 6. §. *eum ult.*

Obſt. *l.* 21. §. 5. *de eo, quod met. cauſa.* Reſp. Textus in *h.* §. *ult.* loquitur de eo, qui fallens adit hereditatem, h. e. ſimulans, ſe velle adire, cùm omninò nollet, quod probabit proteſtatio ſeorſim facta & declarata. Vid. Aug. Mynſing. *ad Inſt.* §. 8. *ſi quis non ſuam. d. legat.*

Ad l. 15.

Dubium ad h. t. occurrens ſolvit ipſe Gothofr.

Ad l. 20. §. 4. *in f.*

Obſt. videtur *l.* 1. *C. de repud. vel abſtin. hered.* Reſp. Textus in §. 4. loquitur de eo, qui in poſſeſſione hereditatis eſt, textus verò oppoſ. de eo, qui non poſſidet. Vid. *Goth. animadv. c.* 17.

Ad l. 21. §. *ult.*

Verſ. Quid tamen. Obſt. *l.* 2. *in f. & l.* 23. *de condit. & demon.* Reſp. Textus in *h.* §. *ult.* loquitur de eo, qui pro parte eſt

 inſti-

institutus heres purè, & pro parte substitutus sub conditione; hoc casu licet ignoraverit conditionem extitisse, rectè adit hereditatem. *h. l.* 21. §. *ult.*

Ad l. 25. §. 4.

Obst *l.* 1. *C. qui admitt. ad bonor. possess. ad h. l.* 1. Resp. Gothofr. in not. ibid.

Ad l. 30. *princip.*

Obst. *l.* 3. §. 4. *de minor.* Responsio habetur hic apud Gothofr.

Ad ejusd. l. §. 1.

Verb. Edictalem. Obstat, quòd idem sit in decretali bonorum possessione. Resp. Decretalis hîc non excluditur, vid. Gothofr.

Ad ejusd. l. §. 6. *in fin.*

Ad dubium occurrens respondet ipse Gothofredus in not. Vid. Hahn. *de his qui not. infam. n.* 5. *vers. ignom. causa. p.* 462.

Ad l. 49.

Obst. *l.* 4. *de autor. tut.* Resp. Diversa est traditio & venditio ab aditione hereditatis. Aditio enim animi potius est, quàm facti, seu administrationis. *l.* 20. *de acquir. vel omitt. hered.* & imperatur facilè animus quolibet tutore autore, *l. pupillus de R. I.* At venditio & traditio facti est potiùs, quàm animi. *l. consilio* §. *ult. de curat. furios.* & ideò autoritatem ejus tutoris desiderat, qui negotia gerit, nec sufficit honorarii autoritas. Neque huic responsioni obstat, quòd solutio sit facti, & tamen possit fieri honorario tutori. *l. quòd si fortè.* §. 1. *de solution.* Resp. Dicitur ibi solum, quod solutio fiat honorario tutori, sed non eo autore, ab eo vel à pupillo rectè fit, sicut nec venditio aut traditio rectè.

TIT. III.

Testamenta quemadmodum aperiantur.

Ad l. 2. §. 6.

OBst. *l.* 14. §. 1. *de edend.* Resp. Ipse Gothofr. hîc: & præterea in *lege opp.* agitur de alio genere editionis.

TIT. IV.

Si quis omissa causa testamenti, &c.

Ad l. 1. §. 4.

OBst. *l.* 68. §. 1. *pro Soc. l.* 1. §. 6. *Si quis in fraud. patron. l.* 6. *quæ in fraud. cred.* Resp. Ibi alii casus ab hoc nostro proponuntur.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l.* 4. §. 1. *in f. h. t.* Resp. Distinguendi sunt duo casus: aut enim scriptus heres accepta à substituto vel à legitimo herede pecunia, hereditatem omisit, & ipse legatariis & fideicommissariis tenetur: aut verò nihil accepit, & datur utilis actio contra possessorem, *d. l. opp. add. L.* 10. § *fin. h. t. l.* 1. *C. de fideic. libert.*

Ad l. 2. §. 1.

Obst. *l. ult. h. t.* Resp. In ista *l. ult.* idem est, qui omisit causam testamenti, & qui possidet pro donato; seu ex donatione, quæ nullo modo ex testamento pendet; sed antiquiorem causam habet, quia scilicet possessor contendit sibi donatum fuisse vel à testatore, vel ab alio, ad quem res pertinebant, puta à parente testatoris. Ast in *l.* 2. §. 1. Heres scriptus in fraudem legatariorum omisit hereditatem ex testamento sibi delatam, unde fa-

ctum est, ut alius eam possideat ex causa lucrativa. Videtur autem iterum obstare, quod in *l. 2. h. t.* agatur de herede, qui pretio accepto omisit hereditatem: non ergò dici potest, eum habere ex causa lucrativa, qui pretium dedit. Resp. Textus in casu illius *l. 2.* heres scriptus non accepit pretium à possessore, sed ab alio, qui vel odio legatariorum, vel in gratiam substituti aut legitimi heredis, cui donatum volebat, pecuniam dedit, ut heres scriptus in primo gradu omitteret hereditatem.

Ad l. 6. princ. in f.

Verb. Habere enim. Obst. *l. 1. §. 2. ad L. Falc.* Resp. Habetur in ipso textu opposito quod scilicet potestas legis Falcidiæ etiam huc accommodetur sive extendatur.

Ad l. 8.

Obst. *l. 1. §. 8. h. t.* Resp. In textu opposito saltem id dicitur, quod etiam is teneatur hoc edicto, qui omisit conditionem implere; inde autem non sequitur, quod etiam is, qui instar legatarii non est, de quo in *h. l. 8.* agetur, possit ex hoc Edicto agere.

Ad l. 27. §. in sentent. 1.

Obst. *d. l. 1. §. 8. h. t.* Resp. Conditio emancipationis tùm demum in mea potestate est, si illa conditio mihi imponatur: at cùm filio meo imponitur his verbis si pater emancipaverit te, casualis est conditio, non potestativa; neque enim patri invito filius extorquere emancipationem potest.

Ad l. ult.

Verb. Pro emtore. Obst. *l. 91. de acquir. vel omitt. hered.* Resp. Hic textus in *l. ult.* loquitur de herede extraneo scripto, & de actione ex hoc edicto. Opp. Verò *l. 91.* tractat de suo herede, & de actionibus hereditariis.

Ad

Ad ejusd. l.

Verb. Pro donat. Obst. *l. 2. h. t.* ubi hoc dubium solutum.

TIT. V.
De SCto Silan. & Claudian.

Ad l. 1. §. 2.

Opp. Quod alius quis dicatur dominus ususfructus. Resp. Ibi latè dominium sumitur pro jure in re in genere; hic autem agitur de domino servi: Dominus autem servi utique non est usufructuarius, neque etiam strictè loquendo bonæ fidei possessor.

Ad ejusd. l. §. 14.

Obst. *l. 10. §. 2. de quæst.* Resp. In *l. opp.* dicitur, quod servus filiifamilias non possit torqueri contra patrem domini ejus, nec servus patris contra filium domini.

TIT. VII.
De jure Codicillorum.

Ad l. 2. §. 3.

Verb. Per omnia, &c. Obst. *l. 2. de procurat.* ubi hoc dubium solutum.

Ad l. 6. princip.

Obst. *l. pen. in f. de condit. instit.* Resp. Imò nihil contrarii ibi habetur: dicitur enim & in *d. l. opp.* quòd adjectio conditionis non valeat, quia hereditas adimeretur, deficiente conditione.

Ad l. 14. §. 1. in fin.

Verb. Totum deberi, &c. Obſt. Quod pars videatur ſaltem debita, *per l. 19. h. t.* Reſp. In textu *l.* 1 . hic caſus proponitur: duo ſunt inſtituti heredes, & cuilibet eorum eſt datus ſubſtitutus, unus illorum inſtitutorum decedit, antequam teſtator faceret codicillos, in quibus relinquit legata, & alter inſtitutorum remanſit vivus poſt mortem teſtatoris: utilia erunt dicta legata, relicta in Codicillis, poſt mortem dicti heredis; ſed cohæres, qui remanſit vivus, debet integra legata præſtare, quia cohæres adjunctus fuit ei in præſtandis legatis, qui non erat in rebus humanis eo tempore, quo in codicillis adjungebatur. Alius verò caſus in *d. l.* 19. habetur.

Ad l. 17.

Obſt. *l. 2. C. de fideicomm.* Reſp. Non negatur in *h. l.* 17. per epiſtolam fideicommiſſum relinqui poſſe, ſed ſolùm dicitur, quod hujusmodi literæ, quibus hereditas nudè promittitur, vel amor erga aliquem exprimitur, vim codicillorum non obtineant.

Ad l. 19.

Verb. Imò duntaxat, &c. Obſt. *l. 40. in pr. de legat.* 3 Reſp. Heres legatariis partem duntaxat præſtat, niſi partem hereditatis ſibi ademptam rogatus à teſtatore fuerat alteri reſtituere; quo caſu non videtur oneratus, quaſi futurus heres ex aſſe: quando quidem in parte reſtituta non eſt cum effectu heres; ſed fideicommiſſarius eſt loco heredis. Quoniam ergò hoc in *d. l.* 40. contingit, deciditur ſolidum præſtare. Aſt in *h. l.* 19. *h. t. ut & l.* -- *§. cùm exiſtimaret.* 29. quia teſtator putabat futurum, ut cum pleno effectu heres eſſet ex aſſe, rectè dicitur, eum, qui ex parte præter ſpem teſtatoris ſucceſſit, partem tamen legatariis debere.

LIB. XXX.
TIT. I.
De Legatis & Fideicommissis.
Ad l. 6.

OBst. *l.* 34. *in fin. de condit. & demonstr.* Resp. Optimè textum corrigit CUJAC. 2. *Obs.* 39. & legit: Ut hæc scriptura habeat in se & deminutionem legati, & augmentum. Intendit enim JCtus ostendere differentiam inter præsens, præteritum & futurum tempus: cùm ergò dixerit in § *penult. illius l.* 34. verba: aurum, quod uxoris causa paratum est: habere demonstrationem, & id deberi, quod aderat jam tempore testamenti, nec deminui legatum alienatione, nisi testator minuere voluerit. Hinc jam in §. *ult.* verba: quod paratum erit, dicit habere & deminutionem & augmentum, quia spectandum est tempus mortis: aliàs namque si & legatum *in §. ult.* diceretur habere demonstrationem, nulla constitueretur inter casum, §. *ult. & pen.* differentia. Præterea vox: demonstrationem; possit *in* §. *ult.* retineri, quia hæc inter casum *h. l.* 6. *& d.* §. *ult.* intercedit differentia: quòd Stichus consistat in uno corpore, adeoque istis verbis subest conditio, si meus erit; aurum verò consistit in aliqua universitate, adeoque hæc verba: quod paratum erit uxoris causa: demonstrationem continent, quod scilicet tempore mortis ex universitate auri extiterit.

Ad l. 7.

Obst. *l.* 34. §. 2. *de leg.* 2. Resp. Lex opp. loquitur de legato vel fideicommisso acquisito: *h. l.* 7. de legato delato quidem, sed nondum acquisito. Defertur ipso jure, cùm agnosci potest, nimirum adita hereditate; acquiritur dum agnoscitur, *l.* 23. *de condit. instit.*

instit. l. 26. §. ult. de fideic. libert. Itaque delatum repudiari potest, acquisitum autem non potest, *l. 1. §. decretalis, de success. Edict.*

Ad l. 9.

Obst. *l. 103. de V. O.* quam ipse Gothofr. solvit.

Ad l. 17. princip.

Obst. *l. 164. pr. de V. S. l. 6. in f. de test. tutel. §. ult. Inst. qui test. fac. poss.* Resp. Textus in *h. l. 17.* respicit exheredationem fœminarum, quam non opus erat nominatim facere, sed inter cæteros fœminæ exheredari poterant, dummodo eis aliquid legaretur, ne videantur præteritæ per oblivionem. *§. posthumi. Inst. de exher. lib.* Cùm ergò posthumæ damnosum esset, si sub legato filiabus relicta intelligeretur, cùm pro exheredata haberetur; ideò tali casu non videtur sensisse de posthuma, nisi mentionem aliqua parte testamenti posthumæ fecisset: quod si non fecerit mentionem, præterita est, ejusque agnatione rumpitur testamentum. Alia subest ratio in aliis casibus, quo spectant textus opp. v. g. tutoris datio semper utilis est posthumæ, adeoque sub filia comprehenditur posthuma.

Ad l. 22. in f.

Obst. *l. 5. §. 1. quib. mod. usufr. amitt.* Resp. Alia est ratio ususfructus ædium, qui solùm in superficie consistit, non in area. Add. *not. supr. ad d. l. 5.*

Ad l. 30. princ.

Obst. *l. 178. de V. S.* Resp. Ibi latiùs sumitur vox pecuniæ.

Ad ejusd l. §. 2.

Obst. *l. 74. de leg. 2.* Resp. In casu textus opp. testator simpliciter diem legatorum protulerat, proinde omnium legatorum, atque adeò etiam eorum, quibus dies apposita fuit: sed in casu hujus §. 2. duntaxat eorum diem protulit, quibus dies apposita non fuit: uti constat ex *pr. & §. 1. ejusd. l. 30.*

Ad

Ad l. 39. §. 1.

Vid. *Th.* 18. *Exerc.* 11. *ibique not.*

Ad l. 41. §. 1.

Obst. *l.* 43. §. 1. *h. t.* Resp. Ibi habetur limitatio, quod ista, quæ sine damno ædium auferri possunt, detrahere liceat: add. *Diss. nostra de ædif. priv.*

Ad ejusd. l. §. 2.

Vers. Sed si sub cond. Obst. *l.* 1. §. *ult. de Reg. Cat.* Resp. In hoc §. 2. agitur de legato puro; in textu verò opp. de legato conditionali, seu de fundo tuo tibi relicto sub hac conditione, si vivo testatore eum alienaveris.

Ad l. 43. §. 2.

Obst. *l.* 52. *de condit. & demonstr.* Resp. Verba ista: Si Titius voluerit: aliquando habent vim conditionis, aliquando verò vim conferendi in voluntatem Titii. Cùm faciunt conditionem, valet legatum, *d. l. opp.* cùm in voluntatem Titii conferunt, inutile est legatum, *h.* §. 2. Dependet autem ex testatoris voluntate, quomodo ejusmodi verba addita velit.

Ad l. 44. §. 2.

Verb. Massa facta est. Obst. *l.* 36. *in princ. de usufr.* Resp. Alia est ratio ususfructus, qui consistit in superficie ipsius corporis, quo extincto, necesse est extinguatur ususfructus.

Ad ejusd. l.

Verb. Vestimentum ex eo fiat, &c. Obst. *l.* 88. *princ. de leg.* 3. Resp. Oppositus textus loquitur de vestimento ante legatum facto, de quo non videtur testator cogitasse, dum lanam legavit: at in *h. l.* 44. §. 2. agitur de vestimento post

legatam lanam facto, & sententiam JULIANI non omninò probat ULPIANUS; sed cum limitatione: si scilicet non constet de mutata testatoris voluntate.

Ad l. 47. §. 3.

Obst. *l.* 43. *h. t.* Quod dubium ipse Gothofr. solvit.

Ad l. 48. *princ.*

Obst. *l.* 14. *de cond. furt.* ad quam itidem ipse Gothofredus respondet.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 2. §. 1. *l.* 4. *l.* 5. *de V. O.* Resp. Itidem ipse Gothofredus.

Ad l. 49. §. 6.

Dubium, quod circa hunc textum occurrit, itidem explanat ipse Gothofredus.

Ad l. 57.

Vide *Gothofr. animadv. c.* 18.

Ad l. 68. §. *fin.*

Obst. *l.* 65. *in f. de leg.* 2. Resp. Non dicitur legatum inutile respectu legatarii, sed respectu heredis legatario succedentis, ad quem servus non pertinebit, cùm mortuo Titio consequatur libertatem, interim tamen Titii legatarius, quamdiu vivet, eum servum possidebit, quod autem *hoc* §. *f.* loquatur de herede legatarii, non de ipso legatario, constat *ex* §§. *praced.* *Cum enim in* §. *fin.* dicatur: si servus Titio legatus sit, & idem post mortem Titii liber esse jussus fuerit: & mox subjiciatur: inutile est legatum, repetendum est, post mortem scilicet Titii. Ut ita vivo Titio legatum utile dicatur, eo mortuo inutile; Aliàs dicendum esset in *d.* §. *fin.* sententiam JULIANI tantùm referri, non probari.

Ad l. 79.

Obst. *l. 38. §. 19. de V. O.* Resp. Sensus *h. l. 79.* est, quòd ista verba non recipiant ambiguum sensum, quasi dena dixisse videatur, qui decem dixit; sed quod decem sint simul assignata Titio & Sejo, adeoque inter eos dividenda; Præterea si hic intellectus *h. l. 79.* non esset admittendus; responderi posset distinguendo inter legata & stipulationes. Nam in stipulationibus Interpretatio sumitur in dubio contra stipulantem, qui sibi debet imputare, cur non apertiùs locutus: Et promissor non præsumitur consentire, nisi in minimam summam *arg. l. 34. de R. I.* Alia est ratio legatorum, quæ pendent ex benigna sola testatoris voluntate, & pleniorem recipiunt interpretationem, *l. 12. §. sed si veteris de usu & habit.*

Ad l. 87.

Obst. *l. 55. §. 3. ad SCtum Trebell.* Resp. Heres institutus ibi dicitur & rogatus hereditatem restituere Titio, recusat eam adire, sed coactus adiit, postulante fideicommissario, meritò ergò amittit Falcidiam, ut & legatum & fideicommissum, cùm possit absque periculo suo adire, & voluntatem defuncti supremam implere, offerente fideicommissario cautionem indemnitatis, *l. 4. eod.* In *h. l. 87.* agitur de eo, qui recusavit adire, cùm non posset adire sine suo periculo, nemine offerente cautionem indemnitatis, hunc enim non est æquum repelli à petitione legati aut fideicommissi.

Ad l. 91. §. ult.

Vide *thes. 15. Exerc. 12. ibique not. in fin.*

Ad l. 108. §. 10.

Obst. *l. 120. de V. O.* Resp. Aut est actum inter contrahentes, ut hic sermo sit conditionalis, & tunc sequimur id, quod actum est. Aut id non est actum, & sequimur usum juris & so-

lidam interpretationem, ut scilicet hic sermo non contineat conditionem, add. *L.* 100. *de V. O.*

Ad l. 114. §. 8.

Obst. *l.* 92. *de condit. & demonstr.* Resp. Non cogitur pater recto & ordinario jure; sed extra ordinem, *d. l. opp.*

Ad l. 124.

Obst. *l.* 17. *de duobus reis.* Resp. Quando NERATIUS in *h. l.* 124. ait, heredes debere partes viriles; non loquitur simpliciter de heredibus, ut dicere possimus, orationem indefinitam accipi debere pro universali, sed coangustat onus legati ad heredes nominatim, seu simpliciter & expresse enumeratos a testatore. Cùm enim testator non vult omnes heredes onerare legato, specialiter eos nominat vel demonstrat, à quibus legatum præstari putat: tunc ergò debent partes viriles, quamvis si nominati non essent, partes hereditarias haberent, ut & cæteri heredes. In *oppos. verò l.* PAULUS non docet, quantum singuli heredes debeant; sed quantum legatario debeatur.

LIB. XXXI.

TIT. I.

De Legatis, 2.

Ad l. 1. *princip.*

VErb. Potest. Opp. Quod legatum in heredis voluntatem conferri non possit, *l.* 43. *§.* 2. *de leg.* 1. & tamen alibi dicatur, quod possit, *l.* 11. §. 7. *de leg.* 3. Resp. Non potest conferri in arbitrium heredis, tanquam boni viri, quia collatum videtur in arbitrium æquitatis, conf. *Exerc.* 35. *thes.* 89.

Ad

Ad ejusd. l.

Verſ. Quid enim intereſt? Obſt. *l.* 68. *de hered. inſt. l.* 11. §. 1. *l.* 52 *de cond. & demonſtr. l.* 11. §. 7. *de leg.* Reſp. Diſtinguendo: Aut principalis origo & conſtitutio legati ponitur in mera voluntate alterius, ut is ſit autor dandi legati: & hoc ſi ſenſit is, qui mihi ſic legavit: Si Cajus voluerit, is ſi totum poſuit in voluntatem Caji, inutile eſt legatum, *d. l.* 52. *de cond. & demonſtr.* quia cùm teſtamentum ſit voluntatis noſtræ teſtatio, quæ in eo ſcripta ſunt, non aliter rata teſtamentove ſcripta videntur, quàm ſi ex noſtra voluntate originem capiant. Aut his verbis: Si Cajus voluerit, injicere teſtator conditionem voluit legato, & hoc caſu valebit legatum; legatum enim non tantùm eam conditionem recipit, quæ in caſum confertur; ſed & eam, quæ confertur in factum alterius; veluti: Si Cajus Capitolium aſcenderit: vel quæ in voluntatem alterius ponitur; Si Cajus voluerit, & conditionem facit voluntas defuncti ſola, non figura verborum. *l.* 19. *pr. &* §. 1. *de condit. & demonſtr.* Non enim ad verba, ſed ad ea, quæ ex verbis teſtator intelligi voluit, teſtatori obtemperandum eſt. Atque ita fit, ut hæc verba: Si Cajus voluerit; modò faciunt conditionem, modò non faciunt, ex mente ſcil. defuncti. Porrò ſi his verbis: Si Cajus voluerit: teſtator in conditione legatum ponere voluit, non in mera voluntate alterius valebit legatum, quia ex arbitrio & mera voluntate teſtatoris proficiſcitur. Hæc autem conditio, ſi voluerit: hanc vim habet, ut voluntate teſtatoris, non voluntate Caji accedente legatum conferat; non verò accedente voluntate Caji, legatum non debeatur; Et hoc eſt, quod dicitur, conferri poſſe legatum velut conditionem ſeu in vim conditionis ſeu conditionalis, *add. l.* 46. §. 11. *de fideicomm. libert.*

Ad l. 10.

Obst. *l. 7. de aur. & arg. leg.* Resp. Aut legato testator hæc verba scripsit: qui meus erit: aut adscripsit hæc verba qui meus est: aut ejusmodi verba non adjecit, sed simpliciter ita fundum nominatim legavit; fundum Titianum dato, Primo casu hæc verba: qui meus erit, quoniam futuri temporis significationem habent, augmentum & diminutionem recipiunt. *l. 34. §. ult de aur. & arg. leg.* Secundo casu hæc verba: Si meus est: vel hæc demonstratio: Meum; augmentum & diminutionem non recipiunt, quia præsens tempus significatur, & id tantùm debetur legatario, quod fuit testamenti tempore, non quod accessit. *d. l. opp. 7.* Tertio denique casu itidem locus est augmento & decremento. *h. l. 10.*

Ad l. 19. in f.

Obst. *l. 19. §. 13. de condict. indeb.* Resp. Aliud est in contractibus, aliud ob favorem earum in ultimis voluntatibus. Sic licèt aliàs in alternativis promissoris seu debitoris electio sit. *l. 10. §. fin. de jure dot.* Tamen in ultimis voluntatibus illi, qui creditoris locum obtinet, electio concedi potest. Add. Cludius Tr. de Cond. indeb. *c. 3. n. 27. seqq.*

Ad l. 20.

Obst. Quòd aliàs repudiante altero, alter totum habeat. *l. 1. §. 1. de usufruct. accresc.* Resp. Distinguitur inter proprietatem & usumfructum. *l. opp.* loquitur de usufructu: hæc lex, de proprietate: Deinde distinguendum est inter habere totum & accrescere: cùm enim proprietas servo communi legata est, uno ex dominis repudiante, portio ejus nec alteri accrescit, nec ullo modo ad eum pertinet, sed manet penes heredem; cùm autem legatus est ususfructus, & alter dominus repudiat partem suam, hæc quidem alteri non accrescit, quia jus accrescendi in duobus spectatur, hîc autem inspicitur persona servi, qui unus est, non domi-

dominorum, qui duo sunt, sed jure dominii, quod in servum habet, totum occupat, quod enim servus communis alteri domino non acquirit, id alteri acquirit in solidum; ideò autem magis spectatur persona servi, cùm ei legatus est ususfructus, quantum legata est proprietas, quia ususfructus est jus personale, quod personæ cohæret. *l. 3. §. ult. quib. mod. ususfr. vel usus amitt.*

Ad l. 34. §. 2.

Verb. Amissum non esse. Obst. *l. 26. §. 1. in fin. h. t.* Resp. Ibi subscriptione expresè consensit in obligationem, hic autem saltem ut testis adfuit; subscribere enim est nomen suum adpingere, & præterea literis significare, cui rei, cuique negotio subscribat. Subscriptor ergò pro consentiente habetur.

Ad ejusd. l.

Verb. Quod ne repudiari. Obst. *l. 7. de leg.* 1. Ubi dicitur legatum delatum servo dominum repudiare posse. Resp. Textus opp. loquitur de legato delato, non de agnito & acquisito; in hoc verò §. 2. agitur non de delato; sed de jam acquisito fideicommisso: cùm ergò sit acquisitum, repudiari non potest: potest tamen per consensum amitti.

Ad ejusd. l. §. 3. *in f.*

Obst. *l. 18. de aur. & arg. leg.* Resp. In textu opp. nominatim uxori testator annulos & vestem reddi jussit: unde cùm specialiter appareat, eum de his rebus cogitasse: non mirum est, si legasse videtur; cùm falsa demonstratio non vitiet legatum. *l. 17. l. 33. de cond. & demonstr.* In hoc verò §. 3. testator generalibus verbis vetuit uxorem ab hæredibus inquietari, quasi nullam mariti pecuniam penes se mulier haberet: ex quibus verbis non apparet, res, de domo mariti in prætorium uxoris translatas, testatorem velle uxori legare.

Ad

Ad l. 36.

Verb. Testamento. Obst. Quod etiam codicillis possint relinqui legata. Resp. Codicillis testamento confirmatis legata relinquuntur, quoniam hi codicilli pars testamenti sunt, *l. 14. princ. de jur. Codic.*

Ad l. 41. princ.

Obst. Quòd inter eos jus accrescendi non sit, inter quos non est conjunctio, *l. 2. h. t. l. 1. de usufruct. accresc.* Resp. Utique etiam in *h. l.* 41. conjunctio est inter Mevium, Sejum & Titium, quia vocantur ad eandem rem, adeoque uno deficiente reliquis simul accrescit portio deficientis. Neque Mævius & Sejus præcipuum jus accrescendi inter se habent, quia non præcipuo aliquo genere conjunctionis sunt juncti; separatim enim, ut dicit textus, partes fundi sunt legata seu sine copulatione verborum partes diversas legavit testator; ad quas partes etiam vocatur sive jungitur tertius ille Titius cui totus fundus legatus.

Ad ejusd. l. §. 1.

Verb. Dos sine ratione ded. &c. Obst. *l. 5 de dot. & l. 6. dot. præleg.* Resp. Legatum dotis continet actionem de dote, in actione de dote fieret compensatio & deductio ipso jure ob impensas necessarias, fiet & eadem deductio in actione prælegatæ dotis: sed hoc amplius est in hac actione legati scilicet quàm in illa: Quoniam in hac actione ab herede non retinebantur aliæ impensæ; in illa retinebuntur arbitrio judicis rei uxoriæ. Et hæc ita obtinent, cùm vir uxori suæ legavit dotem, si vero extraneus ab herede instituto uxori heredis sui legavit, quidquid ad heredem dotis nomine pervenisset, tunc omne debet maritus præstare uxori, quod ad eum pervenit dotis causa nullo deducto, nullo compensato. Ergò hoc casu ne impensas quidem necessarias deducit.

Ad l. 43. §. 3.

Obst. *l.* 23. *h. t.* Resp. Quando testator dicit in testamento: vindicato vel percipito, rem istam videtur legatario dedisse in electionem, *l. plane §. fin. de legat.* 1. Sed si dicat HERES DATO, heredi videtur tribuisse electionem, *h. l.* 43. §. *ult.* Si denique dicat: LEGO, in dubio interpretatio benignior pro legatario suscipitur, ibi tributa censetur electio, *d. l. opp.* Quamvis enim distinctio inter legatum per damnationem & legatum per vindicationem à JUSTINIANO sit sublata, in *l.* 1. *C. commun. de legat.* tamen hæc differentia, qua modò electio datur heredi, modò legatario, non est omninò sublata; quodammodo tamen istam sublatam esse existimat PACIUS; quatenus scilicet legatarius cùm semper possit eligere actionem, quam sequitur rei electio; seu rei vindicationem, rectè dici potest semper habere electionem; si maluerit agere in personam, heres dicto casu eliget.

Ad l. 44. §. 1.

Obst. *l.* 29. *de jure dot.* Ubi legatario onus probandi injungitur. Resp. Ibi planè alius casus proponitur: Non enim ibi à diversis heredibus eadem quantitas est legata, addatur Cujac. ad *h. l.* 44.

Ad l. 49. *princip.*

Obst. *l.* 49. §. 1. *de R. V.* Resp. Hæc *lex* 49. loquitur de legato nondum agnito & ita non acquisito, *L.* 13. *de cond. inst.* quod autem superest ex re nobis debita, nobis non debetur, quia debitor interitu speciei liberatur, *l.* 23. *de V. O.* quod autem ex re jam nostra sive nobis jam acquisita superest, id vindicari potest per textus oppositos.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obst. *l.* 34. *de V. O. l.* 40. *l.* 114. §. 5. *de leg.* 1. *l.* 11. §. 16. *de* Ii *legat.*

legat. 3. Resp. Distinguendum est inter incapacem, qui rei commercium non habet, quia jure eam habere prohibetur; & eum, qui ob facti impedimentum non habet jus rem possidendi, e.g. Judæus non habet commercium mancipii Christiani, *l.* 1. *l.* 2. *C. de Iud.* At si militiam habenti alia millia legentur, cum utraque simul fungi non possit, *l.* 10. §. 1. *C. de prox. Sacro scrin.* hic non dicitur secundæ militiæ incapax, sed jus eam possidendi non habere. Æstimatio itaque rei legatæ illi debetur, qui rem habere seu possidere non potest, *d. l.* 114. §. 5. Militiæ autem servo alieno legatæ æstimatio domino debetur, *dictis textibus*: relictum autem incapaci non debetur per hunc textum in *l.* 49. §. 2.

Ad l. 57.

Obst. Videtur lex *praced.* 56. Resp. Non ita Augusta succedit in locum Augustæ, sicut princeps in imperio succedit principi in eodem imperio, unde qui principi legat, videtur ei tanquam principi, adeoque etiam successori, qui æquè est princeps imperii, legasse: quod non ita obtinet in Augusta, cujus personæ legatum censetur.

Ad l. 65. §. 2.

Obst. *l.* 68. *in f. de leg.* 1. Resp. Legatum adita hereditate competit Titio, libertas autem servo post mortem Titii, *h. l.* 65. §. 2. In textu verò opposito non dicitur legatum inutile respectu legatarii, sed respectu heredis legatario succedentis, ad quem servus non pertinebit, cùm mortuo Titio consequatur libertatem, interim tamen Titius legatarius, quamdiu vivet, eum servum possidebit. Quod autem in *dicto textu opp.* §. *ult.* quæstio sit de herede legatarii, non de legatario, ex præcedentibus colligitur, add. *Cujac. ad Papin. in d. l.* 65.

Ad l. 66. §. 6

Verb. Non in parte. Obst. *l.* 7. *de usufr.* Resp. Aliud est usumfructum certa ratione esse partem dominii, uti dicitur in

texto

textu opp. aliud est usumfructum non consistere in parte; sed in jure, ut in nostro textu dicitur.

Ad l. 77. §. 21.

Obst. *l. 74. de contrah. emt.* Respondet ipse Gothofredus in notis.

Ad ejusd. l. §. 24.

Obst. *l. 74. pr. ad SCt. Treb.* Resp. Ista verba: scil. quoad liberos; simpliciter prolata faciunt fideicommissum: quia censentur prolata in gratiam eorum, qui ad successionem vocantur ab intestato, quibus hac ratione fideicommissaria hereditas relicta videtur, *d. textu opp.* Secus est, cùm testator expresse adjecit, se id mandare in gratiam filiæ, quam testari vetat, ut in hoc §. 24. tunc enim dicere contra verba testamenti non possumus testatorem id mandasse in gratiam succedentis ab intestato; & consequenter non possumus ex his verbis colligere fideicommissum. Similiter obstare videtur *l. 77. ad SCt. Treb.* Resp. autem in hoc §. 24. cura parentis argumentum præbet, consilium potius, quàm fideicommissum dari. Ast in *d. l. 77.* circumstantiæ consilium non suadent, sed fideicommissum potiùs commodo fratris relictum, cùm ibi simpliciùs testamentum fieri prohibeatur. Add. *l. 11. §. 9. de leg. 3.*

Ad ejusd. l. §. 25.

Obst. *l. 76. §. 5. h. t. de leg. 2.* Quod dubium ipse solvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l. 9. §. 5. de hered. instit.* Resp. In hoc §. *ult.* nulla subest conditio; sed legatum fuit ex omni parte perfectum; & non vitiat legatum illa secutura adjectio, quia in eventum illius adjectionis non collatum est legatum. Ast in textu opp. conditionale est legatum.

Ad l. 81.

Obst. *l.* 12. *de injust. rupt. & irrito testamento.* Resp. In textu opp. est casus exceptus, quo scil. liquidò apparet, ut probetur, hanc fuisse voluntatem testatoris, ut ab intestato fideicommissum præstaretur.

Ad l. 82.

Vers. Quod si. Obst. *l.* 5. *ad Leg. Falcid.* Resp. (1) Ex notatis ad *Exerc.* 35. *th.* 12. *vers.* Sin vivo. Præterea (2) Resp. PAULUS in hac *lege* 82. non loquitur generaliter de quacunque re legata; sed de decem legatis: quorum vindicatio non datur. Regulariter igitur legatum consistit, sed excipiuntur, ea quæ vindicari nequeunt, ut quantitates & genera, tunc enim demùm legatum etiam, si vivo legatario dies venerit, est utile, cùm datur vindicatio rei debitæ. *l.* 3. *§. si rem de leg.* 3. quippe quæ vindicatio aliàs ex nudo debito sive obligatione non competeret. Vid. Gothofr. *animadv. c.* 19.

Ad ejusd. l. §. ult.

Vers. Calumniosa. Obst. Quòd non sit calumniosum, dicere, posse, servum legari, quòd serviat. *l.* 113. *de leg.* Resp. Sensus hujus vers. calumniosa est, quod calumniosa sit illa annotatio sive reprehensio sententiæ, qua dicitur, posse ita legari servo. Hic ergò ipse textus etiam asserit tale legatum subsistere. Porrò obst. *l.* 12. §. 2. *de leg.* 1. Resp. Duæ sunt regulæ separatæ, quarum altera ad personam pertinet, altera ad res; illa est talis: quibus non possum legare, quia non possunt ex testamento capere, eorum servis non possum legare; Hæc verò talis: Etsi alicui, qui ex testamento capere potest, legari aliquid nequit, tamen fieri potest, ut servo ejus rectè legetur, veluti quod domini est & domino debetur, servo ejus rectè legatur; Denique si vitium est in persona, cui acquiri debet, legatum est inutile: Aliàs autem valere potest, quia

quia domini persona ad hoc tantum inspicitur, ut sit cum eo testamenti factio; cæterum ex persona servi legatum consistit.

Ad l. 83.

Verb. Nec repetitur. Obst. *l.* 74. *de Leg.* 1. Resp. Ex ipso textu apparet responsio, quòd scil. sit inspicienda voluntas testatoris.

Ad l. 86. princip.

Verb. Nomina debit. Obst. *l.* 27. §. 3. *de fund. instructo & instr. leg.* Resp. Non dicitur ibi, quod nomina contineantur. Conf. *l.* 12. §. 44. *de instr. vel instrum. leg.*

Ad l. 88. §. *ult.*

Obst. Quòd nemo efficere possit, ne leges observet. *l.* 55. *de leg.* 1. Resp. Sufficit talem ultimam voluntatem ut codicillum valere, & quòd illa sint observata, quæ leges ad codicillos requirunt. Add. *Ex.* 34. *th.* 65. Quin & hac lege clausula codicillaris habetur.

LIB. XXXII.

TIT. III.

De Legatis.

Ad l. 3. §. 2.

Obstare videtur *l.* 1. §. 10. *ad L. Falcid.* quòd scil. aliquod commodum subsit, adeoque & rursus aliquid præstandum ratione illius commodi videtur injungi posse. Resp. Legatum quidem hujusmodi casu valet, & aliquando, si subsit peculiare & æstimabile commodum proportionabiliter detractio Falcidiæ locum habet, *dicto textu opp.* Sed fideicommissum hoc casu rursus ab hoc legato relinqui nequit, quia non aliud commodum subest,

quàm quòd dominium transferatur statim ejus rei, quæ aliàs debetur, quæ sanè rursus per fideicommissum adimi nequit.

Ad l. 11. §. 1.

Obst. *l.* 39. *de fideicomm. libert. l. ult. de jure Codicill.* Resp. Textus oppositi loquuntur de ipsis tabulis, quibus saltem quinque testes adsunt; hîc verò agitur tantùm de confecto exemplo ultimæ voluntatis.

Ad ejusd. l. §. 3.

Obst. *l.* 30. §. 7. *in init. ad L. Falcid.* Resp. Fideicommissum quantitatis valet, si fideicommissarius hoc velit; non autem cogitur invitus, nisi jam quid aliud ex testamento perceperit.

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l.* 1. *de Leg.* 2. ubi jam addita solutio, add. *Exerc.* 35. *thes.* 98.

Ad ejusd. l. §. 11.

Dubium quod hîc oritur, solvit ipse Gothofredus in notis. Similiter & §. 12. 22. & 23. bene idem exponit.

Ad l. 12.

Obst. Quod incertum hîc sit relictum. Resp. Sufficit quod certum sit sumtus esse relictos ad artificium discendum.

Ad l. 13.

Obst. *l.* 108. §. 7. *de Legat.* 1. Resp. Advertendum est, utrum verbum: *ampliùs* ad personas: an ad res referatur; Nam si referatur ad personam, non censetur res repetita: veluti: ampliùs quàm Titio legavi, heres meus Sejo decem dato., *d. text. opp.* Sin verò ad res referatur, res etiam repetitur, veluti: heres meus Titio fundum dato, Sejo hoc seu fundo amplius decem, *h. text. l.* 13. Hæc ita procedunt, cum diversa sunt legata, ut in dictis exemplis, fundus & decem; Cæterum si pecunia legetur utrique, non tam videtur testator repetiisse legatum, sed tantùm multiplicasse,

plicasse, *d. l.* 108. §. 7. Diversitatis ratio in eo consistit, quod fundus Stichus, aliudve corpus, si sæpiùs legentur, semper sunt idem corpus & eadem res; Decem autem, si sæpiùs legentur, non sunt eadem decem, sed alia summa seu quantitas, & uterque legatarius decem integra habebit.

Ad l. 14.

Obst. *l.* 22. *de condit. & demonstr.* Resp. In textu opposito fideicommissum est inutile, quia relicta est in pœnam nuptiarum, add. *L.* 1. *C. de indict. viduit: in h. v. l.* 14. mulier rogata fuit restituere, adeoque fideicommissum valet, add. *Exerc.* 35. *th.* 97. *circ. fin. vers.* SIC NON VALET.

Ad l. 18.

Vers. Sed vix. Obst. *l.* 3. *in f. l.* 20. *de adim. legat. l.* 27. *C. de fideicomm. l.* 34. *de legat.* 1. Resp. Ipse Gothofredus, quòd scilicet in textibus oppositis de aliis agatur casibus, quibus nimirum constat, testatorem circa fidei commissa omninò mutasse voluntatem. In hac autem *l.* 18. non ita constat de voluntate mutata, cùm nihil contrarii in testamento posteriori habeatur; & illud etiam sit imperfectum, vide *Exerc.* 35. *th.* 85.

Ad l. 19.

Obst. *l.* 21. §. 4. *de ann. legat.* Resp. Legatarius non cavet de ipso legato præstando, sed de modo implendo, sub quo legatum est, add. *l.* 40. *de cond. & demonstr. item Ex.* 36. *th.* 50. *seqq.*

Ad l. 21.

Obst. *l.* 10. *C. qui test. fac. poss.* Resp. Textus oppositus loquitur de muto naturâ.

Ad l. 27.

Obst. *l.* 122. §. 6. *de V. O.* Resp. Ipse Gothofredus §. 2. *in f.* Item Obst. *l. pen.* §. 10. *de Legat.* 2. *l.* 118. §. *pen. l.* 77. *de leg.* 1. Itidem respondet Gothofredus.

Ad l. 29. §. 2.

Obſt. *l. 4. l. ult. C. de Edendo*, item reſpondet Gothofredus in notis.

Ad ejusd. l. §. 3.

Verſ. Evictus. Obſt. *l. 45. §. 1. de leg. 1.* itidem reſpondet Gothofredus, add. *Exerc. 27. th. 17. n. 2. in f.*

Ad ejusd. l.

Verb. Priusquam judicium. Obſt. *l. 29. §. ult. de Evict.* Reſp. In textu oppoſito agitur de emtore denunciante venditori; hîc verò agitur de legatario denunciante heredi. Magis vero favendum eſt emtori, qui rem accepit ex cauſa onerosa, quàm legatario accipienti ex cauſa lucrativa, add. *Exerc. 27. theſ. 28. in fin.*

Ad l. 30. §. 1. in f.

Obſt. *l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. de uſufr.* Reſp. Habetur apud ipſum Gothofredum. Similiter ad dubium circa §. 3. *in f.* occurrens idem reſpondet.

Ad l. 33. §. 1. in f.

Obſt. *l. 30. §. ult. l. 31. de leg. 1.* Itidem reſpondet Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 2. in f.

Itidem dubium occurrens ſolvit idem.

Ad l. 34. §. 1. in f.

Obſt. *l. ult. de opt. legat. l. 14. §. 1. de alim. legat.* Reſp. In caſu *l. 34.* ſingularis proponitur caſus, quo nimir. ſubeſt dolus fideicommiſſarii: tunc igitur inſpicitur, quæ teſtamenti tempore adfuerint debita, non futura.

Ad

Ad l. 35. *princ.*

Verb. Reſpondit deberi, &c. Obſt. *l.* 71. §. 4. *de leg.* 1. Reſpondet ipſe Gothofredus in notis. Similiter etiam ad dubium, quod occurrit circa §. 1. *inf.*

Ad l. 37. §. 1.

Obſt. (1) *l. ult. pr. de ſolut. l.* 48. *de jure fiſc.* ad quos textus reſpondet Gothofredus. Obſt. (2) *l.* 77. §. 5. *de leg.* 2. Ubi maritus, qui dotale prædium vendiderat, uxori legatum dedit, & emtoris fidei commiſit, ut eò amplius pretium eidem uxori reſtitueret; PAPINIANUS autem ait, emtorem fidei commiſſi nomine non teneri; In hac autem *lege* 37. §. 1. dicitur, quòd creditor poſſit debitoris fidei committere, ut quod ſibi debet, etiam dicto alii reſtituat. Reſp. In caſu textus opp. neque emtor eſt verus pretii debitor, neque venditor verus creditor: Quod indicat PAPINIANUS dicens, fundi dotalis venditionem factam eſſe contra Legem dubiam, quod enim lege prohibente fit, non valet.

Ad ejusd. l. §. 5.

Reſpondet ad dubium ibi notatum ipſe Gothofredus.

Ad l. 38. §. 3.

Obſt. Quòd etiam per teſtamentum fiat alienatio. Reſp. Patet ex ipſo textu, quòd ſcil. alia voluntas defuncti hîc colligatur.

Ad l. 41. §. 3.

Obſt. *l.* 99. *de leg.* 1. ubi dicitur, eum, cui generaliter optio ſervi legata eſt, poſſe optare Stichum alteri ſpecialiter legatum; unde fit, ut ad hunc non totus Stichus, ſed pars interim pertineat. Reſp. Diſtinguendum eſt inter legatum generis, ut ſervi, de quo loquitur hic §. 3. & legatum optionis, de quo agitur in lege oppoſita, quia ſcilicet ſpecies de genere excipitur: ſed qui optio-

nem servi legat, in omnibus suis servis eligendi potestatem legatario dat.

Ad ejusd. l. §. 8.

Obst. *l. 99. de cond. & demonstr.* Tres responsiones affert ipse Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 9. in f.

Obst. *l. 64. de contrah. emt.* Resp. Textus oppositus loquitur de venditione, quòd scil. quis non possit pro altero partem rei emere.

Ad ejusd. l. §. fin. in f.

Obst. Quòd post mortem demum matris possit peti fideicommissum, *arg. l. 75. ad SCt. Treb.* Resp. Ibi fuit alia voluntas testatoris.

Ad l. 42. in f.

Dubium hìc occurrens ipse solvit Gothofredus.

Ad l. 43. in f.

Obst. *l. 1. C. de dot. promiss.* Responsio potest peti ex dictatis *ad Exerc.* 30. *th.* 6. *vers.* unde sciatur.

Ad l. 49. §. 3.

Verb. Destinata. Obst. *l. 41. in f. l. 42. de leg.* 1. Resp. Ibi alia voluntas testatoris colligitur.

Ad l. 68. princ.

Obst. *l. 73. & l. 101. h. t. de leg.* 3. Resp. In hac *l. 68.* prædium expresse & nominatim Sejanum relinquitur, & quidem omne seu totum, adeoque & pars ista, quam testator pignoris causa habet. In textibus autem opp. tam certa descriptio prædii seu rei legatæ non habetur, adeoque saltem res, quæ in dominio testatoris est, intelligitur legata.

Ad

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 115. *l.* 118. *de leg.* 1. Resp. Distinguendo: an verba testatoris directa sint ad heredem; an verò ad eum qui petit fideicommissum; Si ad hunc directa sint, fideicommissum nullum est, ut hoc casu §. 1. Si verò ad heredem fideicommissum videbitur relictum. *dd. txx. opp.* Iterum verò obstat *l.* 32. *pr. h. t. de leg.* 3. Respondet Gothofr. tunc verba, quæ ad heredem diriguntur, faciunt fideicommissum, cum loquuntur de re aliqua, quæ per fideicommissum relinqui potest. In casu verò *d. l.* 32. nulla res subest; adeoque non propter formam verborum: sed propter rei defectum cessat fideicommissum.

Ad l. 69. princ.

Opp. *l.* 4. *de leg.* 1. Resp. Ibi error testantis subest, adeoque legatum valere nequit.

Ad l. 70. princ.

Obst. *l.* 32. §. 6. *de aur. & arg. leg.* Resp. Ibi non simpliciter lana legata est, sed plenius est legatum omnis vestis, lanæ & cæterorum, quæ ad mulierem pertinent.

Ad. ejusd. l. §. 2.

Dubium hic occurrens ipse solvit Gothofr.

Ad ejusd. l. §. 6.

Obst. *l.* 44. §. 2. *de leg.* 1. Resp. In *h. l.* 70. agitur de vestimento ante legatum facto, de quo non videtur testator cogitasse, dum lanam legavit; In textu vero opp. agitur de vestimento post legatum facto, & tunc inspiciendum, cum permutatione in re legata etiam mutaverit testator voluntatem.

Ad ejusd. l. §. 11.

Obst. *l.* 32. §. 6. *de aur. & arg.* Resp. Jam dictum est, quod in textu opp. plenius sit legatum.

Ad l. 79.

Obſt. *l. 27. in f. de adim. leg. it. l. 98. §. ult. de ſolut. l. 39. de leg. 2. l. 44. §. ſi area de leg.* (1) Reſp. Area & cætera, quibus domus conſtat, duobus modis conſiderari poſſunt, naturaliter & civiliter. Naturaliter area & tigna, ex quibus ædificium conſtruitur, non intereunt, ſed permanent: jure autem civili quia non debent ſeorſim à toto conſiderari, pro extinctis habentur. Quapropter area propriè dicitur, quæ ædificio vacat, tunc verò area naturaliter accipitur, cùm ipſius areæ obligatio conſideratur. Quod jam attinet textum in *l. 79. §. 2.* Inſpicienda circa hanc rem eſt itidem voluntas teſtatoris, an per ſuperædificationem legatum areæ velit extinctum. Et regulariter quidem non cenſetur extinctum. *d. l. 44. de leg. 1.* Niſi hoc animo ædificaverit, ut hac ratione legatum adimere vellet. Senſus itaque JCti in *h. l. 79.* eſt hic: Quamvis ponatur ejusmodi caſus, quo legatum ædificio extructo non debeatur; tamen idem legatum eo ædificio poſtea diruto convaleſcet.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obſt. *l. 27. in f. de adim. leg. it. l. 15. ejusd. tit.* Reſp. Itidem hoc dependet à voluntate teſtatoris, & textus in hoc §. *ult.* accipiendus de caſu, quo conſtat priorem voluntatem retinere teſtatorem.

Ad l. 83. princ.

Obſt. (1) *l. 3. §. 2. de uſur.* Reſp. Ibi proponitur caſus, quo heres rogatus eſt reſtituere, quod ſuperfuerit. Opp. (2) *l. 32. ad SC. Trebell.* Reſp. In hoc *textu opp.* heres non eſt rogatus reſtituere, ſed inſtitutus ſub conditione, ſi caverit, ſe reſtituturum. Atqui licèt hæc conditio adſcripta non fuiſſet, tamen cogeretur cavere. *t. t. ut leg. ſeu fideic. nomin cav.* quare; ut verba teſtatoris aliquid operentur, intelligendum eſt, eum voluiſſe caveri etiam

de

de fructibus restituendis. Vid. etiam not. *ad Exerc. 36. th. 34. vers.* etiamsi. *& vers.* præterea *in f.*

Ad l. 84.

Obst. *l. 78. §. ult. h. t. l. 39. de aur. & arg. leg.* Ad quos textus respondet ipse Gothofredus.

Ad l. 85. in f.

Obst. *l. 34. in f. de aur. & arg. leg.* Resp. Cujacius *l. 2. Obs. c.* 39. legendum esse, ut hæc scriptura habeat in se & deminutionem legati, & augmentum. Vox enim augmenti hic mihi videtur significare, & vult JCtus tradere differentiam inter præsens vel præteritum & futurum tempus. Cùm igitur dixerit *in §. penult.* hoc legatum, quod uxoris causa legatum est, habere demonstrationem, & id deberi ipso jure, quod erat tempore testamenti, nec deminui legatum alienatione, nisi testator minuere voluerit. Rectè jam subjicit *in §. ult.* hoc legatum, quod paratum erit habere & deminutionem & augmentum, quia spectandum est tempus mortis. Add. etiam superiùs dicta ad tit. *de leg.* 1.

Ad l. 88. princ.

Obst. *l. 44. §. 2. de leg.* 1. ubi hoc dubium jam solutum.

Ad ejusd. l. §. 3.

Obst. *l. 10. §. 5. Quib. mod. ususfr. amitt.* Resp. Agitur ibi de usufructu, qui rei mutatione faciliùs adimitur.

Ad l. 91. §. 2.

Obst. *l. cùm pater. §. mense. de leg. 2.* Resp. Ipse Gothofr. quòd scil. ibi integra negotiatio; hic verò taberna legata sit.

Ad l. 92. pr. in f.

Obst. *l. 23. §. 3. de instr. & instrumento leg.* Resp. In textu opp. plenius & generalius est legatum verbis: & his, quæ in fundo erunt; hic autem agitur specialiter de speciebus, quæ in fundo sunt.

Ad l. 93. §. 4. in f.

Obst. (1) *l.* 22. *pr. de instruct. l. instr. leg.* Resp. Ibi est singularis casus, quo scil. fundi quæstus maximus in venatione consistit. Opp. (2) *l.* 18. *l.* 54. *in f. de Act. Emt.* Resp. Inspicienda est semper in testamentis conjecturata voluntas testatoris. Add. glossa, quæ putat hic defigere idem esse ac affigere; sed hoc est contra indolem latinæ linguæ.

Ad l. 96.

Verb. Non deberi. Obst. *l.* 16. *C. de fideicom.* Resp. In textu opp. simpliciter hereditas injungitur restituenda, hîc solùm pars.

Ad eand. l. in f.

Obst. *l.* 24. *de V. S.* Resp. Hereditatis quidem nomine absolutè sumtæ legata comprehenduntur, ast hîc hereditas contradistinguitur legatis, tanquam particulis ex hereditate delibatis.

Ad l. 99. §. 2.

Obst. *l.* 60. §. 1. *h. t.* In textu opp. proponuntur servi & ancillæ legatæ; & tunc testator censetur saltem legasse eos servos, quos ministerii causa domi habet. At in textu nostro generalius est legatum, adeoque etiam generalius intelligendum.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l.* 65. §. 2. *h. t.* Resp. Ipse Gothofredus.

Ad l. 101.

Obst. *l.* 68. *h. t.* Ubi dubium hoc solutum.

Ad l. ult. princ.

Verb. Non debere. Dubium quod hic movet, ipse etiam solvit Gothofredus.

LIB.

LIB. XXXIII.

TIT. I.

De annuis legatis & fideicommissis.

Ad l. 4.

VErb. Plura. Obst. *l.* 12. *l.* 20. *l.* 26. *in f. Quando dies leg.* Resp. Affert ipse Gothofredus.

Ad l. 6.

Obst. *l.* 4. *in f. de admin. rer. ad civ. pertin.* Itidem respondet Gothofredus.

Ad l. 8.

Vide *not. ad thes.* 18. *Exerc.* 12.

Ad l. 10. *princ.*

Obst. *l.* 13. *h.* itidem respondet ipse Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 14. §. 2. *de alim. legat.* Ubi dicitur, inspiciendum, quid tempore mortis præstare testator solitus fuerat. Resp. (1) Textus oppositus loquitur de alimentis; Textus autem hic de salario medico præstando, quod si nullum certum fuerit annuum, verbum etiam censetur relictum. Resp. (2) Textus etiam inter se non pugnant, neque enim hoc in §. 1. deciditur casus, si diversa fuerit erogatio annua, nec negatur, quòd tunc illa erogatio sit spectanda, quam tempore mortis præstare solitus fuerit testator.

Ad l. 12.

Verb. Servitutem. Obst. *l.* 20. *de usufr.* quod dubium solvit ipse Gothofredus.

Ad

Ad ejusd. l.

Verb. Neque enim rem. Obſt. *l.* 3. *l.* 6. *de S. R. P.* itidem reſpondet ipſe Gothofredus.

Ad l. 13. §. 1.

Obſt. *l.* 10. *princ. h.* ubi hoc dubium ſolutum.

Ad l. 16.

Obſt. *l.* 4. *C. de legat.* ad quem textum reſpondet latè Gothofredus.

Ad l. 17. *princ.*

Obſt. *l.* 39. §. 6. *l.* 65. *de leg.* 1. itidem reſpondet Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obſt. *l.* 5. *de trit. vin. & ol. leg.* Reſp. Aut teſtator legavit ſemel tantùm; aut in ſingulos annos; priori caſu nihil debetur, ultra quam in primo anno in fundo natum eſt, *d. l.* 5. niſi contraria ſit teſtatoris voluntas; quæ voluntas præſumitur, ſi conjunctæ perſonæ aut fratri ſuo legaverit, *l.* 26. *princ. quando dies leg. ced.* Poſteriori caſu fit quaſi annorum conjunctio quædam, ita ut quod aliquo anno deeſt, ex reditibus aliorum annorum ſuppleatur, *h. l.* 17. §. 1. *l.* 13. *de trit. vin. & ol. legat. l.* 12. *de alim. & cibar. leg.* Videtur autem huic ſolutioni obſtare, quod etiam priori caſu legatum ſuppleri debeat ex reditu ſequentis anni, etiamſi extraneæ perſonæ legatum fuerit, per *l.* 83, §. *ſacram. verſ. PRO QUO, de V. O.* Verùm Reſp. in *h. verſ.* ſtipulatus quidam fuit centum amphoras vini ex fundo illo; non verò ut in noſtro caſu ex reditu illius fundi. Quapropter ex fundo quandocunque percipiantur, debentur.

Ad l. 18. §. 1. *in f.*

Verb. Competere. Obſt. *l.* 1. *de cond. & demonſtr.*

Reſp.

Resp. Ab ipso Gothofredo quod singulare sit in hoc casu *l.* 18. quod dies sit adjectus in favorem legatarii. Obst. (2) *L.* 26. *inf. quando dies legat.* Resp. Itidem Gothofredus.

Ad l. 19. *princip.*

Dubium quod hic movet, ipse etiam solvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 16. §. 2. *& l.* 20. *de alim. legat.* Ad quos textus respondet idem Gothofredus.

Ad l. 20. *princ.*

Obst. *l.* 1. *C. de instit. l.* 27. *de condit. & dem.* Resp. Cum Gothofredo quod speciale in *h. l.* 20. favore alimentorum.

Ad l. 21. §. 1. *in f.*

Obst. *l.* 32. §. 4. *ad L. Falcid.* Resp. (1) Ipse Gothofredus. Præterea (2) addi potest: cùm legatarius rogatus est restituere id ipsum, quod sibi legatum est, æque legatum & fideicommissum minuitur, *l.* 97. *de legat.* 1. *l.* 77. §. 1. *de legat.* 2. Si verò partem restituere rogatus sit, prò rata portione fit detractio, v. g. Titio viginti delegata, isque ut Sejo quinque restituat, rogatus est: lege autem Falcidia de Legatis viginti detrahuntur quatuor, dicendum est fideicommisso detrahi unum, & reliqua quatuor Sejo præstari. Vide *l.* 32. §. *pen. ad L. Falcid.* Unum enim est quinta pars istorum viginti legatorum Titio. Excipitur casus; Si alimentorum nomine quinque Sejo relicta sint; tantus namque eorum est favor, ut integra præstari debeant, *d. l.* 77. §. 1. *de legat.* 2. Quod si legatarius partem reditus restituere sit rogatus, Falcidia computari potest tribus modis: Finge fundum Titio legatum, Titiumque rogatum, ex reditibus istius fundi annua decem præstare Sejo interveniente Falcidia, portio fundi, quæ manet apud Titium aut præbet annua decem aut plus aut minus. Secundo casu fideicommissum non minuitur, *h. l.* 21. §. 1. *de ann. legat. l.* 25. §. 1. *eod.* Primus & tertius casus in legibus istis qui-

dem non proponitur; sed vix dubitandum, quin illo casu fideicommissum minuatur, ut tantum fideicommissario præstetur, quantum in reditu est, hoc autem casu solidum præstetur, quia tantum est in reditu, quantum in fideicommisso.

Ad ejusd. l. §. 3. & 5.

Dubia quæ hic movet, ipse etiam solvit Gothofredus.

TIT. II.

De usu & usufructu.

Ad l. 1.

VErb. Nec ex bonis. Obst. *l. 52. de acquir. rerum dom.* Resp. Ipse Gothofredus, add. *Ex. 13. th. 3. circa fin.*

Ad ejusd. l.

Verb. Extra bona. Obst. *l. 5. si usufr.* Resp. Ipse Gothofredus, add. *jam alleg. thes.* 3.

Ad l. 2.

Obst. *§. 1. J. de acquis. per adrog.* Resp. Textus in *l.* 2. loquitur de operis servi; *textus oppos.* de operis liberti.

Ad l. 5.

Obst. *l. 45. §. 1. de V.O. l. un. C. ut actiones ab hered. l. 11. C. de contrah. stipulat.* Resp. Aliàs quidem regulariter ejusmodi stipulatio vel legatum in casu mortis conceptum valet, *dd. text. §. h.* at *l. 5.* agitur de re ejusmodi, quæ una cum persona intercedit, usufructu nimirum; non potest igitur ususfructus valere in id tempus collatus, quo amittitur, *l. 51. de usufruct. l. 5. d. tit.*

Ad l. 7.

Duplex hic movet dubium circa verba ex die petitionis, & ipse etiam solvit Gothofredus.

Ad l. 8.

Obst. *l. 68. in f. princ. ad L. Falc.* Resp. Computatio in

in opposita lege non pertinet ad durationem usufructus; sed ad legem Falcidiam, ut scilicet reditus triginti annorum æstimetur, & inde Falcidia detrahatur, sicut observatur etiam, cùm puero usufructus relictus est, quem usumfructum nemo triginta annis finire dixerit. Sed ad triginta annos computantur reditus in ratione legis Falcidiæ ineunda.

Ad l. 9.

Obst. *l. un. §. in primo, C. de cad. toll.* Resp. Ibi agitur de caducis, de quibus in *h. l. 9.* non est sermo.

Ad l. 11.

Itidem dubium hic solvit ipse Gothofredus, *add. l. 15. princ.*

Ad l. 13.

Obst. *l. 17. de aqua pluv. arc.* Resp. Ipse Gothofredus.

Ad l. 15. princip.

Obst. *l. 17. de ann. leg.* Resp. Ipse Gothofredus.

Ad l. 16. in f.

Obst. *l. 38. §. 6. in f. de leg. 3. item l. 21. §. 3. de ann. leg.* Resp. Ibi planè alii casûs proponuntur. Præterea, *l. 1. l. 9. l. 15. de cond. instit.* Verùm itidem planè alii casus ibi tractantur. Denique etiam obstat *l. 4. de admin. rerum ad civit. pert.* Quod dubium ipse solvit hîc Gothofredus.

Ad l. 18. in f.

Obstat *l. 77. §. ult. de leg. 2. l. 8. C. de inst. & subst.* Respondet ipse Gothofr.

Ad l. 21.

Obst. *l. 23. de leg. 2.* Itidem respondet ipse Gothofredus.

Ad l. 22.

Obst. *l. 20. de usufr. & l. 41. h. t.* ℞. Multum interest, utrum legatarius jure suo fructus percipere possit, an ab herede percipere debeat: Cùm enim usufructus non sit jus accipiendi fructus ab herede, sed jus utendi fruendi, *l. 1. h. t.* priori tantum casu, non etiam

posteriori videtur ususfr. legatus, add. *l.* 38. *h. t. l.* 38. §. 1. *de usufr.* Præterea obstat, *l.* 8. *de annuis legat.* Resp. Aliud est legare fructus annuos; aliud legare fructus in annos singulos: hoc casu legata sunt corpora, quæ vocantur fructus, illo casu videtur legatum jus percipiendi. Differentiæ ratio hæc videtur esse, quod eo casu verbo fructus adjectum sit annuus: quod facit, ut testator videatur reliquisse usumfructum, quia usufructus est causa, propter quam fructuarius fructus annuos percipere potest. Altero verò casu nullum epitheton fructibus est adjunctum; ideoque legatis fructibus non videtur ususfructus legatus.

Ad l. 25.

Obst. *l.* 15. *de aur. & arg. leg. l. ult. de usufr. earum rerum, quæ usu consum.* Resp. Sensus *hujus legis* 25. hic est. Loquitur utique testator, *h. l.* de fructibus futuris post mortem fructuariæ, ut redirent ad heredes, non de fructibus præteritis, quos fructuaria percepisset; sed juris imperitia lapsus testator ita legavit frustra & inutiliter, quod & citra legatum ad heredes perveniret.

Ad l. 27. *in f.*

Obst. *l.* 63. *de R. N. item l.* 2. *de his, quib. ut indign.* Resp. Cum Gothofredo in textibus oppositis ab ignorante uxore non repetitur; hîc autem textus accipiendus de uxore sciente.

Ad l. 28.

Obst. *l.* 102. *in f. l. penult.* §. *ult. de Legat.* 3. Dubium hoc solvit ipse Gothofredus in notis.

Ad l. 29.

Verb. Pereat usufr. Itidem dubium hic occurrens solvit ipse Gothofr.

Ad l. 30.

Verb. Donec ei, &c. Obst. *l.* 1. *C. ne fidej. dot.* Resp. Textus opp. agit de constante matrimonio; hîc agitur de soluto.

Ad

Ad ejusd. l.

Verb. Satisfieret. Opp. Quod aliàs non satisfaciat, nisi is, qui solvit. *l. 9. §. 3. de pignor. act. Auth. Si quando. C. de constit. pecun.* Resp. Ibi agitur de liberatione pignoris, quæ non contingit nisi solutione debiti.

Ad ejusd. l.

Vers. Cùm ei heres pro sua parte. Obst. Quod imò omnes oporteat satisdare, *leg. si unus C. de distract. pignor. l. 8. §. 2. de pignorat. act. l. 44. §. 7. fam. hercisc.* Resp. (1) Textus oppositi loquuntur de rigore juris; textus *in l. 30.* de æquitate. Resp. (2) Dos pro parte solvi & ususfructus pro parte desinere potest. *d. l. 31.* Attamen non commodè liberatur una pars sine reliqua; cùm facta divisione proprietatis inter coheredes obtingentem portionem pro parte liberare commodè non potuerit. *d. l. 44. §. 7. famil. hercisc.* Resp. (3) Res pignori obligata liberari pro parte non potest. *dictis textib. opp.* sed ab usufructu potest pro parte liberari *hac lege* 30.

Ad l. 34. princ.

Vers. Idem. Obst. *l. 78. §. Cajo ad SCtum Trebell.* Resp. Multum interest, utrum testator ita scripserit: post mortem Seji & Titii ad Sempronium pertinere volo: an verò ita: Fidei vestræ mando Sej. & Tit. ut post obitum vestrum reddatis, restituatis Sempronio semissem ejus, quod vobis dedi. Priori casu unum est fideicommissum: quod cùm sit relictum post mortem Seji & Titii, necesse est utriusque mortem expectari. Posteriori casu duo sunt fideicommissa à duobus heredibus relicta; proinde uno herede mortuo, fideicommissum ab eo relictum statim debetur.

Ad l. 35.

Dubium hîc occurrens ipse solvit Gothofredus.

Ad l. 38. in f. & l. 41.

Resp. Distinguendum est: utrum legatarius jure suo fructus percipere possit, an ab herede percipere debeat; cùm enim ususfructus non sit jus accipiendi fructus ab herede; sed jus utendi fruendi; priori tantùm casu, non etiam posteriori videtur ususfructus legatus. Præterea obstare videtur *lex* 8. *de ann. leg. & l.* 22. *h. t. de usu & usufr.* ubi distinguitur legatum in annos singulos relictum à legato usufructu. Resp. Aliud est legare fructus annuos: aliud legare fructus in annos singulos: hoc casu legata sunt corpora, quæ vocantur fructus; illo casu videtur legatum jus percipiendi, differentiæ ratio hæc est: quoniam eo casu verbo fructus adjectum est, annuos; cùm igitur ususfructus sit causa, propter quam fructuarius fructus annuos percipere potest, ususfructus videtur à testatore relictus. Altero verò casu fructibus nullum epitheton est additum; quare cùm fructus & ususfructus differant: legatis fructibus non videtur ususfructus legatus. Hinc etiam colligi potest ratio, cur in casu *legis* 57. §. 1. *de usufr.* non sit locus juri accrescendi, quia scil. legati fuerunt fructus, non ususfructus; cæteroquin pars à legatario amissa accresceret collegatario. *l.* 10. *de usufr. accresc.*

TIT. IV.

De Dote prælegata.

Ad l. 1. §. 7.

OBst. (1) *l.* 3. *C. de fals. causa. l.* 17. *de cond. & demonstr.* Resp. Falsa demonstratio non vitiat legatum, dummodo sit aliquid, quod legetur: *dd. textib. opp.* In casu verò hujus §. 7. legatum non ideò est inutile, quia res sit falsò demonstrata; sed quòd res nulla est, quin ita legat, decem quæ apud me ille deposuit, lego, non quantitatem, sed corpus, quod non extat, legat. *Add. l.* 51. *l.* 108. §. *qui quinque de legat.* 1. Obst. (2) *l.* 88. §. 10. *de legat.* 2. ubi

ubi dicitur, tale relictum ut fideicommissum subsistere. Resp. (1) Fideicommissorum laxior est natura & benignior interpretatio; subsistit igitur, si de mente testantis constet, ut fideicommissum, licèt non ut legatum. Resp. (2) In textu opp. non erravit testator, quia non per errorem adscripsit depositi demonstrationem; sed omninò voluit præstitum relictum.

Ad ejusd. l. §. 9.

Verb. Defensum iri. Obst. *l. 7. pr. h. t.* Ubi etiam Gothofredus responsionem addit.

Ad ejusd. l. §. 10.

Verb. De peculio. Obst. *l. 2. C. an serv. ex suo facto.* Resp. In textu opp. libertas est relicta per fideicommissum: in hoc autem §. 10. directo.

Ad ejusd. l.

Verb. Heredem non posse. Obst. *l. 17. l. 18. de pecul. leg.* Resp. ULPIANUS in hoc §. 10. tantùm refert JULIANI sententiam, non approbat: uti patet *ex l. 1. §. item heres. de pecul. leg.*

Ad ejusd. l. §. 12.

Obst. *l. 57. ad Leg. Falcid.* Resp. (1) Mulier dotem ex causa fideicommissi petere potest; quia testator dotem extraneo legavit, & ejus fidei commisit, ut dotem mulieri restitueret: aut est in modo posita. Priori casu est locus Falcidiæ hoc §. 12. non verò posteriori. Resp. (2) Aut dos in re immobili, ut fundo, aut in alia re consistit. Priori casu, quia nullum subest commodum repræsentationis seu citioris solutionis, cùm statim ejusmodi dos reddi debeat, Falcidia cessat. Posteriori verò casu, quia dos redditur intra annum, legatum parit commodum repræsentationis: propter quod commodum est locus Falcidiæ, ita tamen,

men, ut mulier, quo minus accipit ex fideicommisso, id suo tempore actione de dote petere possit, ad l. *l. un. C. de rei ux. act.*

Ad l. 2. §. 1.

Verb. Quod deducta. Opp. Etiam quis possit rogari restituere ultra id, quod ei relictum, *l. 70. §. 1. de leg. 2.* Resp. Ex ipso textu opposito apparet, quod casus ibi singularis & exceptus proponatur.

Ad l. 2. §. 1.

Verb. Cum fructibus. Obst. *l. 83. de leg. 3.* quod dubium ipse Gothofredus solvit.

Ad l. 3.

Obst. *l. 108. §. 7. de leg. 1.* Resp. Inspiciendum est, utrum verbum amplius ad personas, an ad res referatur. Nam si referatur ad personam, non censetur res repetita, veluti amplius, quàm Titio legavi, heres meus Sejo decem dato, *d. text. oppos.* Si ad res referatur, rem repetitam & aliquid adjectum esse apparet, veluti, heres meus ibi fundum dato: Sejo hoc scilicet fundo amplius decem. Item, Titio amplius, quàm decem aureos do, *h. l. 3. jung. l. 13. l. 54. de leg. 3.* Hæc ita procedunt, cùm res diversæ legatæ sunt, ut in dictis legibus. Cæterum si pecunia legetur, nunquam videtur testator repetiisse legatum; sed tantùm multiplicasse, *d. l. 108. §. 7. de leg. 1. vers.* NAM ET, &c. Diversitatis ratio est, quia fundus, Stichus, aliudve corpus, si sæpius legetur, semper est idem corpus & eadem res, decem autem si sæpius legentur, non sunt eadem decem, add. *l. 34. §. 1. & §. sed si non corpus, de leg. 1.* Porro obstat, *l. 30. de Leg. 1.* Resp. Ipse Gothofredus quod speciale sit in Dote. Similiter etiam dubia, quæ circa *l. 5. l. 7. princ. §. 1. §. 2.* occurrunt, idem solvit Gothofredus.

Ad *l.* 7. §. 2.

Verb. fin. Pro ea quantitate. Obst. Quod imo in solidum detur actio per *l.* 28. *&* 29. *de Procurat.* Resp. Hîc pro quadrante tenetur heres, quem maritus defendit, non maritus, quia pro ea parte maritus in rem alienam intercessit, non in suam rem, sive heredis nomine, non suo, litigavit igitur partim proprio nomine, partim alieno, conf. *l.* 1. §. *impropria. ff. Quando app. sit licit*, certissimum verò in jure est, defensorem litis alienæ condemnatum non teneri actione judicati, nisi quatenus in rem suam intercessit, sed teneri dominum litis, seu executionem fieri adversus dominum litis.

Ad §. 3. *item l.* 8. *&* *l.* 14.

Dubia quæ hic movet, idem etiam solvit Gothofredus.

TIT. V.

De optionibus legatis.

Ad l. 8. §. 2.

VErb. Non videor. Obst. *l.* 2. *in f. soluto matrimon.* Resp. Non dicitur ibi, quod furiosus contentire possit; sed quod aliquando habeatur pro consentiente, quippe qui propter furoris vitium dissentire non possit. Sive quod nuptiæ filii absque consensu furiosi patris subsistant, quoniam consensum exprimere non possunt.

Ad l. 18.

Obst. *l.* 27. §. 7. *de pact.* Resp. Alia est ratio repudiationis, alia pacti: Nam repudiari non potest, quod peti nequit: proinde & quod sub conditione relictum est, ante conditionem impletam frustra repudiatur, *l.* 45. §. 1. *de leg* 2. Pacto autem remitti potest etiam jus, quod nondum competit, sed competi-

turum speratur, *l.* 46. *de pact.* & relictum quoque sub conditione potest conditione pendente in pactum cadere & pacto omitti, *l.* 1. *C. eod. tit.* Cùm igitur genus debetur, licet paciſci de ſpecie: non tamen licet repudiare ſpeciem, propterea quod ea ſpecie, antequam electa ſit, non debetur legatario, adeoque nec repudiari ab eo poteſt.

Ad l. 20.

Obſt. *l.* 67. *princ. de leg.* 2. Reſp. Ibi alius caſus proponitur, conf. *l.* 8. §. 2. *h. t.* Ratio autem in hac *l.* 20. hæc eſt, quia omne jus legati prima teſtatione conſumpſit, nec jam ulla veſtimenta eſſe in hereditate intelliguntur, quæ optari poſſint, *l.* 10. *h. t.*

TIT. VI.

De tritico, vino, & oleo legato.

Ad l. 1.

OBſt. *l.* 3. *princ. h. t.* Reſp. Diſtinguendo: Aut vinum reliquit teſtator, & acetum, quod vini locum habet, & tunc vini amphoris centum legatis continetur etiam acetum, quod vini numero habuit teſtator, *h. l.* 1. *&* *l.* 2. Aut nullum teſtator vinum reliquit, neque etiam acetum, quod vini numero habuerit; & tunc heres debet emere vinum & merum præſtare legatario, nec liberatur præſtando acetum, quod apud venditorem vini numero fuit: quin vinum cùm non haberet, legavit, de vino planè ſenſiſſe videtur, quod vinum eſſet propriè non de aliquo liquore, quo quis alius pro vino uteretur.

Ad l. 5.

Obſt. *l.* 12. *de alim. legat.* item *l.* 13. *h. t.* *l.* 17. §. *vini. de ann. leg.* *l.* 26. *princ. quando dies leg. ced.* Reſp. Aut teſtator legavit ſemel tantùm, aut in ſingulos annos; priori caſu nihil debetur ultra, quàm primo anno in fundo natum eſt, *h. l.* 5. niſi contraria

ſit

ſit teſtatoris voluntas, quæ voluntas præſumitur, ſi conjunctæ perſonæ, ut fratri ſuo legaverit, *d. l.* 26. Poſteriori caſu ſit quaſi annorum conjunctio quædam, ita ut quod aliquo anno deeſt, ex reditibus aliorum annorum ſuppleatur, *d. l.* 13. *h. t. d. l.* 17. §. *ult. de ann. leg.* Neque etiam obſtat *lex* 83. §. *ſacram. verſ. pro quo de V. O.* Reſp. Ibi quispiam ſtipulatus fuit centum amphoras vini ex fundo illo, non, ut noſtro caſu ex reditu illius fundi. Quapropter ex eo fundo quandocunq; percipiantur, debentur. Quod ſi ex reditu præſtandæ fuiſſent, quia primum reditum intelligimus, nihil promiſſor debuiſſet ultra primi reditus quantitatem. *arg. l.* 39. §. 1. *de contrah. emt.*

Ad l. 9. *princip.*

Verſ. Certè verb. œnomeli. **Obſtare videntur** verba initialia hujus ipſius legis, verſ. ſimul ſunt. Reſp. Oenomeli hic non eſt mulſum, ſed vinum natura dulciſſimum ſine ulla mixtura mellis, & ſaltem propter dulcedinem à melle appellationem habet. Sic etiam melinila dicuntur poma perdulcia, & aliàs mellita dicuntur, quæ ſunt valde dulcia, etiamſi mellis nihil habeant.

TIT. VII.

De Inſtructo vel inſtrum. legato.

Ad l. 4.

DUbium quod hic movet, ipſe etiam ſolvit Gothofr.

Ad l. 5.

Obſt. §. 17. *inf. Inſt. de legat.* Reſp. Iſta duo legata quando ad verba comparantur, quantum ad teſtatoris ſententiam diſtinguuntur, quia ſi fundum cum inſtrumento legaverit, manifeſta eſt ejus voluntas, quod inſtrumentum ſeorſim à fundo non de-

 beatur,

beatur, proinde non audietur legatarius, si probare velit aliam fuisse defuncti sententiam, sed omninò à petitione legati submobitur. *l.* 1. §. 1. *h.t.* Cùm autem testator legaverit fundum instructum, in dubio quidem sequemur scripturam, ac dicemus, fundo à testatore alienato nihil videri legatum; sed admittemus tamen contrariam probationem, ac voluntas testatoris si probata fuerit, prævalebit scripturæ. Quocirca PAULUS *in h. l.* 5. saltem vult posse esse instrumentum legatum, si nimirum probetur testatorem id voluisse. Add. *Ex.* 35. *th.* 58.

Ad l. 12. §. 10.

Obst. *l.* 18. §. 2. *in f. h. t.* Resp. Ibi negatur molam & asinum ad molam pertinentem instrumenta fundi esse. Hic autem non agitur de asino molendario; sed machinario.

Ad ejusd. l. §. 16.

Obst. §. 17. Resp. Sic patet ex ipsis textibus. De aliis enim velis loquitur §. 16. *de aliis* 17. §.

Ad ejusd. l. §. 23.

Obst. *l.* 245. *de V. S.* Resp. PAPINIANUS *in hoc* §. 23. loquitur de instrumento domus legato, at negat eo legato statuas affixas contineri, quia sunt portio quædam domus; instrumentum autem non est domus portio.

Ad ejusd. l. §. 28.

Verb. Vina. Obst. 15. §. 1. *h. t.* Responsio patet ex ipsis textibus. Hic enim §. 18. saltem agit de vinis, quæ ipsius fundi usus causa ibi sunt; textus verò opp. de vinis reservatis sive custoditis.

Ad ejusd. l. §. 45.

Verb. Cautiones. Obst. *l.* 86. *de leg.* 2. Ubi responsum est.

Ad

Ad ejusd. l. §. 46. in f.

Obst. *l. 9. de suppellect. leg.* Responsio continetur in ipsa *lege 9.*

Ad l. 13. fin.

Obstat locus apud PAULUM *l. 3. sentent. Tit. 8. §. 61.* Resp. Cum CUJAC. ex ipso textu *l. 13.* quòd scil, distinguendum habet inter legatum tabernæ cauponæ, de ipso intelligendus textus opp. & legatum cauponæ, de quo *in f. hujus pr.*

Ad l. 19. §. 1.

Verb. Suppellectilem. Obst. *l. 16. pr. h. t.* Resp. Textus in *h. §. 1. l. 19.* intelligendus est de pleniore legato, quo voluntas legantis apparet, quod non saltem instrumentum fundi; sed etiam instrumentum patrisfam. quod suppellex est, contineatur. Textus verò opp. agit de legato restrictiori ad instrumentum villæ sive fundi solum.

Ad l. 20.

Obst. *l. 12. §. 7. h. t.* Resp. Textus opp. agit de mancipiis, quæ degunt unà cum uxore & liberis in villis & ad usum villæ adhibendum. Hic autem agitur de actore, qui in civitate moratus est.

Ad l. 25.

Vers. Nec quærendum. Obst. Quod jus potius, quàm factum inspiciendum sit. *l. 12. de Offic. Præs.* Resp. Hic non agitur, quod jure parari debeat pecus, sed quid utilitas & necessitas fundi requirat, nec tamen à patrefam. paratum sit, adeoque nec legatum esse significatur.

Ad l. 26. §. 1. in fin.

Obst. *l. 18. §. 2. h. t.* Resp. Mola instrumento fundi legato

non continetur dicto textu opp. sed molæ manuariæ sunt instrumentum ædium. *h. l.* 26.

Ad l. 27. §. 3. in f.

Obst. *l. 92. de leg.* 3. ubi jam solutio est addita.

Ad l. 28. in f.

Obst. *l. 7. in f. de aur. & arg. leg.* Resp. Agitur in *h. l.* 28. de fundo instructo legato, quod legatum generalius est, indeque tempus mortis spectatur. At textus opp. agit de legato specialiori auri & argenti.

TIT. VIII.

De peculio legato.

Ad l. 2.

OBst. *l.* 12. *h. t.* Resp. Ibi planè alius casus proponitur, quo nimirum post mortem demum legantis servus est mortuus. Præterea notanda est ad hanc *l.* 2. hæc limitatio, nisi accessiones pretiosiores sint, vel plures reditus habeant, quam principales res; tunc enim non extinguuntur. Alia quoque subest ratio in casu, *l. 2. C. de luit. pignor. l.* 10. *quib. mod. usufr. amitt.* Obst. Etiam, *L.* 22. §. 1. *de instruct. vel instr. leg.* Resp. Ibi generalius est legatum, & peculium non tam accessorium, quam æque principale videtur.

Ad l. 6. princip.

Dubium quod hic movet, ipse etiam solvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obst. *l.* 24. *h. t.* Resp. Regulariter servo legato non censetur simul peculium legatum, nisi expresse dicatur, *d. textu oppos. thes.* 59. *Exerc.* 35. In hac verò *l.* 6. §. 2. est exceptio, quando nimirum dominus servo libertatem relinquit, ipsi vicarium legat,

gat, tunc una cum libertate & vicario videtur etiam peculium vicarii concessisse.

Ad l. 14.

Obst. *l.* 34. *de usufr.* Resp. Textus oppositus loquitur de voluntate dubia, ubi respicitur ordo; hîc agitur de voluntate certa.

Ad l. 15.

Obst. *l.* 36. *princ. de leg.* 1. Resp. In nostro textu *l.* 15. in genere quidem ancillæ legatæ sunt uxori; sed in specie peculium servo, cujus portio est ista una ancilla; adeoque nec censetur exempta ab isto legato generali. In textu verò opposito alius casus habetur.

Ad l. 18.

Obst. *l.* 1. §. *per contrarium, de dote præleg.* Ubi hoc dubium jam solutum.

Ad l. 20

Obst. *l.* 7. *de manumiss.* Resp. Ibi volente patre manumiserunt filii; hîc non.

Ad l. 24.

Obst. *l.* 6. §. 2. *h. t.* Ubi responsum est.

TIT. X.

De Suppellectili legata.

Ad l. 3. *princ.*

VErb. Pelves. Obst. *l.* 19. §. 9. *de aur. & arg. leg.* Resp. Distinguendum (1) est inter pelvem argenteam & ex alia materia confectam. Textus in *h. l.* 3. loquitur de pelvi non argentea, ut ex §. *ult.* apparet, quæ non potest contineri sub appellatione argenti, sed suppellectilis; textus verò oppositus loqui-

loquitur de pelvi argentea, de qua subdistinguendum est; aut enim respicimus ad prisci seculi severitatem, non utentis suppellectili argentea; aut morem postea receptum. Respectu illius seculi nullum vas argenteum pertinet ad suppellectilem, postea verò suppellectili aurea & argentea usi sunt Romani, add. *th.* 65. *hujus Exerc.* 35. & dependet hoc à voluntate patrisfamilias, quid loco suppellectilis habeat, *l.* 3. §. *ult. l.* 7. §. 1. *l.* 9. §. 1. *eod. tit. l.* 19. §. 8. *de aur. & arg. legat.*

Ad ejusd. l. §. ult. verf. fin.

Obst. *l.* 23. §. *servum, de fideicomm. libert.* Resp. In hoc §. testator cum multis erravit circa significationem vocabuli, putans appellatione suppellectilis contineri etiam vasa argentea contra veterum Romanorum severitatem, quæ per luxum postea mutata, & inde candelabra etiam argentea perinde ut figulina, vulgus cupit ad suppellectilem referri: hic igitur communis error circa verbi significationem facit jus, hoc est, facit, ut ita applicetur jus, quod scilicet legata suppellectile intelligantur etiam vasa argentea & aurea. In textu verò opposito solus testator erravit circa verum dominium & juris effectum, falso existimans, retineri dominium rerum, à se filio militi, in castra eunti, donatarum, ac de eis tanquam suis in testamento disponens per fideicommissum.

Ad l. ult.

An fundo legato instrumentum comprehendatur, jam expositum est, & dubium solutum ad titulum de instructo vel instrumento legato.

LIB.

LIB. XXXIV.

TIT. I.

De alimentis vel cibariis legatis.

Ad l. 6.

VErb. Habitatio debetur. Dubium, quod circa hæc verba movet, etiam ſolvit Gothofredus.

Ad eand. l.

Verſ. Quæ ad diſciplinam. Obſt. *l.* 4. *ubi pupill.educ.deb.* Reſp. In dictatis, *ad th.* 67. *in fin.*

Ad l. 8.

Verſ. Diverſa. Obſt. *l.* 7. *Si cui plus, quàm per leg. Falc.* Reſp. In hoc verſ. diverſa, coheres ut miniſter conſtitutus, nullumque lucrum habiturus cavebit, pro parte decedentium libertorum, coheredibus reſtituere. *l.* 3. *h.t. l.* 17. *pr. de leg.* 2. *Add. l.* 107. *de leg.* 1.

Ad l. 12.

Obſt. *l.* 5. *de tritic. vin. vel ol. legat.* ubi jam ſolutio eſt addita.

Ad l. 13. *pr. &* §. 1.

Dubia quæ hic movet, ſolvit etiam Gothofredus.

Ad l. 14. §. *ult.*

Verſ. Nam & hauſtus. Obſt. *l.* 1. §. 1. *l.* 20. §. *ult. de ſerv. prædior. ruſticorum.* Reſp. Aquæ hauſtus & pecoris ad aquam appulſus, ſi prædio eſt utilis, eſt ſervitus prædii, *dd. textib. opp.* Sin verò immediatè perſonæ utilitatem præbeat, eſt ſervitus perſonæ. *h. l.* 14. §. *ult. it. l.* 4. *l. penult. eod. tit. l.* 21. *de uſu & habit. Vid. Ex.* 13. *th.* 27.

Ad l. ult.

Obst. *l.* 8. §. *qui transiit. de Transact.* Resp. Appellatione alimentorum continentur quidem habitatio & vestiarium, quasi species appellatione generis; sed in transactione de alimentis ideò non veniunt, quia DIVUS MARCUS favore alimentorum constituit, ut de his, non verbis generalibus, sed nominatim & specialibus transigatur.

TIT. II.

De auro & argento legato.

Ad l. 9.

OBst. *l.* 35. *h. t.* Resp. In hac *lege* 9. verbum DEBET accipiendum est, pro POTEST: Nam verbis debere & posse promiscuè utuntur Autores juris, ut CUJACIUS observat. *l.* 13. *obs.* 17. Heres igitur materiam solvere quidem potest, non tamen cogitur, si pretium dare maluit.

Ad l. 7.

Verb. Testamenti &c. Obst. *l.* 28. *de instruct. & instr. leg.* Ubi jam hoc dubium solutum.

Ad eand. l.

Verb. Non futurum. Obst. *l.* 25. §. 6. *h. t.* Resp. Hæc inter se non pugnant per distractionem: MEUM, præsens tempus respici, & significari vestem, quam quis ipse in usus suos habuit.

Ad l. 8.

Vers. Omnem vestem. Itidem obstat *d. l.* 25. §. 6. Resp. In opp. textu regula constituitur, à qua excipitur casus in *h. l.* 8. ubi testatrix vestem suam & mundum & ornamenta mulie-

bria

bria legavit: Nam verbum: muliebria coangustat legatum ad ea ornamenta, quæ testatricis usui erant: Quare cùm hæc coangustatio sit ornamentorum propria: apparet, testatricem hoc casu omnem suam vestem legare voluisse, non muliebrem duntaxat suis usibus destinatam.

Ad l. 15. in f.

Obst. (1) *l.* 12. *de usufr. earum rerum, quæ usu.* Resp. Hic fideicommissum est relictum, non ususfructus constitutus: & terminus ususfructus saltem hic significat utilitatem sive illud jus utendi, quod ex fideicommisso habet. Obst. (2) *l.* 25. *de usufr. leg.* Resp. Planè alius ibi proponitur casus.

Ad l. 19. §. 1.

Obst. §. *ult. h. l.* 19. Ad quem respondet Gothofr. Itidem quæritur de margarita an sit lapis. *vid. Miscell. nostr.*

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l.* 3. *pr. de suppellect. leg.* ubi hoc dubium solutum.

Ad l. 32. §. 6.

Obst. *l.* 90. *pr. &* §. *sciendum de legat.* 3. Resp. Si lana simpliciter legata sit, non videtur tincta legata; sed qui omnem lanam legavit, etiam tinctam legasse videtur: Tale fuit legatum in *hoc* §. 6. Quia vox subsequens: OMNIA, etiam ad præcedentia refertur.

Ad l. 33.

Obst. *l.* 110. *in f. de V. O.* Resp. Distinguendum est inter legata & stipulationes: Nam legatum pendet à sola voluntate testatoris, qui non videtur vocasse muliebrem eam, qua ipse utebatur quasi virili. Stipulatio autem valet ex utriusque consensu, & promissoris responsio interpretationem accipit ex interrogatione stipulantis. §. *præterea. de inutili stipul.* Unde promissor videtur eam muliebrem vestem promisisse, de qua stipulator locutus

Nn 2 est,

est, licèt ipse uteretur quasi virili. Cui solutioni obstat, quòd in dubio contra stipulantem facienda sit interpretatio. *l. 99. pr. de V.O.* Resp. Verba: vestis muliebris: non sunt dubia aut ambigua, & cùm loquendi usitata ratio faveat stipulanti, quia vestis, de qua quæritur, muliebris ab omnibus appellatur, licèt promissor loco virilis habuerit: Porro secundum stipulantem respondendum est, nisi aliter actum probetur.

Ad l. 34. in fin.

Obst. *l. 85. de leg. 3.* ubi jam solutio est addita.

Ad l. 35. princip.

Vers. Pretium. Obst. *l. 9. h. t.* ubi itidem jam responsum est.

Ad l. 32. §. 1.

Verb. Auro facto adnumerandum. Obst. *l. 20. eod. tit.* Resp. In casu *l. 32.* prævalet aurum. In textu verò opp. gemmæ prævalent, adeoque aurum ipsis cedit.

TIT. III.

De liberatione legata.

Ad l. 3. §. 1.

OBst. *l. 1. de donat. l. 3. l. 42. inf. de donat. m. c.* Resp. Ex istis circumstantiis colligendum est, an sit donatio inter vivos, an fideicommissum, an donatio m. c.

Ad eand. l. §. 3. 4.

Dubia hîc mota ipse solvit Gothofredus.

Ad eand. l. §. 5. in f.

Obst. *l. 112. §. ult. de V. O.* Resp. Quod intersit creditores

tores duos reos habere non negatur in *oppof. textu*, sed planè alia quæstio ibi proponitur.

Ad l. 4. princ.

Obst. *l. 6. h. t.* Ad quem textum respondet Gothofredus.

Ad l. 5. princ. in f.

Obst. *l. 16. §. 1. ad SCtum Vellej.* Resp. Patet ex ipso textu *l. 5.* quod alia sit hic mens legantis.

Ad l. eand. §. 2.

Vers. Huic patri, verb. repetere non posse.

Obst. *l. 26. §. adeò, 7. in f. de condict. indeb.* Resp. Non intelligitur in hac *l. 5.* solutum post liberationem legatam, cùm enim quæreret, an hæc legata valerent? respondet, valere: Dubitandi autem causam hanc proposuit, quod pater teneatur peculiotenus, & fingitur, nihil fuisse in peculio, cùm dies legati cederet. Item maritus condemnatur, in quantum facere potest, & fingitur, eum non esse solvendo, quamobrem videbantur legata inutilia, perinde ac si ei legata fuisset liberatio, qui nihil deberet: Hac dubitatione non obstante dicitur dicta legata valere, quoniam ex eis legatarii securitatem accipiunt; aliquando maritus incipiet esse solvendo, aut aliquid incipiet esse in peculio, & tunc poterit ab eis exigi. Ut autem JCtus docet, patrem maritumve teneri, utrumque ait solutum repetere non posse, quippe quod certissimum obligationis est argumentum. Verùm hæc obligatio per legatum liberationis tollitur; neque enim ait JCtus eam post legatum manere; sed probat solùm obligationem subfuisse, quæ quamdiu adest, impedit repetitionem, sed non postquam per legatum remissa est.

Ad l. 7. §. 1.

Verb. In decem liberavit. Obst. *l. 11. de alim. legat.* Resp. Ibi speciei liberatio est hic unius partis alternativæ.

Ad l. 15. princ.

Obst. *l. 20. princ. verb.* DIVERSUM, &c. Resp. In hac *l.* 15. testator simpliciter vetuit peti: ideoque nunquam peti potest. In textu verò opposito prohibuit exigi, quamdiu Titius viveret. Ergò post Titii mortem heres ejus recte convenietur.

Ad l. 13.

Verb. Nullius momenti. Obst. Quod legatum tale liberationis actionem pariat, ut legatarius liberetur per acceptilationem, *l.* 3. §. 3. *h. t.* Resp. Non opus habet hac actione is, qui jam ante exceptione perpetua tutus est.

Ad l. 28. §. 4.

Obst. *l. ult. §. 2. h. t.* Resp. Omnino volunt interpretes particulam negativam NON *in textu oppos.* esse tenendam, quia cùm liberatio tutori legata est, res testatoris legato non continentur, add. *l.* 20. §. 1. *h. t.*

Ad §. 7. in f.

Obst. *l.* 31. §. 1. *h. t.* Resp. Diversi casus in dictis textibus tractantur. Nam in §. 7. testator omninò vetuit manumissum rationes reddere, quare si reliqua solveret, contra jussum testatoris faceret, quia ad rationes reddendas pertinet solutio reliquorum, *l.* 32. *l.* 82. *de cond. & demonstr.* At in *textu oppos.* testator vetuit heredem à manumisso exigere, si quid se vivo gesserit: Ergò non prohibetur heres reliqua petere, quæ manumissus in administratione perseverans post mortem testatoris debet.

Ad ejusd. l. §. 12.

Obst. *l.* 27. *de procurat.* Quòd scilicet non concessum sit pro parte probare & pro parte reprobare. Resp. In textu opposito variatio est alteri nociva; Hic verò nemini nocebat; sed tutor ad probationem ejus, quod verè erogavit, admittitur.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l. 13. princ. de Instit. actione.* Resp. In casu textus oppositi creditor volebat iterum agere ex eodem contractu & eadem actione; id verò tantum mutabat, quod priori judicio dixit, pecuniam in causam mercium, quibus servus præpositus erat, creditam fuisse; sed cùm id probare non potuisset, posteriori judicio asserebat, servum pecuniis quoque mutuis accipiendis præpositum fuisse. In casu verò *hujus §. ult.* omninò causa & actio mutatur: Prius enim judicium fuit de mutuo; posterius de fideicommisso.

Ad l. 29.

Vers. Quodsi. Obst. *l. 5. §. 1. de donat. inter vir. & uxor.* Ubi jam hoc dubium solutum.

TIT. IV.

De adimendis & transferendis legatis.

Ad l. 1. in f.

OBst. *l. 1. de S. R. P.* Resp. Habetur in *Exerc.* 12. *thes.* 20. *in f.*

Ad l. 10. §. 1.

Obst. *l. 25. ad SCtum Trebell.* Ad quem textum respondet Gothofredus.

Ad l. 11.

Obst. *l. 8. §. 1. de liber. leg.* Ubi hoc dubium solutum, addatur etiam Gothofredus.

Ad l. 13.

Obst. *l. 3. §. 1. ad SCtum Syllan. item Nov. 115. §. causa.* Itidem hoc dubium ipse solvit Gothofredus.

Ad

Ad l. 14.

Obst. *l.* 20. *h. t.* Resp. Dubium hoc solvitur in hac *Exerc.* 35. *th.* 83. *n.* 1.

Ad l. 15.

Verb. Non debetur. Obst. *l.* 79. § *ult. de legat.* 3. Resp. Legatum eo casu, quo servus manumissus fuit, non convalescit servo in potestatem recidente, quasi novus homo sit, non ampliùs is, qui legatus fuit, *l.* 27. §. 1. *in f. h. t.* Eo autem casu, quo fuit alienatus, si postea redimatur, peti quidem ex testamento potest, sed petens legatarius submovebitur doli mali exceptione, nisi probet eandem fuisse voluntatem defuncti postquam servum redemit, *h. l.* 15. quia cùm alienavit, videtur tacitè legatum revocasse, nisi legatarius probet eum non adimendi animo alienasse. Ergo in servo alienato legatarius alterutrum probare debet, aut testatoris perseverantiam in eadem legandi voluntate, aut novam voluntatem. In servo autem manumisso non potest durare testatoris voluntas, nisi fortè ratione æstimationis: Sed nova voluntas omnimodo locum habere potest, secundùm hanc limitationem accipienda est lex opposita: ubi dicitur servum postea factum peti posse aut fieri posse, ut rectè petat istum legatarius, nimirum si testatoris voluntatem probet, add. *hac Exerc.* 35. *th.* 82. *n.* 2. Aliter respondet glossa, h. m. In textu opposito post mortem testatoris recidit in servitutem, nec posthabuit novam voluntatem; Hîc verò ante mortem & posthabuit novam voluntatem.

Ad l. 20. & 21.

Dubia quæ circa hos textus movet Gothofredus, idem solvit, item circa *l.* 23.

Ad l. 27. in f.

Obst. *l. 79. in f. de leg. 3.* Ad quem textum jam responsum est *ad l. 15. h. t.*

TIT. V.

De rebus dubiis.

Ad l. 3.

VIde *not. ad th. 74. Exerc. 10.*

Ad l. 9. §. 1.

Obst. *§. 4. h. l. 9. item l. 17. §. 7. ad SCtum Trebell. ad l. 9. §. 4.* Resp. In hac *Exerc. 35. thes. 88. vers.* ALIQUANDO, item in præcedentibus, quod scilicet filius pubes censeatur supervixisse patri, add. *l. 22. h.* Si autem filius fuerit impubes, creditur pater supervixisse, *d. §. 4.* Ad textum in *l. 17. §. 7.* Resp. Patet ex eadem *th. 88. in fin.*

TIT. VI.

De his, quæ pœnæ causa relinquuntur.

SIlet.

TIT. VII.

De regula catoniana.

Ad l. 1. §. 1. in f.

OBst. *l. 56. de hered. instit.* ubi solutio jam est addita.

Ad l. ult. §. fin.

Obst. *l. 1. princ. h. t. & l. 41. §. tractari, 2. de leg. 1.* Resp. Patet ex *th. 91. hujus Exerc. 35.* Nimirum in textibus oppositis agitur de legato puro, in hoc §. *ult.* de legato conditionali, h. e. de fundo tuo tibi relicto sub hac conditione: si vivo testatore cum alienaveris. Et rectè monet PACIUS in libris ἐναντιοφ. quòd in hoc §. *ult.* interpunctio sit mutanda, ita ut post verba tuus est, comma sit; & post vocem alienaveris, colon (constituatur) apponatur.

TIT. IIX.

De his, quæ pro non scriptis habentur.

Ad l. 1. in fin.

OBst. *l. 29. de hered. inst.* ubi solutio est annotata.

TIT. IX.

De his, qui ut indigniar, &c.

Ad l. 1.

OBst. *l. 5. §. ult. h. t. l. 13. §. pen. de jure fisc.* Ubi traditur, eum, qui indignus est legato ei relicto, indignum quoque esse præmio delationis; In *l. 1.* verò dicitur, quod præmium ipsi relinquatur. Resp. (1) Illæ leges oppositæ loquuntur de eo, cui tacitè in fraudem legum legatum est: hic si se deferat ultrò, ex Edicto Trajani consequitur pro præmio dimidiam partem. Verùm si quadam alia causa sit indignus, ut, quia falsum testimonium dixit, repellitur etiam ab illa dimidia parte, quoniam præmium delationis est pars legati, quod ob suam indignitatem dicitur amittere. In casu verò *hujus legis primæ*, præmium delationis

Ad l. 57.

Obst. *l.* 1. §. 12. *de dote prælegat.* Resp. (1) Aut Mulier dotem ex causa fideicommissi petere potest; quia testator dotem extraneo legavit, & ejus fidei commisit, ut dotem mulieri restitueret: Aut dos est in modo posita, ex quo ante Constitutionem GORDEANI *l.* 2. *C. de his, quæ sub modo*, actio non dabatur. Priori casu est locus Falcidiæ per text. oppositum, non verò posteriori, *per h. l.* 57. Resp. (2) Aut dos in re immobili consistit; aut in alia re. Priori casu quia nullum subest commodum repræsentationis, cùm statim ejusmodi dos reddi debeat, Falcidia cessat; posteriori casu, quia dos redditur intra annum, legatum parit commodum repræsentationis: propter quod commodum est locus Falcidiæ, ita tamen, ut mulier quo minus accipit ex fideicommisso, id suo tempore per actionem de dote petere possit. Resp. (3) In spectando exitu non habet locum Falcidia, quia uti jam dictum, quod detrahitur per Falcidiam, petitur actione de dote, sed respectu commodi repræsentationis habet locum juxta text. opp.

Ad l. 68. pr. in f.

Vers. Non quam. Obst. *l.* 8. §. 10. *in f. de transact.* Resp. Si minus quam 30. annis vel ultra eos quis vivat vel repetitur à legatario, quod ultra habuit, & proficit aliis legatariis, vel ulterius prout vixerit, dabitur legatario.

Ad ejusd. l.

Vers. Sic denique. Obst. *l.* 56. *de usufr.* *l.* 8. *de usu & usufr. legato.* Resp. Non dicitur in hoc textu *legis* 68. finiri 30. annis legatum, sed æstimari, quantum valent fructus respectu ejus temporis, sed si interim non finiatur usufructus, fiet iterum æstimatio in alios 30. annos.

loquitur de pelvi argentea, de qua subdistinguendum est; aut enim respicimus ad prisci seculi severitatem, non utentis suppellectili argentea; aut morem postea receptum. Respectu illius seculi nullum vas argenteum pertinet ad suppellectilem, postea verò suppellectili aurea & argentea usi sunt Romani, add. *th.* 65. *hujus Exerc.* 35. & dependet hoc à voluntate patrisfamilias, quid loco suppellectilis habeat, *l.* 3. *§. ult. l.* 7. §. 1. *l.* 9. *§.* 1. *eod. tit. l.* 19. *§.* 8. *de aur. & arg. legat.*

Ad ejusd. l. §. ult. vers. fin.

Obst. *l.* 23. §. *servum, de fideicomm. libert.* Resp. In hoc §. testator cum multis erravit circa significationem vocabuli, putans appellatione suppellectilis contineri etiam vasa argentea contra veterum Romanorum severitatem, quæ per luxum postea mutata, & inde candelabra etiam argentea perinde ut figulina, vulgus cupit ad suppellectilem referri: hic igitur communis error circa verbi significationem facit jus, hoc est, facit, ut ita applicetur jus, quod scilicet legata suppellectile intelligantur etiam vasa argentea & aurea. In textu verò opposito solus testator erravit circa verum dominium & juris effectum, falso existimans, retineri dominium rerum, à se filio militi, in castra eunti, donatarum, ac de eis tanquam suis in testamento disponens per fideicommissum.

Ad l. ult.

An fundo legato instrumentum comprehendatur, jam expositum est, & dubium solutum ad titulum de instructo vel instrumento legato.

LIB.

LIB. XXXIV.

TIT. I.

De alimentis vel cibariis legatis.

Ad l. 6.

VErb. Habitatio debetur. Dubium, quod circa hæc verba movet, etiam ſolvit Gothofredus.

Ad eand. l.

Verſ. Quæ ad diſciplinam. Obſt. *l.* 4. *ubi pupill. educ. deb.* Reſp. In dictatis, *ad th.* 67. *in fin.*

Ad l. 8.

Verſ. Diverſa. Obſt. *l.* 7. *Si cui plus, quàm per leg. Falc.* Reſp. In hoc verſ. diverſa, coheres ut miniſter conſtitutus, nullumque lucrum habiturus cavebit, pro parte decedentium libertorum, coheredibus reſtituere. *l.* 3. *h. t. l.* 17. *pr. de leg.* 2. *Add. l.* 107. *de leg.* 1.

Ad l. 12.

Obſt. *l.* 5. *de tritic. vin. vel ol. legat.* ubi jam ſolutio eſt addita.

Ad l. 13. *pr.* & §. 1.

Dubia quæ hic movet, ſolvit etiam Gothofredus.

Ad l. 14. §. *ult.*

Verſ. Nam & hauſtus. Obſt. *l.* 1. §. 1. *l.* 20. §. *ult. de ſerv. prædior. ruſticorum.* Reſp. Aquæ hauſtus & pecoris ad aquam appulſus, ſi prædio eſt utilis, eſt ſervitus prædii, *dd. textib. opp.* Sin verò immediatè perſonæ utilitatem præbeat, eſt ſervitus perſonæ. *h. l.* 14. §. *ult. it. l.* 4. *l. penult. eod. tit. l.* 21. *de uſu & habit. Vid. Ex.* 13. *th.* 27.

Ad l. ult.

Obst. *l.* 8. §. *qui transiit. de Transact.* Resp. Appellatione alimentorum continentur quidem habitatio & vestiarium, quasi species appellatione generis; sed in transactione de alimentis ideò non veniunt, quia DIVUS MARCUS favore alimentorum constituit, ut de his, non verbis generalibus, sed nominatim & specialibus transigatur.

TIT. II.

De auro & argento legato.

Ad l. 9.

OBst. *l.* 35. *h. t.* Resp. In hac *lege* 9. verbum DEBET accipiendum est, pro POTEST: Nam verbis debere & posse promiscuè utuntur Autores juris, ut CUJACIUS observat. *l.* 13. *obs.* 17. Heres igitur materiam solvere quidem potest, non tamen cogitur, si pretium dare maluit.

Ad l. 7.

Verb. Testamenti &c. Obst. *l.* 28. *de instruct. & instr. leg.* Ubi jam hoc dubium solutum.

Ad eand. l.

Verb. Non futurum. Obst. *l.* 25. §. 6. *h. t.* Resp. Hæc inter se non pugnant per distractionem: MEUM, præsens tempus respici, & significari vestem, quam quis ipse in usus suos habuit.

Ad l. 8.

Vers. Omnem vestem. Itidem obstat *d. l.* 25. §. 6. Resp. In opp. textu regula constituitur, à qua excipitur casus in *h. l.* 8. ubi testatrix vestem suam & mundum & ornamenta mulie-

bria

bria legavit: Nam verbum: muliebria coangustat legatum ad ea ornamenta, quæ testatricis usui erant: Quare cùm hæc coangustatio sit ornamentorum propria: apparet, testatricem hoc casu omnem suam vestem legare voluisse, non muliebrem duntaxat suis usibus destinatam.

Ad l. 15. in f.

Obst. (1) *l. 12. de usufr. earum rerum, quæ usu.* Resp. Hic fideicommissum est relictum, non ususfructus constitutus: & terminus ususfructus saltem hic significat utilitatem sive illud jus utendi, quod ex fideicommisso habet. Obst. (2) *l. 15. de usufr. leg.* Resp. Planè alius ibi proponitur casus.

Ad l. 19. §. 1.

Obst. §. *ult. h. l.* 19. Ad quem respondet Gothofr. Itidem quæritur de margarita an sit lapis. *vid. Miscell. nostr.*

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l. 3. pr. de supellect. leg.* ubi hoc dubium solutum.

Ad l. 32. §. 6.

Obst. *l. 90. pr. &* §. *sciendum de legat.* 3. Resp. Si lana simpliciter legata sit, non videtur tincta legata; sed qui omnem lanam legavit, etiam tinctam legasse videtur: Tale fuit legatum in *hoc* §. 6. Quia vox subsequens: OMNIA, etiam ad præcedentia refertur.

Ad l. 33.

Obst. *l.* 110. *in f. de V. O.* Resp. Distinguendum est inter legata & stipulationes: Nam legatum pendet à sola voluntate testatoris, qui non videtur vocasse muliebrem eam, qua ipse utebatur quasi virili. Stipulatio autem valet ex utriusque consensu, & promissoris responsio interpretationem accipit ex interrogatione stipulantis. §. *præterea. de inutili stipul.* Unde promissor videtur eam muliebrem vestem promisisse, de qua stipulator locutus

est, licèt ipse uteretur quasi virili. Cui solutioni obstat, quod in dubio contra stipulantem facienda sit interpretatio. *l. 99. pr. de V. O.* Resp. Verba: vestis muliebris: non sunt dubia aut ambigua, & cùm loquendi usitata ratio faveat stipulanti, quia vestis, de qua quæritur, muliebris ab omnibus appellatur, licèt promissor loco virilis habuerit: Porro secundum stipulantem respondendum est, nisi aliter actum probetur.

Ad l. 34. in fin.

Obst. *l. 85. de leg. 3.* ubi jam solutio est addita.

Ad l. 35. princip.

Vers. Pretium. Obst. *l. 9. h. t.* ubi itidem jam responsum est.

Ad l. 32. §. 1.

Verb. Auro facto adnumerandum. Obst. *l. 20. eod. tit.* Resp. In casu *l. 32.* prævalet aurum. In textu verò opp. gemmæ prævalent, adeoque aurum ipsis cedit.

TIT. III.

De liberatione legata.

Ad l. 3. §. 1.

OBst. *l. 1. de donat. l. 3. l. 42. inf. de donat. m. c.* Resp. Ex istis circumstantiis colligendum est, an sit donatio inter vivos, an fideicommissum, an donatio m. c.

Ad eand. l. §. 3. 4.

Dubia hîc mota ipse solvit Gothofredus.

Ad eand. l. §. 5. in f.

Obst. *l. 112. §. ult. de V. O.* Resp. Quod intersit creditores

tores duos reos habere non negatur in *oppos. textu*, sed planè alia quæstio ibi proponitur.

Ad l. 4. princ.

Obst. *l. 6. h. t.* Ad quem textum respondet Gothofredus.

Ad l. 5. princ. in f.

Obst. *l.* 16. §. 1. *ad SCtum Vellej.* Resp. Patet ex ipso textu *l.* 5. quod alia sit hic mens legantis.

Ad l. eand. §. 2.

Vers. Huic patri, verb. repetere non posse.

Obst. *l.* 26. §. *adeò*, 7. *in f. de condict. indeb.* Resp. Non intelligitur in hac *l.* 5. solutum post liberationem legatam, cùm enim quæreret, an hæc legata valerent? respondet, valere: Dubitandi autem causam hanc proposuit, quod pater teneatur peculiotenus, & fingitur, nihil fuisse in peculio, cùm dies legati cederet. Item maritus condemnatur, in quantum facere potest, & fingitur, eum non esse solvendo, quamobrem videbantur legata inutilia, perinde ac si ei legata fuisset liberatio, qui nihil deberet: Hac dubitatione non obstante dicitur dicta legata valere, quoniam ex eis legatarii securitatem accipiunt; aliquando maritus incipiet esse solvendo, aut aliquid incipiet esse in peculio, & tunc poterit ab eis exigi. Ut autem JCtus docet, patrem maritumve teneri, utrumque ait solutum repetere non posse, quippe quod certissimum obligationis est argumentum. Verùm hæc obligatio per legatum liberationis tollitur; neque enim ait JCtus eam post legatum manere; sed probat solùm obligationem subfuisse, quæ quamdiu adest, impedit repetitionem, sed non postquam per legatum remissa est.

Ad l. 7. §. 1.

Verb. In decem liberavit. Obst. *l.* 11. *de alim. legat.* Resp. Ibi speciei liberatio est hic unius partis alternativæ.

Ad l. 15. *princ.*

Obſt. *l.* 20.*princ. verb.* DIVERSUM, &c. Reſp. In hac *l.* 15. teſtator ſimpliciter vetuit peti: ideoque nunquam peti poteſt. In textu verò oppoſito prohibuit exigi, quamdiu Titius viveret. Ergò poſt Titii mortem heres ejus recte convenietur.

Ad l. 13.

Verb. Nullius momenti. Obſt. Quod legatum tale liberationis actionem pariat, ut legatarius liberetur per acceptilationem, *l.* 3. §. 3. *h. t.* Reſp. Non opus habet hac actione is, qui jam ante exceptione perpetua tutus eſt.

Ad l. 28. §. 4.

Obſt. *l. ult.* §. 2. *h. t.* Reſp. Omnino volunt interpretes particulam negativam NON *in textu oppoſ.* eſſe tenendam, quia cùm liberatio tutori legata eſt, res teſtatoris legato non continentur, add. *l.* 20. §. 1. *h. t.*

Ad §. 7. *in* f.

Obſt. *l.* 31. §. 1. *h. t.* Reſp. Diverſi caſus in dictis textibus tractantur. Nam in §. 7. teſtator omninò vetuit manumiſſum rationes reddere, quare ſi reliqua ſolveret, contra juſſum teſtatoris faceret, quia ad rationes reddendas pertinet ſolutio reliquorum, *l.* 32. *l.* 82. *de cond. & demonſtr.* At in *textu oppoſ.* teſtator vetuit heredem à manumiſſo exigere, ſi quid ſe vivo geſſerit: Ergò non prohibetur heres reliqua petere, quæ manumiſſus in adminiſtratione perſeverans poſt mortem teſtatoris debet.

Ad ejuſd. l. §. 12.

Obſt. *l.* 27. *de procurat.* Quòd ſcilicet non conceſſum ſit pro parte probare & pro parte reprobare. Reſp. In textu oppoſito variatio eſt alteri nociva; Hic verò nemini nocebat; ſed tutor ad probationem ejus, quod verè erogavit, admittitur.

Ad

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l.* 13. *princ. de Instit. actione.* Resp. In casu textus oppositi creditor volebat iterum agere ex eodem contractu & eadem actione; id verò tantum mutabat, quod priori judicio dixit, pecuniam in causam mercium, quibus servus præpositus erat, creditam fuisse; sed cùm id probare non potuisset, posteriori judicio asserebat, servum pecuniis quoque mutuis accipiendis præpositum fuisse. In casu verò *hujus §. ult.* omninò causa & actio mutatur: Prius enim judicium fuit de mutuo; posterius de fideicommisso.

Ad l. 29.

Vers. Quod si. Obst. *l.* 5. §. 1. *de donat. inter vir. & uxor.* Ubi jam hoc dubium solutum.

TIT. IV.

De adimendis & transferendis legatis.

Ad l. 1. in f.

OBst. *l.* 1. *de S. R. P.* Resp. Habetur in *Exerc.* 12. *thes.* 20. *in f.*

Ad l. 10. §. 1.

Obst. *l.* 25. *ad SCtum Trebell.* Ad quem textum respondet Gothofredus.

Ad l. 11.

Obst. *l.* 8. §. 1. *de liber. leg.* Ubi hoc dubium solutum, addatur etiam Gothofredus.

Ad l. 13.

Obst. *l.* 3. §. 1. *ad SCtum Syllan. item Nov.* 115. §. *causa.* Itidem hoc dubium ipse solvit Gothofredus.

Ad

Ad l. 14.

Obst. *l.* 20. *h. t.* Resp. Dubium hoc solvitur in hac *Exerc.* 35. *th.* 83. *n.* 1.

Ad l. 15.

Verb. Non debetur. Obst. *l.* 79. § *ult. de legat.* 3. Resp. Legatum eo casu, quo servus manumissus fuit, non convalescit servo in potestatem recidente, quasi novus homo sit, non ampliùs is, qui legatus fuit, *l.* 27. §. 1. *in f. h. t.* Eo autem casu, quo fuit alienatus, si postea redimatur, peti quidem ex testamento potest, sed petens legatarius submovebitur doli mali exceptione, nisi probet eandem fuisse voluntatem defuncti postquam servum redemit, *h. l.* 15. quia cùm alienavit, videtur tacitè legatum revocasse, nisi legatarius probet eum non adimendi animo alienasse. Ergo in servo alienato legatarius alterutrum probare debet, aut testatoris perseverantiam in eadem legandi voluntate, aut novam voluntatem. In servo autem manumisso non potest durare testatoris voluntas, nisi fortè ratione æstimationis: Sed nova voluntas omnimodo locum habere potest, secundùm hanc limitationem accipienda est lex opposita: ubi dicitur servum postea factum peti posse aut fieri posse, ut rectè petat istum legatarius, nimirum si testatoris voluntatem probet, add. *hac Exerc.* 35. *th.* 82. *n.* 2. Aliter respondet glossa, h. m. In textu opposito post mortem testatoris recidit in servitutem, nec posthabuit novam voluntatem; Hîc verò ante mortem & posthabuit novam voluntatem.

Ad l. 20. & 21.

Dubia quæ circa hos textus movet Gothofredus, idem solvit, item circa *l.* 23.

Ad

Ad l. 27. in f.

Obst. *l. 79. in f. de leg. 3.* Ad quem textum jam responsum est *ad l. 15. h. t.*

TIT. V.

De rebus dubiis.

Ad l. 3.

VIde *not. ad th. 74. Exerc. 10.*

Ad l. 9. §. 1.

Obst. *§. 4. h. l. 9. item l. 17. §. 7. ad SCtum Trebell. ad l. 9. §. 4.* Resp. In hac *Exerc. 35. thes. 88. vers.* ALIQUANDO, item in præcedentibus, quod scilicet filius pubes censeatur supervixisse patri, add. *l. 22. h.* Si autem filius fuerit impubes, creditur pater supervixisse, *d. §. 4.* Ad textum in *l. 17. §. 7.* Resp. Patet ex eadem *th. 88. in fin.*

TIT. VI.

De his, quæ pœnæ causa relinquuntur.

SIlet.

TIT. VII.

De regula catoniana.

Ad l. 1. §. 1. in f.

OBst. *l. 56. de hered. instit.* ubi solutio jam est addita.

 Ad

Ad l. 57.

Obst. *l.* 1. §. 12. *de dote prælegat.* Resp. (1) Aut Mulier dotem ex causa fideicommissi petere potest; quia testator dotem extraneo legavit, & ejus fidei commisit, ut dotem mulieri restitueret: Aut dos est in modo posita, ex quo ante Constitutionem GORDEANI *l.* 2. *C. de his, quæ sub modo*, actio non dabatur. Priori casu est locus Falcidiæ per text. oppositum, non verò posteriori, *per h. l.* 57. Resp. (2) Aut dos in re immobili consistit; aut in alia re. Priori casu quia nullum subest commodum repræsentationis, cùm statim ejusmodi dos reddi debeat, Falcidia cessat; posteriori casu, quia dos redditur intra annum, legatum parit commodum repræsentationis: propter quod commodum est locus Falcidiæ, ita tamen, ut mulier quo minus accipit ex fideicommisso, id suo tempore per actionem de dote petere possit. Resp. (3) In spectando exitu non habet locum Falcidia, quia uti jam dictum, quod detrahitur per Falcidiam, petitur actione de dote, sed respectu commodi repræsentationis habet locum juxta text. opp.

Ad l. 68. pr. in f.

Vers. Non quam. Obst. *l.* 8. §. 10. *in f. de transact.* Resp. Si minus quam 30. annis vel ultra eos quis vivat vel repetitur à legatario, quod ultra habuit, & proficit aliis legatariis, vel ulterius prout vixerit, dabitur legatario.

Ad ejusd. l.

Vers. Sic denique. Obst. *l.* 56. *de usufr. l.* 8. *de usu & usufr. legato.* Resp. Non dicitur in hoc textu *legis* 68. finiri 30. annis legatum, sed æstimari, quantum valent fructus respectu ejus temporis, sed si interim non finiatur ususfructus, fiet iterum æstimatio in alios 30. annos.

Ad l.73.princ.

Verb. Mortis tempus. Obſt. *l.83.h.t.* Reſponſio patet ex dictatis ad *th.4.init.hujus Ex.37.*

Ad l.82.

Verb. In pendenti fore. Obſt. Quòd aliàs acceptilatio ex præſenti vires accipiat, *l.26.de ſtipul.ſervor.* Reſp. Etiam hæc acceptilatio ſtatim ſubſiſtit & firma eſt, quia mortis cauſa facta eſt, effectus ejus pendet uſque ad mortem.

Ad l.87.

Obſt. *l.91.in f.* Reſp. Intereſt: utrum iſta 50. poſita ſint in conditione v.c. fundum Titio do, lego, ſi 50. heredi meo dederit, an vero ſit quaſi pretium hereditatis, v.g. ſi teſtator ita ſcripſerit: damno te heres, ut fundum Titio vendas, 50. vel ita: heres meus fundum Titio acceptis 50. dare damnas eſto. Priori caſu heres accipit 50. mortis cauſa, nec imputat in quartam. Poſteriori caſu accipit quaſi pretium hereditatis, quod loco rei ſuccedit, ideoque imputatur in quartam. *d.l.91.& 93.h.t.*

Ad l.89.

Dubium quod hîc movet Gothofr. eſt ex jure novo, quo jus digeſtorum correctum.

Ad l.91.

Verſ. Sed in fideicommiſſaria. Obſt. Quod fideicommiſſis ſint legata exæquata. Reſp. Illa exæquatio pertinet ad fideicommiſſa particularia; hic autem agitur de fideicommiſſis univerſalibus.

Ad eund. textum.

Verb. Quartum idem. Obſt. *l.22.h.t.l.24.C.fam.herc. item l.18.in f.C.ad SCt.Treb.* Diſtinguendum hic eſt, aut heres vult detrahere de ſingularibus relictis, aut de univerſitate; quia

quia de ea restituenda sit gravatus. Primo casu, quæ accepit jure hereditario, computantur in Falcidiam; quæ verò alio modo, præcipua habet. Add. *l.* 76. *h. t.* Secundo casu, quicquid quocunque jure acceperit in quartam imputatur: veruntamen refert, utrum à legatario, an verò à coherede perceperit aliud, Quod à legatario accepit, in quartam computatur, circa ea verò, quæ à coherede accepit, distinguitur, utrum fuerit pecunia, an species, v. g. equus: Si pecuniam accepit, totum sibi computat in quartam, *d. l.* 24. *C. fam. hercisc.* si verò speciem accepit, pro parte coheredis non imputat, pro sua verò parte imputat.

Ad l. 93.

Vers. Nam in certum. Obst. *l.* 2. *C. de mort. causa donat.* Respondetur. Textus opp. loquitur de donat. mortis causa; textus verò noster de mortis causa capione. Add. *th.* 2. In illo locum habet Falcidia; in capione verò mortis causa est. *Ex.* 36.

LIB. XXXVI.

TIT. I.

Ad SCtum Trebellianum.

Ad l. 3. §. 4.

VErb. Contineri item hereditaria. Obst. *l.* 16. *h. t. junct. l.* 15. *C. de fideicomm.* Resp. Aut heres rogatus est restituere hereditatem, portionemve hereditatis, aut quicquid ex hereditate ad se pervenerit, aut portionem. Primo casu subdistinguendum est. Nam si prius legaverit heredi, & postea rogavit eum restituere hereditatem: fideicommisso etiam continetur ea legati portio, quam capit jure hereditario, *l.* 18. §. *ult. h. t.* Si verò prius fideicommisit, postea legavit, videtur totum legatum separasse

rasse à causa fideicommissi, *d. l.* 86. *h. t.* Secundo verò & tertio casu etiam legata in restitutionem cadunt, portio namque absolutè posita latiùs patet, & plura comprehendit, quàm portio in specie hereditaria, *h l.* 3. §. 4. *h. t.* Sed & cùm testator dicit, quicquid ex hereditate ad te pervenerit, legata quoque complectitur, *d. l.* 16. *C. de fideicomm.* Quoniam legata ex hereditate proveniunt, *l.* 26. *pr. de leg.* 1. *Add. Gothofr. in not. ad d. l.* 16. *C. de fideicom. lib.*

Ad l. 6. §. 2.

Obst. *l.* 27. §. 3. *h. t. vers.* QUARE. Resp. Regulariter quidem non opus est, ut cogatur suus heres se miscere, quia est ipso jure heres, dicto textu opposito. Aliquando tamen opus est, ut cogatur, *h. l.* 6. §. 2. fortè, v. g. si controversum sit, an sit emancipatus, an verò iste filius. Resp. (2) Quod in arbitrio sit heredis fideicommissarii, an velit suum heredem adigere, ut se immisceat; an verò velit contentus esse eo, quòd sit heres, ipso jure licet abstineat; & tunc dicitur in textu opposito eundem effectum subesse.

Ad l. 13. §. 4.

Verb. Triplici officio. Obst. *l.* 3. *de adopt. item l.* 59. *in f. h. t.* Resp. Jam est addita *ad d. l.* 3. *de adopt.*

Ad l. 16. §. 13.

Vers. Non posse cogi. Obst. §. 16. *h. l. in f.* Resp. In §. 16. agitur de servo heredis scripti, qui non debet cogi, ut manumittat servum suum, ne damno afficiatur; *d.* §. 16. verò agit de Servo testatoris.

Ad l. 18. §. 3. *item l.* 19. §. *fin.*

Dubia, quæ circa hos textus movet Gothofredus ipse etiam in notis solvit.

Ad

nis non est pars legati, sed pars mercium, ideoque licet ex ea delatione legato indignus judicetur, non tamen est indignus præmio, quod sumitur aliunde. Vel (2) brevius distinguendo; inter indignum, qui se defert, & indignum, qui alium defert. Ille præmium non accipit, quoniam ex sibi relictis acciperet; hæ namque res sunt, quæ confiscantur. Hic verò præmium accipit, quia non ex rebus sibi relictis accipit. Sic in *h. l.* 1. legatarius quidem legato toto privatur, quippe qui se indignum reddit; at ex mercibus defuncti illicitis præmium accipit à fisco. Priori verò casu præmium accipere non potest, quia præmium esset portio legati, quo tamen toto est indignus.

Ad l. 5. §. 2. *in f.*

Obst. *l.* 28. §. 1. *de excus. tut.* Resp. Legatum ita demum ad pupillum pertinet, si heres sit, & huc respicit, *l.* 5 §. 2.

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. 1. *l.* 22. *in f. h. t.* Resp. Succurritur minori vel per restitutionem in integrum, vel per indulgentiam Principis, ut in textu opp. Obst. (2) *l.* 2. *C. h. t. quib. ut indign.* Resp. Ibi damnum repetere potest pupillus à tutore, adeoque non opus habet restitutione in integrum.

Ad ejusd. l. §. 15.

Obst. *l.* 24. *ad L. Corn. de fals.* Resp. In textu opp. servus non fuit testis, sed professus est tantùm indicium nec peregit, ideò non repellitur à fideicommisso relicto.

Ad l. 13. *l.* 14. 20. & 22.

Dubia quæ hic mover, ipse etiam solvit Gothofr.

LIB. XXXV.

TIT. I.

De condit. & demonstration.

Ad l. 2.

VErb. Scire debet. Obst. *l. 21. in f. de acquir. hered.* Resp. Textus oppos. loquitur de conditione casuali, quam, cùm à nudo eventu dependeat ea, nihil interest, sciat legatarius, nec ne; Textus verò in hac *l.* 2. agit de conditione potestativa, cui non videtur paruisse is, qui istam ignorat adjectam.

Ad l. 3.

Obst. *l.* 58. *de condict. indeb.* ubi dicitur, quòd si fideicommissum alicui relinquatur sub conditione, si ex testamento ad libertatem provenerit, deinde is post pecuniam ex causa fideicommissi accepta ingenuus pronunciatus sit, condictione indebiti pecuniam restituere rogatur: atqui impossibile videtur ingenuum accipere libertatem ex testamento; Ergò impossibilis conditio non habetur pro non scripta; sed vitiat fideicommissum. Resp. Dicta conditio revera non est impossibilis, cùm non natura, sed casus ei sit impedimento, imò fieri potest, ut ille casu aliquo in servitutem redactus accipiat ex testamento libertatem.

Ad l. 4. §. 1.

Obst. *l.* 10. *de V. O.* Resp. Regulariter peti potest sub tali conditione relictum statim ac constat id evenire non posse, licet tempus definitum non praeterierit *dicto text. opp.* Sed excipitur, nisi adverbium temporis obligationi adjunctum ostendat, tùm demùm agi posse, cùm totum tempus praeterierit, ut in *h. l.* 4.

Ad

Ad l. 7. §. 1.

Verb. Neque petierit. Dubium, quod hic movet, solvit etiam ipſ. Gothofredus.

Ad ejusd. l.

Verb. Quoniam non eſt cui caveatur. Obſt. *l.* 18. *h. t.* Reſp. Ibi de aliis caſibus agitur, in ſpecie autem hujus §. 1. utique nemo adeſt, cui cavere poſſit.

Ad l. 21.

Obſt. *l.* 21. *de acquir, vel amitt. hered.* Reſp. In genere cùm gloſſ. in textu opp. heres ignorabat ſe inſtitutum eſſe ſub conditione, & putabat ſe purè inſtitutum; cum itaque conditio extiterit, illa erit purificata. In h. t. *l.* 21. *autem de condit. & demonſtr.* ſciebat ſe inſtitutum ſub conditione. Quam reſponſionem tamen non admittit. CUJAC. *Tract.* 1. *ad Afric.* Sed putat locum ULPIANI *ind. l.* 21. *§. ult. de acquir. vel amitt. hered.* eſſe mendoſum; & ſic legendum: qui tamen ſi ignoret conditionem extitiſſe, non puto, poſſe adire hereditatem.

Ad l. 3. princip.

Obſt. *l.* 72. *§.* 7. *h. t.* Reſp. Falſa demonſtratio neque facit neque vitiat legatum: Nam legatum fit verbis diſponentis, non diſponentibus. Præterea multum intereſt inter falſam conditionem & falſam demonſtrationem: quod ſub falſa conditione legatur, non debetur, veluti decem, quæ mihi Titius debet, lego, ſi Titius nihil debet nullum eſt legatum. *l* 75. *§.* 1. *de leg.* 1. Falſa demonſtratio non vitiat legatum, dummodò conſtet de voluntate teſtatoris. *h. l.* 17. *l.* 33. *l.* 34. *eod.* Sed nec falſa demonſtratio facit legatum. *dicto textu opp.* veluti ex 100. quæ Titio legavi, 50. heres Sejo dato, ſi Titio nihil ſit relictum, Sejo nihil debetur *h. §. ult. l.* 72.

Ad l. 27. §. 2. in f.

Verb. Retinebit. Obst. *l.* 10. *§.* 2. *de vulg. & pup. substit.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, si non adsit alius cohæres.

Ad l. 30. §. 1.

Verb. Si quis bona, &c. Opp. Gothofredus quod dotis actio & pretia servorum manumissorum deducenda videantur, & adducit *l.* 9. *de leg.* 1. Resp. In ista quidem *l.* 9. nihil habetur: & casus isti sunt excepti.

Ad l. 32. princ.

Obst. *l.* 58. §. 7. Resp. Patet ex dictatis ad hanc *Exerc.* 36. *th.* 34. *vers. ETIAMSI DICAT, n.* 3.

Ad l. 36.

Obst. *l.* 29. §. 2. *in fin. de leg.* 3. Ubi solutio jam est annotata.

Ad l. 54. in fin.

Verb. Exigere non debet. Obst. *l.* 6. *C. h. t.* Resp. In lege opposita filius erat rogatus restituere hereditatem sive portionem hereditatis: In textu verò *l.* 54. heres rogatus est restituere, quod ex hereditate superfuerit, qui casus longè ab illo diversus est, add. *ipse Gothofr. in h. t.*

Ad l. 57. in princ. item l. 58. §. 4.

Textus pugnantes, qui circa has leges occurrunt, solvuntur *d. th.* 34.

Ad l. 74. princip.

Obst. *l.* 77. §. 24. *de leg.* 2. *l.* 66. *§.* 1. *de leg.* 3. *l.* 32. *de usu & usufr. leg.* Resp. Ista verba, quæ habentur in *h. l.* 74. simpliciter prolata faciunt fideicommissum, quia censentur prolata in gratiam eorum, qui ad successionem vocantur ab intestato;

Quibus hac ratione fideicommissaria hereditas relicta videtur; Secus est, cum testator expresse adjecit, se id mandare in gratiam filiæ, quam testari vetat, ut in textu opposito, *l.77.* §. 24 *de leg.* 2. Tunc enim dicere contra verba testamenti non possumus testatorem id mandasse in gratiam succedentis ab intestato, consequenter non possumus ex his verbis colligere fideicommissum.

Ad l. 74. §. 1.

Obst. *l. 49. in princ. de leg.* 1. *l. 48. de condit. & demonstr. l. pen. C. quand. dies legat.* Resp. In hoc §. 1. agitur de specie tali, qua voluntas relata simpliciter ita est, ubi quis ad annum aliquem pervenerit; Qui verò ingreditur annum, ad eum pervenit; qui verò tot annorum esse dicitur, intelligitur eum implevisse: dictis textibus oppositis.

Ad l. 75. §. 1. *in fin.*

Obst. *l. 41. in fin. de leg. 3. item l. 19. princ. h. t.* Resp. In casu *hujus legis* 75. §. 1. fideicommissum purum non est, non enim testator dixit: Rogo ut restituas: quibus verbis fecisset fideicommissum purum: sed rogo ut facias pervenire: quæ verba tractum quendam incerti temporis in se continent, & pro scripta materia intelligi debent, ut, si pater rogatus sit facere, ut ad filium suum perveniat, videatur rogatus restituere, cùm filius sui juris erit, *d. l. 19. princ. h. t.* si verò mater ita sit rogata, post mortem suam restituere debeat, *h.* §. 1.

Ad l. 77. §. 1. *in fin.*

Obst. *l. 13.* §. 1. *de Offic. Præsid.* ubi videantur notata Gothofredi.

Ad l. 78. §. 7. *in fin.*

Obst. *l. 34. in fin. princ. de usufr. legat. item l. 42. de vulg. & pupill. subst. l. 10. C. de impuber. & aliis subst.* Resp. In hujusmodi orationibus duo sunt spectanda: Conditio & dispositio, ut

ut in hoc legato, Stichum & Pamphilum Titio do, lego, si mei erunt cùm moriar; conditionem faciunt. Illa autem verba: Stichum & Pamphilum Titio do, lego, dispositionem continent. Similiter in hac substitutione: Si filii mei in ætate pupillari decesserint, Titius heres esto; conditio est, si filii mei in ætate pupillari decesserint: dispositio est, Titius heres esto. Utraque pars distinctionem recipit; Nam conditio concipitur vel per simplicem pluralitatem, veluti: si mei erunt, cùm moriar, si impuberes decesserint, vel adjecto vocabulo conjunctivo SI, si ambo mei erunt, si uterque impubes decesserit. Rursus dispositio vel simpliciter concipitur, veluti, Titius heres esto; vel additur nota universitatis, veluti, omnem hereditatem meam ad Titium pertinere volo. Hinc igitur colligendi & distinguendi sunt tres casus: Primus est, cùm tam conditio, quam dispositio simpliciter concipiuntur, veluti Stichum & Pamphilum, si mei erunt, cùm moriar, Titio do, lego. Secundus casus est, cùm in conditione additur nota conjunctiva: AMBO vel UTERQ;, ac dispositio simpliciter concipitur, veluti: Stichum & Pamphilum, si mei erunt, cùm moriar, Titio do, lego. Tertius casus est, cùm in conditione adjicitur nota conjunctiva, & dispositioni adjungitur nota universalis, veluti: Si uterque filius meus sine liberis decesserit, omnem meam hereditatem ad neptem meam pervenire volo. Primo casu pluralitas resolvitur in singularitatem, ac dispositio, quæ est de multis casibus vel in uno effectum habere potest, *h. l. 78. §. fin. in fin.* Secundo verò casu pluralitas non resolvitur in singularitatem; sed ut dispositio effectum habeat, conditio in omnibus suis membris impleri oportet, *d. l. oppos. 34. de usufr. leg. d. l. 42. de vulg. & pup. subst. d. l. 11. C. de impub. & & aliis subst.* Tertio denique casu, sicut testator vult substitutum habere totum, utroque moriente; ita censetur velle, ut habeat partem unius, si in uno conditio extiterit, *l. 77. § 1. h. t. ad SCtum Trebell.*

Ad

Ad §. fin. in fin. hujus leg.

Obst. (1) *l.* 9. §. 1. 2. *de Transact.* Resp. Ipse Gothofredus in notis. Obst. (2) *L.* 3. §. 1. *de Transact.* Resp. In *d. l.* 3. post transactionem inventi fuere codicilli, in quibus fideicommissum relictum fuerat, ideoque transactio non valet. Ast in *h. l.* 78. *§. ult.* fuerunt postea reperta instrumenta, non verò Codicilli, nec testamenta.

Ad l. 79.

Denique dubium circa *legem* 79. *verbis: pupillo servetur, &c.* movet Gothofredus, atque etiam solvit.

TIT. II.

Quando dies legatorum, &c.

Ad l. 26. princip.

VErb. Non videri conditionem. Obst. *l.* 5. *de trit. vin. legat.* Resp. Aut testator legavit semel tantùm, aut in singulos annos. Priori casu nihil debetur ultra, quam primo anno in fundo natum est *d. l.* 5. *oppos.* nisi contraria sit testatoris voluntas: quæ voluntas præsumitur, si conjunctæ personæ ut fratri suo legaverit, *h. l.* 26. Posteriori casu fit quasi annorum conjunctio quædam, ita ut, quod aliquo anno deest, ex reditibus aliorum annorum suppleatur, *l.* 13. *de trit. vin. vel. ol. legat. l.* 17. *§. vini de annuis legat. l.* 12. *de alim. vel cib. legat.* Cæterùm huic responsioni obstare videtur, quod etiam priori casu legatum suppleri debeat ex reditu sequentis anni, etiamsi extraneæ personæ legatum fuerit, *l.* 83. *§. sacram. vers. pro quo, de V. O.* Quod si itaque stipulatori hoc tribuitur, quidni etiam legatario. Resp. In ista *lege* 83. stipulatus quispiam fuerat centum amphoras vini ex fundo illo, non ex reditu illius fundi; quapropter ex eo fundo

quan-

TIT. II.
Ad Legem Falcidiam.

Ad l. 1. §. 9.

VErs. Sed. Obst. *l. 5. de oper. serv.* Ubi responsum est.

Ad l. 9. §. 1.

Obst. (1) *l. 1. §. 1. de ventr. insp.* Resp. Agitur hic de computatione Falcidiæ: alia ratio est quoad Edictum de liberis agnoscendis, sive rescriptum Principis super istud, *d. l. oppos.* Obst. (2) *L. 73. de leg. 2.* Resp. Ibi itidem agitur de alio casu, scilicet quod is, qui emit ancillam prægnantem, videatur etiam emisse partum, tanquam ejus partem. Obst. (3) *L. 7. de statu hom.* Resp. Ibi agitur de commodo partus, sive fœtus ipsius: hic verò nullum fœtus commodum subest.

Ad l. 11. §. ult.

Obst. *l. 103. de leg. 3. & l. 77. §. 31. de leg. 2.* ubi solutio est addita.

Ad l. 32. §. 4.

Obst. *l. 25. in fin. h. t. l. 97. de leg. 1. l. 77. §. 1. de leg. 2.* Resp. Cùm legatarius rogatus est restituere, id ipsum, quod sibi legatum est, æque legatum vel fideicommissum innuitur, *d. l. 97. d. l. 77. §. 1.* Si enim partem rogatus sit restituere, pro rata portione fit detractio; v. g. Titio viginti sunt legata, isque rogatus, ut Sejo quinq; restituat, & L. Falcidia de viginti legatis detrahuntur quatuor. Deinde ex fideicommisso detrahitur unum & reliqua quatuor Sejo præstantur, quia scilicet unum est quinta pars relictorum Sejo, ut quarta, quinta pars viginti legatorum Titio, *h. l. 32. §. 4.* ac excipiuntur alimenta legata, quæ integra, *d. l. 72. §. 1. de leg. 2.* Quod si verò legatarius partem reditus restituere

sit

quandoque percipiantur, debentur. Quod si verò ex reditu præstandæ amphoræ fuissent, quia primum reditum intelligimus, nihil promissor debuisset ultra primi reditus quantitatem, nam hoc jure etiam in contractibus utimur, *l.* 39. §. 1. *de contrah. emt.*

Ad ejusd. l. §. 2.

Verb. Non plura. Obst. *l.* 10. *h. t. l.* 1. §. 16. *ad Leg. Falc. l.* 4. *de ann. legat.* Resp. Inprimis in hujusmodi casibus spectanda est voluntas testatoris; Unum enim est legatum, aut plura, ut testator unum aut plura legata esse voluit. In dubio autem dicendum est, plura esse. Quando igitur dicitur in hoc §. 2. Unum esse fideicommissum, certis pensionibus divisum; non tam decisio est, quàm ratio decisionis: subjicit enim: & ideò filio intra ætatem, &c. Sensus nimirum est: Hoc fideicommissum transmittatur ad heredem filii: quoniam apparuit, seu probatum fuit, hanc esse voluntatem defuncti, ut unum esset fideicommissum in pensiones divisum; In dubio namque contrarium esset præsumendum.

Ad ejusd. l. verb. ult.

Porrò; circa verba ultima hujus §. 2. Dubium movet ex *l.* 18. *in f. de ann. leg.* Gothofredus, ubi etiam hoc solvit.

TIT. IV.

Vt in possessionem legatorum.

Ad l. 3. §. 3.

OBst. *l.* 10. *in f. qui satis cog. l.* 22. §. 2. *solut. matrim.* Resp. Textus oppositi loquuntur de casu, quo quis per errorem admisit non satis idoneos fidejussores.

Ad l. 5. *princip.*

Vers. Incipit, &c. Obst. *l.* 2. §. 1. *si ex nox. causa,*

ſa, *l*. 33. *de damno infect.* Reſp. Textus oppoſiti loquuntur de caſu, quo ſecundum decrementum accedit, vide *tit. de damno infect.*

Ad l. 13.

Obſt. *l.* 1. *in fin. quib. ex cauſis in poſſ. eatur.* Reſponſio patet ex ipſo textu, quod aliud ſit, ſi quis ex cauſa damni infecti mittatur in bonorum poſſeſſionem.

LIB. XXXVII.

TIT. I.

De bonorum poſſeſſione.

Ad l. 1.

VErb. Omnia. Obſt. *l.* 63. *ad SC. Trebell. l.* 23. *de acquir. l. amitt. poſſ.* Reſp. Textus oppoſiti loquuntur de poſſeſſione, quam neque heres civilis, neque poſſeſſor bonorum aſſequitur per traditionem vel agnitionem hereditatis. *add. l.* 3. §. 1. *h.* Porrò *l.* 12. *de jure dot.* quod ſcil. bonorum appellatione aliàs non veniant incommoda. Reſp. Alia ratio eſt in bonorum poſſeſſione ſeu hereditate, quæ comprehendit omnia, quæ defunctus reliquit, adeoque & incommoda.

Ad l. 3. §. 1.

Obſt. *l.* 1. *§.* 4. *de acquir. l. amitt. poſſ.* Reſp. Hic agitur de bonorum poſſeſſione ſeu hereditate Prætoria; in textu opp. agitur de poſſeſſione ſeu actuali detentione rei, quæ reſpectu apprehenſionis & actualis detentionis facti eſt.

Ad l. 3. §. 7.

Obſt. *l.* 90. *de acquir. l. amitt. hered.* Ad quem textum reſpondet Gothofr. in not.

Ad

Ad l. 12. princ.

Verb. Plerumque. Obst. Quòd hoc semper obtineat, *l. un. §. pen. C. de caduc. toll.* Resp. In hoc textu *legis* 12. proponuntur quidam casus dubii, unde ejusmodi verbo, plerumque sc. utitur ULPIANUS.

TIT. II.

Si Tabulæ testamenti extabunt.

Silet.

TIT. III.

De bonorum possessione.

Ad l. 2.

OBst. *l. 2. de Curat. furios.* Ad quem textum respondet ipse Gothofr.

TIT. IV.

De bonorum possession. contra Tabb.

Ad l. 1. §. 4.

VErs. Deportatos. Obst. (1) *l. 59. de condit. & demonstr.* Resp. Ibi proponitur alius casus, & deportatus non comparatur mortuo, cohibendorum scil. caducorum coercendæque legis Juliæ & Papiæ causa, cui res studuerunt maximè Jurisperiti. *add. tit. Cod. de caduc. toll.* Obst. (2) *l. 5. §. 1. de bon. damnat.* Resp. Itidem est alius casus, quo deportatus non habetur pro mortuo. Obst. (3) *l. 121. §. 2. de V. O.* Resp. Stipulatio ita erat concepta: cùm morieris, dari hæc, morte naturali committitur, non deportatione. In casu verò hujus *legis* 1. §. 8. deportatus comparatur

 mortuo,

mortuo, quia cognationem amittit, & hinc nec bonorum possessionem contra tabulas parentum habet.

Ad l. 10. §. 1.

Obst. *l. ult. de lib. & posth.* Resp. Si testamentum jure valet, exheredatis una querela superest, quia non possunt petere bonorum possessionem contra Tabb. si verò testamentum est ipso jure nullum, ut quia alius filius, qui erat in testatoris potestate, præteritus est in eodem testamento: exheredati vocantur ad intestati successionem, cùm nec propriè dicantur exheredati, siquidem exheredatio non valet.

Ad l. 15. *princ.*

Obst. *l.* 4. §. 16. *de doli mali exceptione.* Resp. In textu opposito agitur de exceptione doli mali ob factum patris heredi non opponenda: In hac verò *l.* 15. opponitur heredi exceptio doli ob factum proprium heredis.

Ad l. 16.

Vid. *Thes.* 23. *Exerc.* 11. *n.* 2.

TIT. V.

De legatis præstandis contra Tabb.

Ad l. 1. §. 1.

VErb. In infinitum. Obst. *l.* 10. §. 7. *de gradib. cognat.* Resp. In opp. saltem textu dicitur, quòd ultra tritavum non sint propria & specialia vocabula, quibus isti ulteriores gradus descendentium vel adscendentium significentur: nihilominus autem & in infinitum extenditur commune parentum & liberorum nomen.

Ad

Ad l. 3. §. 4.

Obst. *l.* 41. *ex quibus causis major.* Resp. Ibi singularis proponitur casus de eo, qui Reip. causa absuit.

Ad l. 5. §. 5. *inf.*

Obst. §. *fin. hujus leg.* ubi solutionem annotat Gothofr.

Ad l. 8. §. 1.

Verb. Utrumque conservetur. Obst. *l.* 22. *h.t.* Resp. (1) In hac *l.* 8. agitur de liberis & parentibus, qui bonorum possessionem contra Tabb. petere non possunt; In textu verò opposito de iis, qui possunt petere. Resp. (2) Quod sensus textus oppositi sit, legata quàm præcipua non habere scilicet ultra portionem virilem, sed virilem habere per hanc, *l.* 8. §. 1.

Ad ejusd. l. §. 2.

Verb. Libertates compet. Obst. *l.* 8. §. *si ex causa de inoff. testamento.* Resp. Hic adjicit ipse Gothofredus.

Ad l. 14. *princ.*

Vers. Cogatur omnibus. Obst. *l.* 15. §. 1. *vers. certis personis.* Resp. Per concursum præteriti, qui contra Tabb. bonorum possessionem petiit, vel minuitur portio, ex qua institutus fuit emancipatus, qui adivit; vel non minuitur. Priori casu obtinet sententia AFRICANI, *in l.* 14. *princip. de bonor. possess. contra Tabb.* & ULPIANI *in l.* 14. *princ. h. t.* Posteriori verò casu sententia PAULI *in oppos. l.* 15. §. 1. *verb. certis personis.* Vel cum CUJACIO dici potest, quod *l.* 14. procedat isto casu, si filius heres scriptus commisso edicto per fratrem præteritum acceperit contra Tabb. bonorum possessionem. Nam potest etiam eam accipere ante fratrem præteritum, quem non cogitur exspectare, *l.* 10. §. *ult. tit. praeced.* Sic etiam hoc casu filius petiit bonorum possessionem contra Tabb. inde præteritus

 eam

eam omisit; hoc casu perinde est, ac si scriptus eam adiisset vel petiisset secundum Tabb. & ideò omnibus legata præstabit.

Ad l. 14. §. 1.

Vers. Melius est. De hoc dubio vide Gothofr.

Ad ejusd. l.

Verb. Omnes, qui contra Tabb. Obst. *l.* 18. *h.t.* Resp. Casus *l.* 18. *h.t.* est hic: Duo sunt filii, primus & secundus, ex primo est nepos, primus emancipatur, retento nepote in potestate, deinde is nepos instituitur cum patruo seu secundo filio; primus autem præteritus seu pater istius nepotis, qui emancipatus est, legatum autem dat nepoti. Hoc casu omnes admittuntur ad bonorum possessiones contra Tabb. si velint, sed fiunt tantùm duæ partes, si omnes agnoscunt bonorum possessionem contra Tabb. Sed quid fiet, si ritè nepos noluerit accipere bonorum possessionem contra Tabb. sed contentus sit legato sibi relicto, quis ei præstabit legatum. An pater, an patruus? deciditur, rectiùs esse, ut pater præstet legatum nepoti, quia pater occupat partem filii; sed non præstabit pater legatum ultra quadrantem, si nihil ei conservatum fuisset, nec habuisset plus quadrante; Quod verò attinet *h.* §. 1. *h.l.* ubi dicitur, utrumque præstare seu omnes præstare legatum dicendum est, hoc in genere duo constituenda esse genera legatariorum; Nam quidam sunt legatarii, quibus non defertur bonorum possessio contra Tabb. ut puta pater & quidam liberi in adoptionem dati, & ii, qui cognati esse desierunt. Sunt autem legatarii, quibus defertur contra Tabb. ut iste nepos. Jam verò hic nepos in casu *l.* 18. quadrantem tantùm habet, & huic nepoti pater tantùm tenetur, qui ejus partem occupavit, quia etsi nepos petiisset contra Tabb. patrem tantum onerasset, non patruum; cui nihil abstulisset: non debet enim hic nepos esse melioris conditionis quam si contra Tabb. admisisset.

Ad l. 15. princ.

Obst. *l. 16. h. t.* ad quem respondet Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 3.

Obst. *l. 3. C. de fals. causa adject.* Resp. Nihil contrarii ibi habetur, nam & in casu §. 3. legatum deberetur, nec falsa causa in demonstratione vitiaretur, si non petita esset contra Tabulas bonorum possessio: quo casu necesse est, ut hujus legati sit vera causa. Aliter respondet Gothofredus in notis, *ad h. §. 3.*

Ad l. 20. §. 1.

Obst. *l. 3. C. de inoffic. don.* Resp. Non potest queri per bonorum possessionem contra Tabulas, quando Tabulæ nullæ; sed per querelam inofficiosarum donationum, *d. l. 3.*

Ad l. 24. in f.

Videatur hic ipse Gothofredus.

TIT. VI.

De collatione bonorum.

Ad l. 1. §. nec castrense.

Videatur Gothofredus, in notis, *ad l. ult. lit. R.*

Ad l. 1. §. 1.

Obst. Videtur, quod bonorum possessio detur emancipatis, inter quos collatio non est. Resp. Patet ex notatis *ad Exerc. 37. thes. 23.*

Ad ejusd. l. §. 10. 13.

Respondetur: nulla inter hos §. §. est pugna, nimirum propter contumaciam denegantur quidem actiones, sed purgata contumacia restituuntur.

Ad

Ad l. 6.

Obſt. *l.* 79. *de Jure dotium.* Reſp. Intereſt, utrum avus neptis an filii contemplatione dotem dederit: Nam ſi ad neptem ſolum reſpexit, dos non revertetur ad patrem, ſi propter filium dedit, ipſe filius quodammodo videbitur dediſſe, ideoque ad eum aut exheredatum dos redibit.

TIT. IIX.

De conjungendis cum emanc. liber.

Ad l. 1. §. 2. 5. *&* 6.

DUbia, quæ circa hos textus movet, idem ſolvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 12. *in fin.*

Verb. Patruo accreſcet. Obſt. *l.* 5. *in f. unde liberi.* Reſp. Patre repudiante accreſcit nepotibus ejus, ſi non ipſi repudiaverint, præprimis ſi veniunt ad jus ſuum: At nepotibus omittentibus & deinde etiam omittente patre, neceſſariò patruo accreſcit.

Ad ejusd. l. §. 16.

Verb. Iſtis collaturum. Obſt. *l.* 25. §. 5. *de collation.* Ad quem textum reſpondet Gothofr. in notis.

Ad ejusd. l.

Verb. Quamvis hi minus. Obſt. Quòd ſi pater vivat, & velit concurrere cum ſuis fratribus, non eſſent habituri minus; ſed nihil §. 6. *hujus leg.* 1. Reſp. (1) cum gloſſa, quod hoc ipſo, quo nihil habeant, minus habeant, quàm patruus, conf. *l.* 1. §. *hac verba, ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.* Reſp. (2) Hic

Hic nepos à patre suo, non ab avo est emancipatus, & ideò ei confertur.

Ad l. 3. & ult.

Filius emancipatus præteritus habet bonorum possessionem contra Tabb. ex Edicto Prætoris: nepos ex eo, qui in potestate avi retentus patri jungitur ex nova Clausula à JULIANO inserta ex Edicto de conjungendis cum emancipato liberis ejus, quod à Juliano est introductum, nepoti autem post emancipationem patris suscepto portio servatur Constitutione ANTONINI PII *h. l. 3. & l. ult.* Quæritur ergò, quæ sit ista portio. In *l. 3.* dicitur esse portionem virilem; *in l. ult.* dicitur non esse virilem sed quartam, mox vocatur Sesuncia, cùm tamen sesuncia non sit quarta pars dimidiæ *l. 8.* Resp. Quando duo sunt filii, & duo nepotes ex eodem filio, qui cum patre suo in unam portionem junguntur: hæc portio nepotum est quarta totius hereditatis, nepos igitur post emancipationem patris susceptus & ejus frater ante susceptus æqualiter inter se quartam dividunt in capita, ita ut fiant portiones viriles: & quia duos posuimus, quilibet habet sesunciam: quòd si tres essent, singuli acciperent unciam &c. Apparet igitur in casu proposito portionem nepotis post emancipationem suscepti esse secunciam totius hereditatis & conjunctam cum portione fratris facere quartam, ut habeatur *in l. ult.* (ubi initio quidem proponitur unus nepos post patris emancipationem susceptus: sed in vers. & proponamus, mutatur facti species, & adjungitur alter nepos) Et esse virilem portionem illius quartæ, ut habetur *in l. 3.*

TIT. IX.

De Ventre in possess. mittend.

Ad l. 1. §. 2. 3.

Dubia quæ hic movet, ipse solvit Gothofr.

Ad ejusd. l. §. 12.

Verb. Mittetur in possess. Obst. *l.* 13. §. 2. *de bonor. possess. contra Tabb.* Resp. Quæstio in his duobus textibus est de ventre, ex filio in adoptionem dato: circa quem distinguitur, aut is est conceptus in familia avi naturalis, aut non: priori casu in possessionem avi veniet, vel etiam patris sui, *d. l.* 13. §. 2. posteriori casu, si nimirum non sit conceptus in familia avi naturalis, mittetur quidem in possessionem avi adoptivi, quia ei suus futurus erat, sed non in possessionem avi naturalis: quoniam nasciturus est in aliena familia, præterquam si institutus sit venter ab avo naturali, & alius ex liberis præteritis edictum committat: nam tunc mittetur in possessionem; quòd si alius non sit, qui committat edictum, tunc etiam mittetur, sed secundùm Tabb. non contra Tabb. quasi institutus. *h. l.* 1. §. 12.

Ad l. 1. §. 14. *l.* 7. §. 1. *l.* 8.

Vid. Gothofr. in notis.

TIT. X.
De Carbon. Edict.

Ad l. 1. §. 6.

OBst. *l.* 8. *C. de petit. hered.* Resp. In textu opp. agi de casu, si quis agere velit ex jure civili, id est, si utatur petitione hereditatis. Nam si negatur esse è liberis, cessat Carbon. Edictum, & statim causa agitur, *d. l.* 8. *C. de pet. hered. l.* 1. *C. de ordin. judic. l.* 3. §. 13. *omissum h. t.* In *l.* 1. *autem* §. 6. agitur de casu, quo filius vult agnoscere bonorum possessionem.

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l.* 3. *de liber. & posthum.* Resp. Exheredatio ista cum elogio valet, dummodo istud elogium verum sit (aut vera addi-

ta

ta causa) Secus est, si probetur, patrem circa causam exheredationis errasse. *d.l.3.l.14.§.f.l.15.eod.*

Ad l. 3.§.4.

Verb. Summatim. Obst. *l. 2. C. h.t. it. l. 9. C. de jud.* Resp. Utique etiam in h. textu §. 4. aliqua causæ cognitio desideratur.

Ad ejusd. l. §. 5. in fin.

Verb. Non debet. Obst. *l. 1. quod quisque jur. in al.* Resp. Textus opp. loquitur de impetrato jure novo sive iniquo, quod retorquetur contra impetrantem. vid. *Exerç.* 4. *th.* 83.

Ad ejusd. l. §. 6.

Obst. *l. 17. §. 6. de adult.* Resp. In casu *h. l.* 3. §. 6. mater accusata est suppositi partus, & absoluta est, & hoc ipsum prodest filio; at si puero ex alio capite quæstio status movetur; v. g. quòd sit spurius vel ex adulterio conceptus, ista absolutio matris ex diverso capite non potest prodesse partui.

Ad ejusd. l. §. 7. in fin.

Vers. Non enim. Obst. *l. 6. h. t.* Resp. Carboniano locus est, si quæstio sit de paternis vel parentum bonis: si maternis, fraternis vel aliis, cessat: & ideo non datur possessio Carboniana, nec dilatio ex hoc Edicto: sed datur ex Constitutionibus. Add. *l. 7. §. pen. de ventr. in poss. mitt.*

Ad ejusd. l. §. 8.

Verb. Expect. Obst. *l. 7. §. 3. l. 13. h. t.* Resp. Ibi planè alii casus proponuntur.

Ad l. 6. §. 3. l. 7. pr. l. 10. l. 15.

Vid. ipse Goth.

Ad l. 6. §. 5.

Obst. *l. 6. de alim. legat.* Ubi solutio est addita.

TIT. XI.

De bonor. poss. secund. Tabb.

Ad l. 34. in fin.

OBst. *l. 16. de acquir. l. omitt. hered.* Resp. In l. opp. non vocatur substitutus per jus accrescendi; d. heres substituti, post patrem defunctum, pupillo adhuc vivente, mortui: quia heres non potest ex substitutione admitti; sed tantùm jure accrescendi, propterea, quòd substitutio non transeat ad heredem substituti; sed jus accrescendi transmittatur ad heredem. *l. 45. §. Paulus. de vulg. & pupill. subst. l. 87. de acquir. hered. l. 26. §. cum eadem de cond. & demonstr. l. 9. de suis & leg. hered.*

TIT. XII.

Si à parent. quis manum. sit.

Ad l. 1. pr. in fin.

OBst. Quòd hoc casu reddetur vitiosum *l. pater filium. de inoff. test.* Resp. Si parens in emancipatione non extiterit manumissor, ut si non contraxerit fiduciam, non dabitur ei secundùm Tab. sed præteritio ejus habetur pro exheredatione, & inde dabitur ei querela inofficiosi, quasi patri exheredato. *d. l. 14. opp. de inoff. test. add. l. 17. §. ult. eod. l. 1. §. ult. h. t.* Pater itaque præteritus ut manumissor habet contra Tab. bonorum possessionem: ut verò pater habet querelam inofficiosi testamenti.

TIT.

TIT. XIV.
De jure patronatus.

Ad l. 7.

OBst. *l. 36. de oper. libert.* Resp. Poteſt libertus negotiationem exercere, dummodo ex ea re non ſentiant damnum patroni, licèt lucrum eorum intercipiatur, *d. l. 36. l. 44. eod.*

Ad l. 3.

Verb. Se excuſaverit. Obſt. *l. 29. de teſtam. tutel.* Reſpondet ad hoc dubium ipſe Gothofredus, add. etiam CUJAC. *ad h. l. 3.* ubi dicit, tutor, cui legatum relictum eſt ita, ut alii præſtaret, non repellitur à legato, quamvis recuſet tutelam: quia emolumentum legati ad ipſum non pertinet, ergò propter fideicommiſſarium legatum capiat, *h. l. 3. junct. l. 27. de excuſat. tut.*

Ad l. 4.

Obſt. *l. 3. de interdict. & releg.* Reſp. Textus oppoſitus loquitur de ſtricto jure, quòd autem in hac *l. 4. ut & l. eorum ad Legem Iuliam Majeſtat.* dicitur, id benignè introductum eſt ex Conſtitutionibus SEVERI & ANTONINI.

Ad l. 7. princip.

Obſt. *l. 34. in princ. de Evict.* Reſp. Quamvis emtor videatur manumiſiſſe, non tamen habetur pro patrono, quia non ſimpliciter nec omninò videtur manumiſiſſe. Sed quantum ad hoc ne poſſit agere de evictione: abſurdum enim eſſet, ſi emtor de evictione ageret adverſus venditorem, cùm facto ipſius emtoris aut quia fuit ab emtore proſtituta, mulier ad libertatem pervenerit. In odium igitur proſtituentis ſemper interpretationem facimus contra emtorem, qui proſtituit. Quare ſi agatur de in jus vocando, venditor habetur pro patrono, ut ſcilicet liberta poſſit in jus vocare emtorem, cui nullum honorem debet,

non item venditorem. Quod si agatur de evictione, dicimus emtorem videri manumisisse, quia, si videretur manumissa à venditore, emtor posset conqueri, & agere de evictione contra venditorem; quod non est ei concedendum.

Ad l. 10. vers. qui nomen, item l. 16. vers. planè, &c.

Ad dubia circa hos textus occurrentia ipse respondet Gothofredus.

Ad l. 15.

Obst. *l. 8. §. 7. de in jus voc.* Resp. Distinguendum est inter Edictum de in jus vocando, & legem Æliam Sentiam pertinentem ad successionem in bonis liberti, ut constat ex *l. 3. §. si quis libertam. de suis & legitim. hered.* Filii namque patroni non succedunt quidem liberto paterno propter exactum jusjurandum: ab eo tamen sine permissu Prætoris in jus vocari non debent, & habent aliquid juris in persona liberti, non in bonis ejus, quia favorabiliores sunt patronorum filii, tunc nolunt in jus à libertis trahi, quàm cùm lucrum captant, & petunt successionem à bonis liberti.

Ad l. 17. princ. circa f.

Obst. *l. 38. de bon. libert.* secundùm textum videtur delictum patris nocere filio, adeoque iste nepos excludendus. Resp. Aut filius vult sibi vindicare jus tale in libertis, ex quo patri adhuc viventi nihil acquiritur, puta reverentiæ exhibitionem, ne vocetur in jus sine venia, & similia, & tunc nocet ipsi delictum patris, quo minùs etiam patre vivente tali prærogativa utatur; si verò sit tale jus, ex quo patri possit acquiri, puta si vult liberto succedere per contra Tabulas bonorum possessionem, vel alio modo, tanquam patronus: tunc patre vivente & isto in potestate remanente repellitur: secus, si pater decesserit, vel alio modo sui juris factus fuerit, *d. l. 38.* Cæterùm in *h. l. 17. princ.* non agitur de delicto

licto patris, quod nocere debeat filio, sed quod delictum patris non possit obesse filio avito jure utendi, uti constat ex verbis: ex persona vel nota patris.

TIT. XV.

De obsequiis Parentibus & Patronis præstandis.

Ad l. 4.

Videatur Gothofredus in notis.

LIB. XXXIIX.

TIT. I.

De operis libertorum.

Ad l. 18.

Obst. *l. 21. h. t.* Resp. Impensæ, quæ in ipsis operis edendis fiunt, à patrono præstantur, veluti in emtione colorum, quibus libertus patrono pingens utetur, quæ verò circa personam liberti consistunt, ut quæ ad victum & vestitum pertinent, has præstat libertus, nisi inops sit, quo casu patronus aut alimenta præstare liberto debet, aut tempus ei relinquere, quo sibi victum quærat, *l. 19. l. pen. h. t.* Ulteriùs verò obstat, *l. 33. h. t.* Ubi dicitur, quod non possint imponi operæ, ita, ut ipse libertus se alat, unde concludendum, quod alimentorum impensas præstare debeat, etiamsi contrarium pactum sit. Resp. Ista *l. 33.* ita intelligenda est, quòd prætor magis ad inopiam liberti, quam pactum respiciet: aut enim libertus potest se alere; & pactum nihil operatur, quia etiam absque eo pacto se alere, non alimenta à patrono petere debet, *h. l. 16.* Aut non potest se alere: & eo pacto non

non obstante, poterit alimenta à patrono desiderare: quæ nisi præstentur, Prætor patrono denegabit operarum præstationem, *l. 20. princ. h.t.* pactum igitur illud aut est supervacuum aut reprobandum. Proinde rectè dictum est, non posse operas ita imponi, ut libertus se alere teneatur, & si interdum non ex vi pacti, sed ratione facultatum se alere teneatur.

Ad l. 26.

Vers. Respondit jus esse. Obst. *l. 2. de jure patronat.* ubi solutio jam est addita.

Ad l. 31.

Obst. *l. 6. de usur.* Resp. Longa præstatio sortis vel usurarum, sive fiat in solidum, sive pro parte, quotannis vel quotannis mensibus non constituit obligationem; nec consuetudo pensitationis indebitæ constituit debitum; Inducit tamen alios effectus: præstatio sive pensitatio longa (1) scilicet inducit tacitum pactum, vide *l. 13. princ. de usur. l. 5. l. 8. C. eod. tit.* inducit, (2) præsumptionem pro obligatione. Istud autem tacitum pactum, ista præsumpta obligatio cessat, si certò constet, obligationem non subesse, ut in *h. l. 31.* add. *Exerc. nostra 26. thes. 46. vers. LICET AUTEM.*

Ad l. 33.

Obst. *l. 18. h.t.* ubi solutio jam est addita.

Ad l. 36.

Obst. *l. 1. §. 1. de bon. libert.* Ubi patrono societatis actio in libertum datur, si hoc pepigit, ut nisi obsequium à liberto præstetur, in societatem admittatur. Resp. In hoc §. 1. *oppos.* refertur jus antiquum, quod scilicet Rutilius Prætor olim edicebat; sed ut subjicitur in §. *seq.* posteriores prætores, quorum edicta prævaluerunt, aliter edixerunt.

Ad

Ad l. 42.

Verb. Non. Obst. *l.* 47. *h. t.* Resp. Textus in *h. l.* 42. loquitur de casu, quo ante manumissionem coactus promittit operas, & tunc non dabitur actio patrono contra istum libertum; Aliter se res habet, si post manumissionem ultrò donandi animo promiserit operas, tunc procul dubio obligatur; *d. t. oppos.* add. *hac Exerc.* 37. *thes.* 61. & 62.

Ad l. 48. *princip.*

Obst. *l.* 13. §. 3. *h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de liberto, qui uxorem habet; hic textus in *l.* 48. agit de liberta, quæ consensu patroni nuptias celebravit.

TIT. II.

De bonis libertorum.

Ad l. 1. §. 1.

OBst. *l.* 36. *tit. præced.* ubi solutio jam est addita.

Ad l. 9.

Obst. *l.* 38. *h. t.* Resp. In textu opposito planè alius casus proponitur, nimirum in hac *l.* 9. dicitur, filium patroni, qui libertum paternum in servitutem petiit, vel capitis accusavit, nec obtinuit, neque suo, neque liberorum suorum nomine accipere posse bonorum possessionem contra Tabulas liberti paterni; Ast alia quæstio in textu opposito ut & in *l.* 11. *h. t.* proponitur.

Ad l. 10. §. 1. *vers. quod si à patre, & l.* 12. *princip. h. t.*

Obst. *l.* 47. §. *ult. de bon. libert. h. t.* Resp. Silentium patris in hac quæstione non nocet filio; dicto textu opposito, nisi

miles jure militari testatus sit. Similiter distinguitur inter testamentum factum à milite jure communi, & factum jure militari. In quæstione, an pater possit esse testis in testamento filii testantis de peculio castrensi, *l. 20. §. per contrarium qui testamenta fac. poss.*

Ad l. 12. §. ult. in f.

Obst. *d. l. 47. in f. h. t.* Resp. Ex *h. l. 12. in princ. & §. fin.* apertè apparet, dictæ legi *opp.* 47. in fine addendam esse particulam NON: uti pluribus exponit CUJAC. *l. 14. obs. 12.*

Ad l. 14. princip.

Obst. *l. 6. unde cogn.* Resp. Textu opposito agitur de cognatis; hîc agitur de liberto & patrono.

Ad ejusd. l. §. 8.

Obst. *l. 10. in f. de jure patr.* ubi jam solutio est adjecta.

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *l. ult. de inoff. test.* ubi itidem responsio jam est addita.

Ad l. 38.

Allegatur quidem tanquam obstans *l. 14. h. t.* Verùm nihil ibi contrarii habetur.

TIT. III.
De libertis universitatis.

Nihil notandum occurrit.

TIT. IV.
De adsignandis libertis.

Ad l. 9.

Obst. *§. 2. Instit. de adsignat. libert.* Resp. Dubitatur, an si præter emancipatum duo existant in potestate, possit hoc casu

casu patronus non tantùm uni liberorum ex his, qui in potestate sunt, sed simul etiam emancipato adsignare. MODESTINUS in *h.l.* 9. respondet, magis esse, ut possit: igitur quod per se non haberet emancipatus, id per conjunctam personam consequitur; Uti in simili casu *legis ult. de lib. & posth.* Quòd si unus tantùm sit in potestate, alter emancipatus & utrique libertus adsignetur, adsignatio in persona ejus, qui in potestate est, nulla est, quia adsignatio saltem potest locum habere inter plures. Non igitur propter emancipatum fieri utilis, *d.* §. *oppos.* 2. addantur notata, *ad Exerc.* 37. *hanc thes.* 67.

TIT. V.

Si quid in fraudem patronorum.

Ad l. 1. §. 8.

VErb. Non potest. Obst. §. 7. *h.t.* Resp. Ibi proponitur alius casus; conferatur §. 6. *ejusd. l.* 1. *& l.* 3. §. *ult. h.t.* Nimirum in textu opposito agitur de actione jam instituta, in qua fraudulenter succumbit. Textus verò in §. 8. de actione non instituta, sed omissa. Conf. *l.* 28. *de injur. add.* CUJAC. 17. *Obs.* 17.

Ad ejusd. l. §. 24.

Obst. §. *seq.* 25. Resp. In §. 24. agitur, quod contra ipsum servum jam manumissum. Add. *l.* 1. *C. an serv. ex suo fact.* In textu verò §. 25. agitur de actione contra dominum, *add.* §. 22.

Ad ejusd. l. §. 26.

Obst. §. 27. *in fin.* Resp. Sensus textus oppositi est, quòd non spectetur in hac actione, quis fraudem commiserit; sed quòd circa rem sit fraus commissa; nihilominus tamen actio manet in personam, & non in rem.

TIT. VI.

Si tabulæ testamenti non extant unde liberi.

Ad l. 1. §. 3.

QUæritur hic; an is, qui successionem repudiavit, possit pœnitere & ad eam admitti? Negatur in *h. l. 1. §. 3. add. l. 2. C. de jur. & fact. ignor.* Obst. *l. 6. §. 1. ad SCtum Tertull.* Resp. Textus oppositus non pertinet ad repudiationem, quæ fit in jure solenniter, sed ad recusationem, quæ fit quoquo modo, *l. 95. de acquir. l. amitt. hered.*

Ad l. 7. princ.

Vers. Et alioquin. Obst. *l. ult. l. 10. §. proximiores, 3. de grad. & affinibus, l. 12. de suis & legitim. heredib.* Resp. Hæc verba: agnatus, cognatus, legitimus, propriè & angustè accepta dicuntur de solis transversalibus, & distinguuntur à liberis: atque ita accipitur vox agnatus in *h. l. 7.* latiùs verò in textibus oppositis & similibus.

TIT. VII.

Vnde legitimi,

Ad l. 5.

OBst. *l. 10. §. 2. de gradib.* Resp. Agnatorum nomen est civile nomen: cognatorum nomen naturale, *§. 1. Inst. de legit. agnat. success.* & demonstratur in hac *l. 5.* nomen cognatorum generale: insunt verò non tantùm genera speciebus; sed & species generibus, ut ait Aristoteles. Itaque rectè dicitur, in cognatis inesse agnatos, quasi speciem in genere; non autem rectè dicitur,

dicitur, in cognatis inesse agnatos, scilicet quasi genus in specie, quia agnatorum nomen non est generale; & ita accipiendum, quòd in *h. l.* 5. dicitur, in cognatis non inesse agnatos, sicut scilicet genus non inest in specie. Ast verò itidem rectè dicitur in *l. opp.* 10. §. 2. quòd agnatus utique & cognatus sit scilicet ut sub nomine cognatorum tanquam genere ut species contineatur.

TIT. IX.
De Successorio Edicto.

Silet.

TIT. X.
De Gradibus & Affinibus.

Ad l. 4. §. 5.

OBst. *l.* 10. *princ. h. t.* Resp. Impropriè in textu opposito graduum appellatio sumitur pro serie & ordine quodam affinium ad instar graduum cognationis. Vel gradus sunt affinium, non affinitatis: quoniam affines non ratione affinitatis, sed ratione cognationis collocantur in gradibus: v. g. privignus meus censetur esse in primo gradu, quia in eo gradu ipsi est mater, per quam mihi fit affinis; Itaque affines per se & ratione affinitatis in nullo sunt gradu; sed ratione cognationis in gradu aliquo esse censentur. Vide notata *ad Exerc. h. 37. thes. 78. in fin.*

Ad l. 6. §. 1. ad l. 8.

Obst. §. 9. *Inst. de nupt.* Resp. Nomine affinium quodammodo & minùs propriè futuri conjuges comprehenduntur, *h. l. 6. l. 8. de grad. & aff. add. l. 3. l. 4. de L. Pomp. de parric. l. 13. §. 3. ad L. Iul. de Adult.* Et locum hoc habet, cùm sponsalia adhuc durant, & spes est fore ut matrimonium propediem sequatur; Si

verò proprietatem sermonis spectemus, non sunt affines, *d.* §. *opp.* 9. Et cumprimis solutis sponsalibus & spe nuptiarum penitùs sublata nulla ampliùs intelligitur affinitas, *d.* §. 9. *&* *l.* 12. §. 1. *de R. N.* Nihilominùs tamen honestatis causa & inter ipsos nuptiæ prohibentur, *dd. textib.*

Ad l. 10. *princip.*

Dubium hîc occurrens jam solutum, *l.* 4. §. 5.

Ad ejusd. l. §. 2.

Videantur notæ, *ad l.* 5. *unde legitimi.*

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l.* 4. *l.* 10. §. *liberos. De in jus voc. l.* 1. §. 2. *de legat. præst. l.* 51. *l.* 220. *de V. S.* Resp. In hoc §. 7. vox: PROPRIO: non opponitur vocabulo impropriè accepto; sed proprium opponitur communi, & idem valet quòd speciale sive singulare: liberi nimirum & parentes usque ad sextum gradum habent propria seu singularia vocabula, quibus notantur seu specialiter appellantur singuli gradus, ut pater & filius, dicuntur in primo gradu; Avus & nepos in secundo, &c. Post sextum verò gradum nulla sunt propria & specialia vocabula, quibus significentur septimus, octavus, vel ulterior gradus: sed opus est communi majorum nomine utar.

TIT. XV.

Quis ordo in possessionibus servetur.

Ad l. 3.

OBst. *l.* 7. *in fin. de bonor. possess.* Resp. Cedunt tempora seu dies, quibus pater servit in præjudicium patris scientis, non in præjudicium filii ignorantis, vide CUJAC. *ad Paul. lib.* 44. *ad Edict. ad h. l.* 3.

TIT.

TIT. XVI.
De suis & legitimis heredibus.

Ad *l.* 3. §. 2.

VIdeantur *not. ad thes.* 74. *Exerc.* 10.

TIT. XVII.
Ad SCtum Tertull. & Orphit.

Ad l. 1. §. 8.

VErb. Salvo statu. Obst. *l.* 1. *de cap. diminut. princ. Inst. eod.* Resp. Quando hîc dicitur in hoc §. 8. salvo statu fieri minima capitis diminutio, tunc intelligitur status libertatis & civitatis, & quando filius absque emancipatione, v. g. per mortem patris fit sui juris, *l.* 9. §. *ult. de SCto Macedon.* Nimirum emancipatus familiam amittebat, quia in imaginariam servitutem quandam redigebatur, qui verò morte patris sui juris fit, retinet familiam, & ita salvo statu familiæ mutatio non contingit, add. *not. Exerc.* 8. *thes.* 68.

Ad l. 1. §. 10.

Obst. *l. ult. de success. Edict.* Resp. Successorium Edictum hoc casu locum non habet, ideoque remotior cognatus, qui nullo alio jure ad successionem venire potest, merito hoc casu repellitur: quia proximiore adeunte exclusus fuit in perpetuum. In hac autem *l.* 1. §. 10. *ut & l.* 2. §. *si bonorum*, 10. *h. t.* sequens non quidem admittitur ex successorio Edicto: sed verba JCtorum ORPHITIANI & TERTULLIANI faciunt, ut admittatur.

Ad

Ad l. 2. §. 11.

Obst. *l.* 8. *C. de suis & legit. hered.* ad quem textum respondet ipse Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 40.

Obst. *l.* 4. §. 1. *qui pet. tut.* Resp. Sensus hujus §. 40. est, quòd quoad excusationem verba deficiant, juxta sententiam tamen Constitutionis excusetur, add. *not. ad d. l.* 4. §. 1. *in fin.*

Ad ejusd. l. §. 42.

Obst. *l.* 4. §. 4. *qui pet. tut.* Ubi solutio addita.

LIB. XXXIX.

TIT. I.

De operis novi nuntiatione.

Ad l. 8. §. 6.

OBst. *l.* 20. §. 6. *h. t.* Resp. Interdictum de opere demoliendo non datur heredi, si post mortem nunciantis; sed si eo vivo post nunciationem factum sit novum opus. Ergo nunciatio finitur morte, quia post mortem nunciantis licet ædificare; sed interdum est perpetua, & heredi datur de opere tunc facto, cùm nunciatio tenebat, aut vivente eo, qui nunciavit, vide *h. Exerc.* 39. *thes.* 10. *n.* 2.

Ad l. 14.

Obst. *l. un.* §. 3. *de remission.* Resp. Quidam distinguunt inter prædia urbana & rustica, & putant, eum nunciare posse novum opus, cui debetur servitus ad prædium urbanum, non item ei, cui debetur ad prædium rusticum. Verùm rectiùs ista differentia hîc non admittitur, uti traditur *d. Exerc. thes.* 4. ubi etiam in annotatis, *add. l.* 14. hæc pugna solvitur.

Ad

Ad l. 20. §. 6.

Obst. *l. 8. §. 6. eod.* ubi solutio addita.

Ad ejusd. l. §. 13.

Obst. *l. 8. §. 3. eod.* Resp. Distinguendum est; aut ex opere, quod fit in publico, damnum aliquod ad nunciantem pertinet, puta, quod luminibus ejus officiatur; aut nihil incommodi privatim ipse sentit; sed tamen jus publicum tuetur: de priori casu est textus in *h. l.* 20. §. 13. de posteriori casu est textus oppositus, add. *l.* 1. §. 17. *h. t.*

Ad l. 22. in fin.

Obst. *l. pen. §. 5. quod quisque jur. in al.* ubi solutio est addita, vide *Exerc. 4. thes. 83. ibique not.*

Ad l. ult.

Obst. *l. 3. §. opus, de alien. jud. mut. caus. fact.* Ubi dicitur, neque cum venditore ex novi operis nunciatione agi posse, quia nihil egit, aut quia novum opus non fecit, neque cum emtore, quia ei non fuit nunciatum novum opus. Proinde cum emtore agendum esse in factum ex illo titulo *de alien. judic. mutat.* Resp. Emtor tenetur præstare patientiam, seu pati, ut opus destruatur: sed non tenetur ad impensas in opus demoliendum faciendas: quapropter has impensas is, qui novum opus nunciavit, recipiet à venditore per dictam actionem in factum, addatur *h. Exerc. 39. thes. 10. circa f. n. 3.*

TIT. II.
De damno infecto.

Ad l. 4. §. 3.

OBst. (1) *l. 4. de Iurisd. junct. l. 26. ad Munic.* Ex quibus textibus colligitur, quod magistratus municipalis non possit in possessionem mittere, aut jubere possidere, quia hæc sunt magis

imperii, quàm jurisdictionis. Resp. Magistratus municipalis non potest hæc facere jure suo, aut jure magistratus, quem gerit; sed potest jure alieno seu vi jurisdictionis sive à Prætore vel Præside mandatæ. Obst. (2) L. 4. *in fin. de offic. ejus cui mandata est jurisdictio.* Resp. Jubere in possessionem mittere, aut jubere possidere non sunt meri imperii; sed magis sunt imperii quàm jurisdictionis, h. e. magis ad eam excellentiorem jurisdictionem spectant, quæ in imperando magis consistit, quàm in jure dicendo, vide *Exerc. nostra*, 4.

Ad ejusd. l. §. 7.

Verb. Quod interest. Dubium quod hîc movet, ipse etiam solvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 10.

Obst. *l. 35. de O. & A. vers. honorarium.* Resp. Potiùs ex principio illius textus confirmatur hîc noster textus.

Ad l. 13. §. 1.

Obst. (1) *l. 3. §. 3. de Oper. nov. nunc.* Resp. In hoc §. 1. l, 13. agitur de servitute reali; In textu verò opposito de usufructuario. Obst. (2) *l. 9. §. 4. h. t.* Resp. Distinguendum est, an superficiario nomine proprio petatur cautio, & tunc repromittit, *h.* §. 1. an verò nomine domini soli absentis, & tunc satisdat, *d.* §. 4. *oppos.*

Ad ejusd. l. §. 9. 10.

Dubia quæ hîc notat idem etiam dissolvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 11. *in fin.*

Obst. Quòd dupliciter ita videatur puniri contumax. Resp. Duplex delictum duplicem meretur pœnam.

Ad l. 15. §. 2. *in fin.*

Obst. *l. 1. §. 6. de Stipul. Prætor.* Resp. Textus oppositus loquitur de novi operis nunciatione, add. *ead. l.* 1. §. 7.

Ad

Ad ejusd. l. §. 12.

Obst. (1) *l.* 3. §. 5. *uti possidetis.* Resp. Potest quis solum possidere, h. e. dominus potest jus soli habere absque superficie alteri concessa, non autem quis potest superficiem, quæ vox protectum hîc significat, sine ædibus possidere, vel saltem ipsi non proficua est possessio nudæ superficiei seu protecti. Obst. (2) *l.* 1. §. *dejicitur, de vi & vi arm.* Resp. In hoc §. 12. non agitur naturalem possessionem prodesse, sed quòd possessio protecti seu partis ruinosæ non prosit, nisi missio fiat in totas ædes.

Ad ejusd. l. §. 15.

Obst. *l.* 12. *de rebus, aut judic. possid.* Resp. Ibi non agitur de hac missione ex causa damni infecti, add. *h. Exerc.* 39. *thes.* 22. *& Exerc.* 44. *thes.* 52.

Ad ejusd. l. §. 33.

Obst. *l.* 53. §. 6. *de leg.* 1. ubi solutio est addita.

Ad l. 18. §. *ult.*

Obst. *l.* 49. §. *ult. de acquir. l. amitt. poss.* Resp. Regulariter non acquiritur actio domino per procuratorem, sed excipiendum est, nisi procurator non sit solvendo, tunc enim dominus ageret, quia non posset alias à procuratore repetere, maximè cùm est actio bonæ fidei, vel actio ex stipulatione prætoria, nam ex his quoque stipulationibus prætor ad bonum & æquum respiciens dat actionem utilem domino, *l.* 3. *&* 5. *de stipul. prætor.* constat autem inter eas numerari stipulationem damni infecti, *l.* 5. *princ. ff. de V. O.* §. *Prætor. Inst. de div. stip.* Præterea opp. *l.* 68. *de Procur.* Resp. Ibi speciale quid subest, quia scilicet stipulatio est facta ex re domini.

Ad l. 20.

Verb. Refectio ædium. Obst. *l.* 7. §. 2. *l.* 65. *de usufr.*

usufr. Resp. Modica refectio pertinet ad fructuarium, ut ædes sartas tectas servet; non tamen reficere tenetur, quod vetustate collapsum est, nisi sua suorumque culpa factum sit, vide *not. ad l. 65. de usufr. add. Exerc. 12. thes. 23.*

Ad l. 23.

Obst. *l. 6. §. 7. communi divid.* Resp. Hæc *l.* 23. potest intelligi de ædibus unius domini, ut dicamus, quemlibet eatenus cavere debere, quatenus dominus est: proinde eum, qui solus est dominus in solidum, cavere in solidum: eum verò, qui ex parte dominus est, cavere pro sua parte; si verò hæc *lex* 2. non accipienda esset ita, ut ea contineantur etiam ædes communes pluribus dicendum est, & si adversarius mittitur in possessionem, tamen cautionem ab uno ex dominis ædium præstitam utilem esse, & ei proficere, quoniam adversarius non mittitur in possessionem totarum ædium, sed tantùm ejus partis, pro qua cautum non fuit; si igitur unus dominus pro sua parte caverit, satis sibi prospexit, quamvis socio suo non prospexit.

Ad l. 24. §. 5. in fin.

Obst. *l. 7. §. 5. ad L. Aquil.* Resp. Nihil contrarii ibi habetur; Nam utique respectu damni retrorsum computati multum interesse potest, add. *gloss. in h. l. 24. §. 5.*

Ad l. ult.

Obst. *l. 52. de contrah. emt.* Resp. Non inferunt utrique, scilicet emtor & venditor simplum fisco, sed venditor simplum præstat emtori: emtor id restituit & alterum tantùm fisco. Ita *h. l. ult.* est ex ista *l. opp.* explicanda.

TIT.

TIT. III.

De aqua & aqua pluvia arcenda.

Ad l. 1. §. 17.

OBst. *l. 19. §. ult. de damno infect.* Resp. Aliud obtinet in cautione damni infecti, quippe quæ interponitur pro damno, quod timetur in ædibus & locis seu urbanis seu rusticis: Hæc autem actio pluviæ coercendæ solùm pertinet ad agros.

Ad ejusd. l. §. ult.

Vers. Non ergò. Obst. *l. 33. de servit. urb. prædior.* Resp. Alia actio est servitutis oneris ferendi, uti explicatur, *Exerc. 12. thes. 9. circa fin.*

Ad l. 9. §. 4.

Obst. *l. ult. arb. furt. cæs.* Resp. Ibi de alia actione agitur, add. hæc *Exerc. 39. thes. 30. junct. Exerc. 48. thes. 42. vers. licet.*

Ad l. 10. princ.

Obst. *l. 59. ad municip.* Resp. Textus oppositus loquitur de iis, quæ ad universitatem pertinent, non ad singulos; textus autem in *h. l. 10.* loquitur de casu, ubi singulorum interesse subest, add. *Exerc. 7. thes. 43. vers. quamvis.*

Ad l. 14. princip.

Obst. *l. 1. §. 6. de dolo.* Resp. In casu hujus *l. 14. princip.* intelligendum est, annum lapsum esse dolo venditoris, seu eum, qui opus fecit, deinde prædium vendidit, dolo malo fecisse, quo minus intra annum conveniri posset, at ob hunc novum dolum tenetur actione de dolo. Nam in textu opposito non omninò dicitur cessare actionem de dolo, si alia actio tempore finita sit; sed hæc verba subjiciuntur, nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, ut tempus actionis exiret.

TIT. IV.
De Publicanis & Vectigalibus.

Ad l. 1. §. fin.

OBst. *l. 13. §. 3. h. t.* Resp. Qui absentem servum non exhibet, tenetur noxæ deditione, qui mortuum non exhibet, non tenetur, si dolo careat, de absente intelligenda est *l. 1. §. ult.* ut constat ex subjecta *l. 2.* de mortuo autem loquitur textus oppositus. Differentiæ ratio est: quia nemo ad rem impossibilem tenetur, *l. 175. de R. I.* Ejus autem nomine, quod fieri potest, etiam is tenetur, qui id facere non potest, modò in se sit possibile, *l. 34. de V. O.*

Ad l. 7. princip.

Obst: *l. 39. de leg. 1.* Resp. Legatarius postquam legatum accepit, non potest se tueri contra fiscum, sed habet actionem ex testamento contra heredem, quemadmodum emtor habet actionem ex emto contra venditorem. Ita enim commodiùs pro voce: exemplo, legitur, exemto. Hæres autem ante solutum legatum eum possideat, fisco tenetur, *dicto textu oppos.*

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l. 9. §. pen. de munerib.* Ubi jam responsio est annotata.

Ad l. 9. §. 1.

Obst. *l. 11. §. ult. de publican.* Resp. Regulariter publicani finito conductionis tempore non coguntur iterum eadem vectigalia suscipere, *h. l. 9. §. 1.* Excipitur ille casus, cùm maximos fructus publicani fecerunt, & tantidem locari vectigalia non possunt, *d. l. 11. §. ult.* Atque hæ duæ conditiones requiruntur conjunctim, ita ut alterutra deficiente publicani non compellantur ad conductionem, *l. 3. §. cum quinquennium, de jure Fisc.*

Fisc. Non igitur opus est dicamus cum quibusdam, *d. l.* 11. §. *ult.* corrigi per rescripta, quorum sit mentio in jam allegata, *l.* 3. §. *cum quinquennium.*

TIT. V.
De donationibus.

Ad l. 13.

OBst. *l.* 37. §. *ult. de A.R.D.* Resp. Verba legis oppositæ sunt limitatè ac presse accipienda, ut non simpliciter dicatur, nihil agi, sed nihil agi in persona Titii vel procuratoris, sic in *princ. l. qui & quib. ex caus. manum. non poss.* dicitur eum, qui in fraudem creditorum manumiserit, nihil agere: quamvis revera servum ad libertatem ita producat, ut eam revocare nec ipse, nec heres ejus possit, *l.* 5. *C. de serv. pign. dat. manum.* Nihil verò agit in fraudem creditorum, quibus petentibus libertas revocabitur, *l.* 5. §. *si Titius*, *l.* 7. *qui & à quib. manum. l.* 24. *eod. l.* 1. *C. qui manum. non poss.* Sic etiam in *l. pen. de usufr.* dicitur, fructuarium, qui extraneo usumfructum cedit nihil agere, non quia prorsus nihil agat, confestim enim ususfructus extinguitur, & ad proprietatem revertitur, *l.* 66. *de jur. dot.* sed quia nihil agit in extranea persona, ad quem usumfructum transferre volebat.

Ad l. 19. §. 2.

Obst. *l.* 7. *de pec. constit. l.* 39. *de N.G. l.* 32. *de A.R.D. l.* 62. *de V.O.* Resp. (1) In *not. ad Exerc.* 47. *thes.* 70. *in med. vers. uti & add. h. Exerc.* 40. *thes.* 8. Præterea (2) alii respondent: invito non acquirimus per nosmetipsos, veluti si nobis donetur, *h. l.* 15. §. 1. *l.* 69. *de R.I.* aut libertus assignetur, quo pertinet *d. l.* 69. uti inscriptio ostendit; per alium autem acquirere possumus inviti, veluti si quis creditori nostro solvat, nos etiam invitos liberat, *dictis textib. opp. l.* 39. *de N.G. l.* 53. *l.* 91. *de solut.* Item servi nostri, cùm sibi acquirere non possint, penè ex omnibus causis

acqui-

acquirant, nobis invitis; *d. l. 32. de A. R. D.* Dixi pene: quoniam excipitur hereditas, quam servus non acquirit, nisi jussu domini adierit, *§. item vobis, vers. sed si heres, Inst. per quas pers. nob. acquir. l. 25 §. jussum, de acquir. hered.* quia nimirum nemo potest heres fieri, quin obstringatur oneribus hereditariis, quibus dominus invitus per servum obligari non debet.

Ad l. 27.

Obst. *l. 32. de donat.* Resp. Hæc *l. 27.* loquitur de donatione remuneratoria: expresse enim addit PAPINIANUS, posse defendi, non meram donationem esse verum officium magistri, in quem liberalitas collocata fuerat, quadam mercede remuneratum Regulum donatorem, adeoque cum morte magistri cessare. Textus verò oppositus loquitur de mera & simplici donatione, vide in *not. ad h. Exerc. 40. thes. 12. in fin.*

TIT. VI.
De mortis causa donatione.

Ad l. 25. princ.

OBst. *l. 2. §. 1. de tutel. & ration. distr.* Ubi dicitur, quòd pupillus non possit mortis causa donare. Resp. Textus in *h. l. 25.* præsupponit habilitatem ætatis eam, quæ etiam in contractibus & legatis requiritur, & saltem vult, quòd aliæ habilitates scrupulosæ in testamentis necessariæ non requirantur, v. c. etiam filiusfamilias potest mortis causa donare, licèt non possit testamentum facere, uti subjicitur in *§. 1. h. l. 25. add. h. Exerc. 40. thes. 22.*

Ad l. 37. princ.

Obst. *l. 38. h. l. 25. §. 1. h. item, l. 5. §. 17. h.* Resp. In illis textibus ea proponitur, quæ contractibus communia habet hæc donatio: non autem inde sequitur, quòd etiam cum legatis non

non habeat affinitatem, de utrisque enim participare poteſt, vide *h. Exerc.* 40. *theſ.* 22. *ſeqq.*

LIB. XL.

TIT. I.

De manumiſſionibus.

Ad l. 1. *in fin.*

OBſt. *l.* 3. *§.* 3. *de Muneribus.* Reſp. Aliud obtinet in reſtitutione liberorum ubi favore minoris is adhuc minor dicitur, qui nondum implevit ultimum momentum anni vigeſimi quinti *dicto textu oppoſ.* ubi addatur Gothofredus.

Ad l. 7.

Obſt. Videtur *l.* 21. *de peculio legato.* Verùm ibi alius planè caſus proponitur. In hoc enim textu *l.* 7. caſus hic eſt: Duos filios Titius habebat: quilibet filiorum habebat peculium ſeparatum; & quilibet ſervum in peculio: unus de filiis manumiſit ſervum ſuum peculiarem, conſentiente patre, hic pater in teſtamento dixit, peculium quod habet quilibet filiorum, prælego cuilibet eorum, nunc quæritur de iſto liberto, cujus dicatur libertus; & diſtinguitur: aut hic ſervus eſt manumiſſus, antequam fieret teſtamentum, & tunc cùm ſit effectus libertus Titii erit amborum filiorum, & ſic communis; ſin autem eſt manumiſſus poſt teſtamentum, tunc erit tantùm libertus filii manumittentis.

Ad l. 14.

Obſt. *l. un. de Offic. cenſ.* Ubi ſolutio jam eſt addita.

TIT. II.

De manumiss. vindict.

Ad l. 4. §. 1.

VErb. Plus enim. Obst. *l. 15. de acquir. hered.* Ubi jam responsio est addita.

Ad l. 13.

Obst. *l. 51. de procurat.* Resp. Distinguendum est inter procuratorem & defensorem. Minor viginti quinque annis potest quidem esse procurator, sed non defensor, vide *Exerc. 7. thes. 30. vers. sed etiam, &c. ibique notat.*

Ad l. 17. §. 1.

Obst. *l. 2. & l. 3. ff. de Offic. procons.* ubi solutio itidem est addita.

Ad l. 20. §. ult.

Obst. *l. un. in f. de Off. cons.* ubi dubium solutum.

Ad l. 23.

Obst. *l. 3. h. t.* Resp. Aliud est in procuratore, de quo in textu opposito hic autem agitur de tutore, hujus electio firmius requirit judicium.

TIT. III.

De Manumiss.

NIhil notandum occurrit.

TIT. IV.
De manumiſſ. teſtamento.

Ad l. 17. §. 2.

OBſt. *l. 1. C. de his, quæ ſub modo.* Reſp. Singularis ratio eſt in danda libertate, ita ut hoc caſu omninò libertas purè ſit data, cogitur tamen libertus, ut voluntati defuncti ſatisfaciat.

Ad l. 30.

Obſt. *l. 35. h. t.* Reſp. Propter jus poſtliminii etiam ſervis captis ab hoſtibus libertas directo teſtamento dari poteſt: licet enim revera non fuerint in poteſtate teſtatoris, nec tempore teſtamenti conditi, nec tempore, quo mortuus eſt, tamen fictione videntur fuiſſe in poteſtate teſtatoris, add. *Exerc. 50. theſ. 39.*

Ad l. 41. princip.

Verb. Poſt duodecim annos. Obſt. *l. 42. de V. O.* Reſp. Ibi non agitur de libertate, nec de teſtamento, ſed de contractu, in quo aliud obtinet.

Ad §. ult. ejusd. leg.

Obſt. *l. 49. de condit. & demonſtr.* Reſp. Aliud eſt dicere in annos decem, aliud intra annum decimum, vel intra decennium. Nam anni decem non ſunt ante noviſſimum decennii diem: intra decennium autem eſt omne tempus præcedens. Juſſus igitur in annos decem liber eſſe, ultimo ejus temporis die libertatem conſequitur, *d. textu oppoſ.* Juſſus autem eſſe liber intra annum decimum, ſtatim poſt mortem teſtatoris liber fieri poteſt, *h. l. 41.*

Ad l. 44.

Verb. Libertas ſub conditione. Obſt. *l. 1. C. de his, qui ſub modo.* Reſp. Modus non eſt propriè conditio, pro

conditione tamen aliis casibus hactenus habetur, quod etiam sit implendus; sed post acceptum legatum, vide *Exerc. 35. thes. 103.*

TIT. V.
De fideicommissis libertatis.

Ad l. 24. §. 17.

VErb. Ordinem scripturæ. Obst. *l. 6. de solut.* Resp. Cùm duæ sunt scripturæ in eodem testamento altera prior, altera posterior; distinguendum est, (casus 1.) vel utraque hæc sustineri potest; vel una (casus 2.) tantùm, quia altera alteri obstat, vel una (casus 3.) tantùm ob aliquod externum accidens. Primo casu, utraque valet, neglecto scripturæ ordine, ut cùm legata ante heredum institutiones scripta sunt, *l. ambiguitates, C. de testam. §. 24. Inst. de legat.* Secundo casu posterior scriptura præfertur priori, nisi vel contraria sit testatoris voluntas, ut in casu *l. 11. §. ult. de leg. 1.* vel favor prioris scripturæ eam posteriori præferat, ut si servus priori loco manumittatur, mox legetur, *l. 14. in princ. de leg. 2.* Tertio casu prior scriptura præfertur posteriori; ut in hac *l. 24. §. 17.* In textu verò *oppos. l. 6. de solut.* non agitur de testamento sive ultimis voluntatibus, sed de Chirographo seu cautione.

Ad l. 26. in princip. in fin.

Obst. Quod statu liber, quamdiu pendet conditio, sit servus heredis, *l. 9. princ. de stat. lib.* Resp. Quoad quosdam effectus pro libero habetur, licèt verè sit servus, add. *Exerc. 40. th. 50.*

Ad ejusd. l. §. 8.

Verb. Libertas non competit. Obst. *§. 6. I. quib. ex causis manum. lib. non fiant.* Ad quem textum respondet ipse Gothofredus.

Ad

Ad l. 30. princ.

Obst. *l. 74. §. ult. de Iudic.* Resp. In hoc textu saltem agitur de casu absentiæ probato.

Ad l. 32. §. 1. in princ.

Obst. *l. ult. §. 2. vers. licet enim, C. de test. manum.* Resp. Regula quidem est, quod servi etiam inviti libertatem consequantur: sunt tamen exceptiones. (1) In ipso textu opposito *vers. tamen in hoc casu.* (2) In *h. l. 32. §. 1.* Ubi legatum erat domino servi, ut servum heredi venderet, qui heres manumitteret. Ibi potest resistere domino, ut non accipiat legatum; sed eo accepto non potest resistere, qui manumittatur. Vel clarius: Ibi non recusavit libertatem directo; sed nolebat vendi heredi, à quo relicta est fideicommissaria libertas.

Ad l. 37. circa fin.

Vers. Nec puto, &c. Obst. *l. 82. in fin. de cond. & demonstr.* Ubi responsio jam est addita.

Ad l. 55. §. 1.

Verb. Manet. Obst. *l. 38. in princ. de furt.* Ibi conceditur matri actio. Resp. In hac *l. 55.* favore libertatis matri datur actio.

TIT. VI.

De Ademptione libertatis.

Nihil occurrit dubii in *h. l. unic.*

TIT. VII.
De Statu liberis.

Ad l. 3. §. 5.

OBst. *l.* 4. §. 6. *h. t.* Resp. Cogitur quidem heres per partes solutionem acceptare; sed interim usque dum totum est solutum, pendet libertas.

Ad ejusd. l. §. 8.

Vers. Quod si, &c. Obst. §. 10. *eod. tit.* Resp. Operari debet servus etiam contra prohibitionem. Ergò, utique penes ipsum stat, quod non pareat conditioni.

Ad ejusd. l. §. 15.

Verb. Liber erit. Obst. *l.* 31. §. 1. *in fin. ad SCtum Trebell.* Resp. Cùm hæc conditio in casu hujus §. 15. heredis personam concernat, ideoque eam remittere potest heres.

Ad l. 8. §. 1.

Vers. Labeo. Obst. *l.* 12. *de fideic. libert.* Resp. (1) Cùm glossa, quòd in textu opposito quorundam heredum non omnium nomina sint expressa, adeoque in dubio adhuc attendi portiones hereditarias. (2) Textus oppositus loquitur de rationibus reddendis, quæ heredes concernunt, pro ea parte, quatenus heredes sunt, adeoque quoad eas semper seu indistinctè hereditariæ portiones debentur. Sed in casu *l.* 8. §. 1. certa summa legata est præstanda, quæ, si personæ nominatim sint expressæ heredum, etiam inter personas istas viritim dividitur.

Ad l. 17. princ.

Obst. *l.* 40. §. 1. *h.* Resp. In textu opposito totum peculium, quale quale sit, dare debet. Satisfacit ergò servus voluntati testatoris, si omnes res peculiares reddat, seu totum peculium

culium cum commodis & oneribus tradat. In *h. autem l.* 17. certam quantitatem dare jussus est servus: quæ cùm sit de peculio danda, prius deduci debet, quod domino debetur, quo deducto cùm nihil remaneat, non potest juxta voluntatem defuncti decem dare.

Ad l. 20. §. 1.

Verb. Videri. Obst. *l.* 110. *de condit. & demonstr.* Resp. Distinguendum: Utrum peculium sit servo legatum, an non; Nam si legatum est ei peculium, potest de eo dare decem, etiam invito herede; hoc enim facit voluntas testatoris, & ad hunc casum pertinet *h. l.* 21. §. 1. Si verò peculium non sit legatum; est quidem servo concessum, ut decem det de eo peculio implendæ conditionis causâ, sed & heredi facultas est prohibendi, quò minus servus nummos peculiares alienare possit, *l.* 3. *§. ult. de condict. causa data causa non sec.* itaque hoc casu ita demum pecunia à servo rectè alienatur, si heres non prohibuit, omnimodò tamen & indistinctè servus ad libertatem pervenit, etiamsi invito herede debet, *d. l.* 110. Aut eo prohibente dare non potuerit, *l.* 3. §. 2. *de stat. liber. d. l.* 3. *§. ult. de condict. causa data.*

Ad l. 22. *princ.*

Obst. *l.* 4. *si usufr. petat.* Resp. Ibi planè est alius casus: adest enim legatarius, cui proprietas fundi legata, adeoque penes hunc ususfructus etiam remanet, usque dùm conditio, sub qua ususfructus alteri legatus extiterit.

Ad l. 30.

Obst. *l.* 13. *C. de testam. manumiss.* Resp. In casu *h. l.* 30. conditio posita est in arbitrio domini seu heredis; adeoque in ejus arbitrio est, velit alienare nec ne; Textus verò oppositus loquitur de conditione casuali, vel alia, quæ non est sita in voluntate heredis.

Ad

Ad l. 40. princ. in fin.

Verſ. Reſpondet. Obſt. Quòd furti cauſa non videatur libertas differenda. Reſp. Hic expreſſa addita eſt conditio, ſi rationes reddiderit; ideò huic omninò debet ſatisfacere, antequam libertatem conſequatur.

TIT. IIX.

Qui ſine manum. ad libert. perven.

Ad l. 1. in fin.

OBſt. *l. 3. de ſerv. export.* Reſp. Speciale eſt in caſu *h. l.* 1. quòd libertas competat non obſtante pœnitentia venditoris, quia & venditor & emtor ſine herede deceſſerat. Unde nullius intererat, hominem venditum in ſervitute manere, addantur notata *ad h. Exerc.* 40. *theſ.* 51. *in fin.*

TIT. IX.

Ad Leg. Æliam Sent.

Ad l. 1.

OBſt. *l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ. verb. nec libertatem.* Reſp. BLASIUS MICHALORIUS, Tractatu de Surdo, Muto & Cæco, quòd Textus oppoſitus loquatur de ultimis voluntatibus: iis nimirum caſibus, quibus teſtari non poſſunt, etiam ſurdi manumittere in teſtamento nequeunt. Textus verò in *h. l.* 1. loquitur de manumiſſione inter vivos, & verba, NEC ALIO MODO, in dicto textu oppoſito ponuntur ſolùm ad diverſitatem alterius modi, qui dicitur vindicta; non autem ſenſus eſt, quòd ſicut non poteſt ultima voluntate manumittere, ita etiam non poſſit alio modo.

Ad

Ad l. 2.

Obst. *l. 12. §. ult. de accus.* Resp. (1) Servus aut consensu domini delinquit, aut eo ignorante, vel saltem prohibere non valente, *l. 2. 3. 4. de nox. act.* Priori casu servus relegari potest, posteriori non; quia scilicet relegatio domino nocet, adeoque locum non habet, nisi dominus consensu suo delicti sit particeps, add. *l. 2. C. de Sepulchr. viol.* Resp. (2) Cum PETRO FABRO, qui ULPIANUM in *h. l. 2.* interpretatur de ea servi venditione, cui conditio addita, ut exportaretur; per relegatum ergò hîc denotari exportatum seu exportari jussum, add. *l. 1. & l. 3. C. de serv. export.* Fuit nimirum moribus Romanorum recepta œconomica & privata quædam relegatio, qua in molestam aut nocentem familiam privato jure animadvertebatur in filium vel etiam servum, vide NICOL. ANTON. *Tr. de Iuribus exulum, l. 1. c. 3. n. 8. seqq.* Ubi numero ultimo explicat *l. 2. C. de sepulchr. viol.* dicens: propter scientiam domini ibi irrogatam servo relegationem, h. e. absentiam à domino, ut is servo privaretur, cujus ministerio in loca religiosa sævierit; magis quàm ut idonea pœna servilis conditionis relegatio videretur.

Ad l. 12. §. 1. inf.

Obst. *l. 8. C. de judic.* Resp. Ubi verborum legis & sententiæ pugna nulla, & verba legis adeò clara & perspicua sunt, ut salva ratione recti sermonis interpretationem aliam recipere nequeant, lex scripta est servanda; etiamsi nobis dura videatur. Verùm in his, quæ palàm scripto non sunt comprehensa, judex neglecto jure stricto æquitatem sequi debet, *l. 8. C. de jud. Add. l. 32. C. ad L. Iul. de adult. vide Exerc. nostra* 11. *thes.* 47.

Ad l. 25. in f.

Obst. *l. 15. quæ in fraud. credit.* Resp. Distinguendum est inter libertatem directò vel per fideicommissum relictam; In directa namque spectatur consilium manumittentis & eventus

in fideicommissaria solus eventus, *l.* 1. *l. ult. C. qui manumitt. non poss.* quocirca ob novos creditores, de quibus fraudandis testator non cogitabat, cùm faceret testamentum, non impeditur libertas directa, *d. textu opp.* Sed fideicommissaria *h. l.* 25. *junct. d. l.* 1. *l. ult. C. qui manumitt. non poss. add. Cujac. in Papin. lib.* 5. *Resol.*

TIT. X.

De Iure aureorum annulorum.

Ad l. 5.

OBst. *l.* 2. *C. h. t.* Resp. (1) JULIUS PACIUS textum istum Codicis mendosum existimat. Nam quando dicit, usus annulorum, qui libertino jura ingenuitatis tribuit, dici potest, libertino imaginem libertinitatis tribuere. Ergò, pro libertinitatis, legendum: libertinis; & tunc perspicua erit legis sententia, libertinis nimirum concessionem aureorum annulorum tribuere imaginem ingenuitatis, non veram ingenuitatem. Resp. Potest (2) Quòd jus aureorum annulorum non præstet plenum statum ingenuitatis; sed saltem quoad quosdam effectus, v. g. Quòd habeat tutorem ingenuum vel cum ex oratione de Excusatione tutorum, quòd tutores suscipiat, *l. un. princ. C. ad L. Visell.* Quòd contrahat matrimonium cum nobilibus, *l.* 3. *princ. de Oper. libert.* remaneat etiam in plurimis imago seu vestigium libertinitatis pristinæ, nimirum in iis, quæ ad jus patronatus dependent.

TIT. XII.

De Liberali causa.

Ad l. 31.

OBst. *l.* 9. *C. de testam. manum.* Resp. Non potest parens servo filii libertatem conferre directò, *d. textu oppos.* Sed tradit per fideicommissum, *h. l.* 21.

Ad

Ad l. 33.

Obst. *l. 27. h. t.* Resp. Conventio, quem non fecit servum, sed fraus ista, quòd scilicet quis pretii participandi causa patiatur vendere, add. *Exerc.* 3. *thes.* 18. *& hac Exerc.* 40. *thes.* 61.

Ad l. 44. §. 2.

Verb. Impubes. Obst. *l.* 12. § 3. *de usufr. item l. ult. de Oper. serv.* Ad quos textus solutio jam est addita.

TIT. XIV.

Si ingenuus esse dicetur.

Ad l. 6.

VErb. Semper. Obst. *l. 14. de probat.* Resp. Particula SEMPER in *h. l. 6.* referenda est ad casus praecedentes & inde explicari debet, nisi enim is, qui se patronum contendit, in potestate sit, ipse probare debet, sive ab altero operas, sive obsequium desideret, sive ab eo famosa actione conveniatur; aut in jus sine venia vocetur; sive hoc tantùm asserat, eum esse suum libertum, imò etiamsi ille fateatur, se libertinum, sed hujus patroni se libertum neget; his igitur omnibus casibus utervis eorum desideret praejudicium, is probare debet, vide *hac Exerc.* 40. *thes.* 65.

LIB. XLI.

TIT. I.

De acquirendo rerum dominio.

Ad l. 5. §. 5.

UBi agitur de pavonibus, columbis, &c. Dubia quae hîc occurrunt, facilè solvi possunt ex *Exerc.* 41. *thes.* 8. *vers. fera.*

Ad ejusd. l. §. eund.

Verſ. In his, verb. autem, verb. ut eousque.

Obſt. *l.* 8. §. 1. *fam. herciſc.* Ubi jam ſolutio ſuperius eſt addita.

Ad l. 7. §. 5. in f.

Obſt. §. 25. *I. de Rr. Div.* Reſp. Patet ex *d. Exerc.* 41. *th.* 32. Ubi finalia verba *hujus* §. 5. explicantur. Nimirum ſenſus eorum eſt: Vix eſt, ut id perpetuò ſeu ſemper obtineat; ſed ex bono & æquo judex interdum aliter judicabit, quomodo agat, ſi flumen non paulatim, ſed ſubitò ad priorem alveum redierit, prioribus dominis reſtituatur, add *l.* 38. *h. t.* add, Strauch. *Diſſ.* 6. *theſ.* 44. & *l.* 2. *C. de R. V.*

Ad ejusd. l. §. 7. in f.

Obſt. §. 26. *Inſt. h. t.* Reſp. Iſte §. ex *h. l.* eſt explicandus & limitandus, vide *theſ.* 37. *in f.*

Ad ejusd. l. §. 10. princip.

Obſt. (1) *l.* 28. *h.* Reſp. Utique & ibi ſolo cedit, quod parieti meo ſuperſtructum eſt, add. *theſ.* 45. Obſt. (2) *L.* 60. *h. t.* Reſp. Horreum ibi non cohæret ſolo, ſed eſt mobile, ideoque non cedit ſolo.

Ad ejusd. l. §. 12.

Vide *not. ad theſ.* 22. *q.* 2. *Exerc.* 12.

Ad ejusd. l. §. 12.

Verſ. Itaque. Obſt. §. 10. *hujus l.* 7. *item l.* 37. *de R. V.* Reſp. Textus in *h.* 12. §. loquitur de eo, qui ſcienter in alieno ſolo ædificat, ideoque nec diruto quidem ædificio materiam vindicare poteſt, vide *theſ.* 46. *n.* 2.

Ad l. 9. §. 4. in f.

Obſt. *l.* 16. *C. de procur.* & *l.* 40. *C. eod.* Reſp. Agitur in hoc

hoc §. 4. de eo procuratore, cui libera potestas administrandi & alienandi est concessa, add. *thes. 5. in init.*

Ad l. 13. princip.

Obst. *l. 24. de N. G.* Resp. Distinguendo inter verum procuratorem, qui scilicet mandatum habet, & eum, qui se gerit pro procuratore sine mandato. De priori loquitur hîc textus de posteriori textus oppositus, uti jam ibi notatum.

Ad l. 23. §. 1. in f.

Obst. *l. 25. in fin. de usur.* Ubi videtur dici bonæ fidei possessorem fructus facere suos, quamdiu fundus non fuerit evictus, etiamsi ante cognoverit fundum esse alienum & servum alienum tamdiu possessori acquirere, quamdiu non fuerit evictus, etiamsi possessor cognoverit servum esse alienum. Resp. Id ibi non dicitur, sed tum demum, quo evictus est, cognovit possessor fundum, vel servum esse alienum, & ex eo tempore fructus non facit suos, vide *not. ad d. l. 25. §. ult. de usur. add. Exerc.* 11. *th.* 19.

Ad ejusd. l. §. 3.

Verb. Eis duntaxat in solidum. Obst. *l. 45. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de servo communi; Hæc autem *l.* 23. de servo alieno, bona fide possesso; hic ei soli acquirit, ex cujus re acquirit: ille verò omnibus dominis acquirit: sed is, ex cujus re quæsitum est, id præcipuum obtinebit judicio communi dividundo.

Ad l. 26.

Vide Strauch. *D. 6. th. 50.*

Ad l. 32.

Obst. (1) *L. 19. §. 2. de donat.* Resp. Ibi agitur de nobis ipsis, hîc verò *l. 32.* de servis nostris. Per nosmetipsos non potest nobis invitis acquiri dominium, *l. 55. de O. & A.* quia in actu, quem ipsi gerimus, utique consensus noster debet adesse. Per

servos autem cùm acquirimus, nullum nos ipsi negotium gerimus, sed servi suo consensu gerunt; & nobis per eos acquiritur ipso jure sine facto nostro, quia servus ipse dominium habere nequit; sed cùm in dominio nostro sit, ideoque quod ex eo vel ex ejus opera provenit, id nostrum est, si modò prosit, nam servus prodesse domino potest, non nocere, *L.* 133. *de R. I.* Præterea obstat, quòd possessio per servum domino invito aut ignoranti non acquiratur, nisi in re peculiari, *l.* 1. §. 5. *&* 19. *l.* 3. §. 8. *l.* 44. §. 1. *de acquir. l. amitt. poss.* Resp. Alia videtur esse ratio possessionis, dominium enim est juris, adeoque ipso jure per servum transit ad dominum. Possessio verò est facti, h. e. ipso facto domino esset apprehendenda, adeoque tàm facilè non transit, *l.* 44. *de condit. & demonstr. add. etiam thes. nostra* 4. Cæterum alia quoque est ratio hereditatis, quam servus domino non acquirit, nisi volenti imò jubenti, quia nimirum hereditas & damnum & lucrum continet; ne igitur dominus per servum æri alieno obligetur, non potest adire servus hereditatem sine jussu domini, *l.* 6. *de acquir. l. amitt. hered.* Domino enim nequit nocere servus, uti jam dictum, add. *Exerc.* 34. *thes.* 26.

Ad l. 36.

Obst. *l.* 18. *de R. C. vide Exerc.* 16. *thes.* 10.

Ad l. 37. §. *fin.*

Verb. Nihil agetur. Obst. *l.* 13. *de donat.* Resp. Verba JULIANI in *h.* §. *ult.* sunt limitatè & pressè accipienda, ut non simpliciter intelligatur, nihil agi, sed nihil agi in persona Titii, vel procuratoris: Aliquid verò agit quoad me. Sic JUSTINIANUS *princ. Inst. Qui & quib. ex causis manum.* Ait eum, qui in fraudem creditorem manumisit, nihil agere: Quamvis revera servum ad libertatem ita producat, *l.* 5. *C. de serv. pign.* Sed nihil agit respectu creditorum, quibus petentibus libertas retrotrahitur, *l.* 5. *l.* 7. *l.* 24. *qui & à quib. man. l.* 1. *C. qui manum. non poss.*

poss. Sic in §. *pen. Inst. de usufr.* dicitur fructuarium nihil agere, non quòd prorsus nihil agat, cùm utique ususfructus extinguatur, *l.* 66. *de I. dot.* sed quòd nihil agat in extranei persona, ad quam transferre volebat usumfructum.

Ad l. 46.

Obst. *l.* 20. *h. t. princ.* Resp. Nemo potest absque voluntate ipsius domini dominium, quod non habet, transferre: Ast creditor alienat pignus voluntate domini debitoris seu expressa, seu tacita, *add. princ.* §. 1. 2. *quib. alien. lic. vel non.*

Ad l. 44.

Vers. Pomponius, &c. Obst. *l.* 25. *in f. de usur.* Ad quod dubium responsum est in *not. ad l.* 23. §. 1. *h. t.*

Ad l. 48.

Vide Strauch. *Diss.* 8. *thes.* 7.

Ad l. 59.

Obst. *l.* 65. *princ. h. t.* Resp. Distinguendum est in genere, circa hanc rem. Edens rem vel est procurator vel negotiorum gestor aut vel meo mandato emit, vel sua sponte; si sua sponte & sine mandato, sine dubio res emta non ante fit mea, quàm sit mihi tradita, quia per liberam personam nihil acquiritur; Si verò sit procurator seu mandato meo rem emat, tùm vel emit suo nomine vel meo; si suo nomine, non acquiritur mihi statim, sed si eam mihi tradat, *l.* 2. *C. de his, quæ à non dom. h. l.* 59. Si verò meo nomine, tunc statim mihi acquiritur, etiam ante traditionem mihi factam, *l.* 42. §. 1. *de acquir. vel amitt. poss. l.* 13. *h. t. de procur. add. Exerc.* 41. *h. thes.* 5. Cæterùm in textu opposito agitur de epistola alicui missa, quæ si data sit tabellario ejus, ad quem scripta est, sive potiùs rescripta ad illius literas, etiam ante redditionem fit ejus, cui est missa: quia cùm tradita sit epistola procuratori vel tabellario illius, videtur jam ipsi tradita, qui illum mi-

sit,

sit, *conf. l.* 14. §. *ult. de furt.* Similiter si quis petierit mitti sibi literas commendatitias, hæ itidem statim fiunt ejus, ad quem missæ, etiam ante redditionem, quia scilicet ejus tantùm rei gratia missæ sunt, ad quem perscriptæ sunt.

Ad l. 61.

Obst. *l.* 18. *h. t. l.* 43. *de acquir. vel amitt. hered.* Resp. In *l.* 18. quòd id, quòd jam est hereditatis, non possit per hereditarium servum acquiri, & quòd hereditas etiam non possit per talem servum acquiri. Quod etiam habetur in *opp. l.* 43. Sed in hoc textu dicitur, quòd hereditati aliud acquiratur per servum, ratio nimirùm dictorum textuum oppositorum est, quòd servus hereditarius ante aditionem nondum sit heredis, sed ipsius quodammodo hereditatis jacentis, adeoque nec possit heredi hereditatis aut rerum hereditariarum possessionem aut dominium acquirere, & multo minus ipsi hereditati, quod jam ad eam pertinet.

Ad l. 64.

Obst. *l.* 10. *de probat.* Resp. In textu opposito dicitur, quòd ex liberis censualibus possit probari dominium, sed inde non potest concludi, si revera constet aliena in censum esse deducta, propterea dominium sive possessionem esse amissam, quia scilicet hæc delatio in censum non est species seu modus acquirendi dominii.

Ad l. 65. §. ult. in f.

Obst. *l.* 7. §. 3. *h. t.* Difficultas hæc solvitur hac *Exerc.* 41. *thes.* 28. *in f.*

TIT.

TIT. II.
De acquirenda vel amittenda possessione.

Ad l. 1. §. 4.

VErb. Quoniam res fact. Obst. *l.* 44. *h. t.* Resp. Possessio diversa ratione facti est & etiam juris; Facti dicitur, quatenus ad eam acquirendam naturale factum requiritur, *l.* 3. §. 1. *h. t.* Et huc pertinet etiam *h. l.* 1. §. 4. ubi factum donationis adest, quo possessio transfertur; Juris verò dicitur ratione effectuum, v.g. quòd possessor præ alio plus juris habet *l. 2. uti possidetis.* Porrò, quòd in servi persona non subsistat, sed per servum acquiratur domino, *d. l. opp.* 49. *princ.* Item per juris interpretationem solo animo retinetur, *l.* 29. *h. t. l. nemo C. de A. vel A. poss.*

Ad ejusd. l. §. 5.

Verb. Infans & fur acquir. Obst. §. 10. *h. l. & l.* 18. §. 1. *h. t.* Resp. Hic §. 5. agit de casu, quo semel à domino sanæ mentis & integræ ætatis constitutum est peculium, tunc etiam ex ista causa peculiari (ratione peculii,) acquiritur domini filio adhuc infanti vel etiam ipsi domino, licèt postea (post constitutum peculium) in furorem prolapsus sit, *add. l.* 32. §. *ult. l.* 28. *de usucap.* Initium enim peculii constituti, considerandum, nec semel rectè constitutum morte aut furore aufertur, *l.* 3. §. *Parvi de pecul.*

Ad l. 1. §. 14.

Obst. *l.* 12. *ff. de usufr. vide Mod. ad illam leg.*

Ad ejusd. l. §. 15.

Obst. *l.* 32. *de R. I.* quòd nimirum nihil possit servi vo-

luntas in iis, quæ sunt juris civilis; jure autem civili acquiratur possessio §. 3. *Inst. per quas pers. cuique acquir.* Resp. Cùm dominus per servum acquirit utique factum apprehensionis servi est attendendum; si enim non apprehendat meo nomine, & hoc expresse dicat, non magis per illum mihi acquisitum dici potest, quàm si furioso meo nomine datum esset. Necesse igitur est ei acquirat possessionem facto suo, cujus nomine eam apprehendit, hoc scilicet volente aut ratum habente, *l. ea 53. tit. praced. de acquir. rerum dom.* Secus est, si aliam mentem non exprimat servus, licèt fortè aliud in mente retineat, *l. 13. de donat. princ. Inst. de inutil. stipul. junct. l. si repetendi C. de condict. ob causam datam.*

Ad l. 3. §. 4.

Obst. *l. 4. C. de contrah. emt. vide Exerc. 42. thes. 14.* Ubi in fine hoc, & alia dubia sunt soluta in dictatis.

Ad ejusd. l. §. 5.

Obst. *l. 15. §. 4. de Prec.* Vide *h. Exerc. 42. thes. 8.* conferatur etiam Gothofredus ad hunc §. 5.

Ad ejusd. l. §. 6.

Obst. *l. 8. h. t.* Vide *th. 32.* ubi latè hoc dubium solutum.

Ad ejusd. l. §. 14.

Allegatur hic tanquam obstans, *l. 17. 18. de Act. Emt.* Verùm ex ipsis textibus apparet, quòd nihil contrarii ibi habetur.

Ad l. 12. §. 1.

Obst. *l. 1. §. 1. h. t.* Resp. Quòd in *h. l. 12.* dicitur, nihil habere commune proprietatem cum possessione, verum est secundum SCt. materiam, scilicet quoad finem & modum persequendi; quo respectu permisceri non debet causa possessionis & proprietatis. *Add. l. pen. h. t.* fieri enim potest, ut quis possessor sit, dominus verò non sit, & vice versa dominus sit, & non possessor; fieri tamen etiam potest, ut & possessor & dominus sit,

sit, *l.* 1. §. 2. *uti possidet:* Alio verò respectu communia quædam habent possessio & proprietas: utrumque scilicet est incorporale quid, & à possessione incipit dominium, *l.* 1. §. 1. *h. t.* & per easdem personas acquiritur *l.* 1. §. *per communem h. t.* *Add. tit. Instit. per quas pers. cuique acquir.*

Ad l. 13. §. 4.

Huic decisioni, quæ *in f. h.* §. 4. habetur, obstat ista ratio versus quoniam allegata. Resp. Ista ratio obtinet in iis, quæ sunt juris; hic autem subest facti & naturale impedimentum. Licet enim aliàs continuatio possessionis inter auctorem & emtorem per fictionem propter æquitatem introducta sit, id tamen non potest locum habere, si intercedat medius quidam possessor. Uti namque naturaliter conjungi non possunt, inter quæ est obstaculum: ita civiliter per fictionem continuari nequit possessio duorum extremorum, inter quos aliquis est medius possessor: quæ ratio non saltem in singulari successore obstat; sed etiam eadem non admittit continuationem, quoad heredem propter naturale obstaculum ex ista intermedia possessione veniens.

Ad l. 21. *princ.*

Obst. *l.* 20. *de A. R. D.* Resp. In casu *h. l.* 21. *princ.* dominus vel heres verus, qui non possidet, efficit sua concessione, ut illi, qui precario rogarunt ex causa precarii possideant, perinde enim judicatur, atque si ille, qui rem pro herede possidebat, vero heredi & domino possessionem cessisset, atque iterum ab eo precario rogasset, *l.* 6. §. *Iulianus*, *l. ult. de precar.* Quemadmodum enim nuda voluntate dominium rei, quæ apud te est, transit eo ipso, quod patior eam ex causa emtionis vel alia ad dominium transferendum idonea, apud te esse, *l.* 9. §. *interdum de A. R. D.* Ita quoque possessionem rei, quam apud te esse patior, tuam facio.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obſt. *l. 43. §. 1. de furt.* Latè hoc dubium ſolvitur in *Exerc. 41. theſ. 60.*

Ad l. 32. §. 1. in f.

Obſt. *l. 29. quib. mod. uſusfr. amitt.* Reſp. In textu oppoſito colonus non deſeruit tantùm poſſeſſionem, ſed etiam alii animo transferendæ poſſeſſionis tradidit. In hoc verò §. 1. *l. 32.* colonus ita rem tradidit, ut aliquam poſſeſſionem retineat, & tunc nos per illum adhuc poſſidemus. Imò prior locator hoc caſu ſolus poſſidet, non poſterior locator & emtor, quia cùm perſeveravit priori præſtare mercedem, non receſſit à priore, nec poſſeſſionem ejus intervertit, quòd ſi verò nullam priori perſolviſſet penſionem, tunc interverſa eſſet ejus poſſeſſio.

Ad l. 39.

Obſt. *l. 17. §. 1. de poſſ.* Ubi jam hoc dubium ſolutum.

Ad l. 43. princip. in f.

Obſt. *l. 2. C. ſi adverſ. cred.* Reſp. Bona fides hic adeſt reſpectu proprietatis ſeu ipſius fundi, cujus uſucapio procedit ſalvo jure pignoris, aut ſalvo jure uſusfructus, quem ſcio vel puto eſſe alienum: nec enim adverſus actionem hypothecariam, vel adverſus vindicationem uſusfructus quem ſcivi eſſe alienum, mihi longi temporis poſſeſſio proficit.

Ad l. 44. §. 2. in f.

Obſt. *l. 46. in f. h. t.* Reſp. Agitur in *h. l. 44. §. 2.* de colono noſtro expulſo ac alio, cùm enim dominus per colonum poſſideat, ita quoque per colonum expellitur, cùm eo animo invaſor expulerit colonum, ut ſi dominus adfuiſſet, ipſum quoque expuliſſet, meritò igitur per colonum expulſum cenſetur ipſe dominus expulſus, licèt ignorans vel abſens. *Add. theſ. ult.* Textus verò oppoſitus loquitur de poſſeſſione rei per nos ipſos poſſeſſæ, hæc non niſi ſcientibus nobis amittitur. *Add. th. 31. n. 4.*

Ad

Ad l. 49. princip.

Obſt. *l. 19. ex quib. cauſis maj. item l. 1. §. 4. h. t.* ubi hoc dubium ſolutum.

Ad l. 51.

Verb. Quia nihil intereſt. Obſt. *l. 5. §. 14. commodat.* Reſp. Nihil intereſt quoad acquiſitionem poſſeſſionis *h. l. 51.* De alio verò caſu agit *opp. §. 14.*

TIT. III.

De uſucapione & uſurpatione.

Ad l. 4. §. 2.

OBſt. *l. 49. de acquir. hered.* Reſp. Affert ipſe Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 13.

Obſt. *l. 10. C. de furt.* Reſp. In caſu *l. 4. §. 13.* vitium interpretativè, uti bene loquitur gloſſa, purgatum eſt, ſi nimirum dominus litis æſtimationem pro re acceperit, perinde enim eſt, ac ſi dominus rem ſurreptam acceperit, & rurſus eam poſſidenti vendiderit.

Ad ejusd. l. §. 16. in f.

Obſt. *l. 9. l. 10. pro emt.* Reſp. Dominus partum non uſucapit, niſi eo tempore, quo partus conceptus, & quo editus eſt, matrem furtivam eſſe ignoret, ſemper enim bona fides in uſucapionibus initio requiritur, partus verò tùm demum uſucapi incipit, cùm editus eſt, ideoque dicitur eum quis uſucapere quaſi emtor, *d. l. 9. & l. 10.* In emtore enim & aliis bonæ fidei poſſeſſoribus ita diſtinguitur, *l. 33. de uſucap.* Ex quo textu oportet explicare & limitare ea loca, in quibus ſimpliciter dicitur partum ancillæ furtivæ apud bonæ fidei poſſeſſorem conceptum & edi-

tum usucapi, *l.* 11. *§. part. de publ. in rem act. l.* 48. *§. ancilla de furt. l.* 3. *C. de usucap. pro emt.* vide etiam hæc *Exerc.* 43. *thes.* 9. *vers. quæritur autem de partu.*

Ad ejusd. l. §. 18.

Obst. *l.* 44. *§.* 2. *h. t.* Resp. Hic §. 18. loquitur de ancilla furtiva, quæ non potest usucapi, textus verò oppositus de ancilla non furtiva, quam possessor usucapiebat. *Add. d. th.* 9.

Ad ejusd. l. §. 21.

Obst. *l.* 6. *C. de usuc. pro emtor.* Resp. Debitor creditori furtum facit, sive pignus, seu hypothecam distrahat, aut si eam rem surripiat creditori & vendat, quam pignori dederat, seu eam vendat; quam retenta possessione obligaverat facto speciali, *l.* 66. *princip. de furt.* Sed cùm debitor surripit ac vendit pignus, usucapio admittitur, & si res videatur fieri furtiva, quia vitium purgatur, eo quòd post furtum factum aut postquam res Creditori subtracta est, videtur fuisse in domini potestate, *h.* §. 21. cùm debitor pignorando dominium non transtulerit, *l.* 9. *C. de pign. act.* Cùm autem debitor vendit hypothecam, usucapio non procedit, quia post furtum commissum aut postquam res vendita & tradita est emtori, non rediit in domini potestatem, *d. text. opp.*

Ad l. 6. & 7.

Obst. *l.* 6. *ff. de O. & A.* Resp. Aliud est tempus usucapionis: aliud actionis temporalis: is cui datur tempus ad usucapiendum, cùm primùm ad ultimum diem pervenit, usucapionem absolvit: is verò cui datur tempus ad agendum ante novissimum tempus completum actionem non perdit, *d. textu oppos. l.* 6.

Ad l. 8. §. 1.

Obst. *l.* 3. *in f. quæ res pignori*, ubi solutio jam est addita.

Ad l. 13. *princ.*

Movet hic dubium Gothofredus, de præscriptione juris luendi pignoris; de qua controversia agitur in hac *Ex.* 43. *th.* 22.

circa

circa fin. verſ. ſic & jure luendi. Neque noſtræ ſententiæ obſtat *hæc lex 13. princ. de uſucap.* quia hic agitur de ipſa re pignorata longo tempore uſucapienda, ita nimirum ut creditor dominium debeat conſequi per iſtam uſucapionem, quod fieri nequit, quia ſcilicet creditor non poſſedit animo dominii, ſed revera ut alienam, in qua jus pignoris habet. Alia verò eſt quæſtio, an juri luendi pignus perinde ut alii juri præſcribatur longiſſimo tempore. Ita nimirum ut intra legitima tempora non agendi exceptio obſtet.

Ad l. 33. §. 1.

Verſ. Nec videbitur. Obſt. *l. 2. §. ult. pro emtor.* Reſp. Si quis rem, quam à non domino antehac emit, poſtea à domino emat, vel ex donationis cauſa accipiat. Huic quidem cauſa poſſeſſionis mutatur; ſed ipſe ſibi ſolus ſeu nuda ſua deſtinatione non mutat, ſed priori poſſeſſione dimiſſa novam poſſeſſionem à vero domino accipit, quod nullo jure prohibetur, *l. 32. h. t. l. 61. princ. pro emtore. Add. Exerc. præced. 42. theſ. 15.*

Ad l. 35.

Verb. Non habere. Obſt. *l. 10. C. de furt.* Ad quem textum reſpondet ipſe Gothofredus. In reliquis allegatis à Gothofredo nihil contrarii habetur.

Ad l. 37. princ. in f.

Obſt. *l. 77. de furt.* Reſp. Quod in textu oppoſito dicitur, furem non habuiſſe animum ſurripiendi ſacci; ſic debet intelligi, ut referatur ad præcipuum ſcopum furis, qui pecuniam principaliter ſurripere voluit, ſaccum autem principaliter quidem noluit furari, pecuniæ tamen commodiùs adſportandæ cauſa & hunc voluit auferre.

Ad l. 43. §. 1. in f.

Obſt. *l. 2. §. 11 pro emt.* Reſp. Nihil aliud in hoc textu §. 1. dicitur, quòd patris vel filii ſcientia, rem ſcilicet eſſe alienam, impe-

impediat usucapionem rei à filio emtæ. Idem etiam dicitur in textu opposito quòd nimirum scientia & domini & servi vitiosam reddat possessionem.

Ad l. 44. §. 4. *in f.*

Vers. Et sola. Obst. §. *ult. Inst. quib. mod. re contrah. obl.* Resp. Hic agitur de pacto hypothecæ; in textu opposito agitur de contractu pignoris. *Add. thes. 2. Exerc. 26.*

Ad l. 45. princ. in fin.

Obst. *l. 7. de divers. & tempor. act.* Resp. Cum Gothofredo, hic textus in hac *l.* 45. loquitur de eo, qui postquam per aliquot annos piscatus est, piscari desinit, unde cùm possessionem piscandi amiserit, præscriptionis beneficio uti nequit; sed ei comparatur, qui ædificium in littore positum dereliquit, aut cujus ædificium in littore positum funditus corruit; At textus oppositus loquitur de eo, qui jus possidet, h. e. in quasi possessione piscandi permanet, nec piscari desiit. Videtur autem huic solutioni obstare, quòd utrobique non saltem sit idem casus, sed etiam eadem ferè verba; præterquam quòd in textu *h. l.* 45. sit oratio negans in *textu oppos.* affirmans; quapropter non videtur in *h. l.* 45. addendum, nimirum piscari desitum fuisse. Verùm Resp. Utique ex præcedentibus verbis in *l.* 45. *h.* id ita supplendum esse colligitur; Quia verè in textu opposito nulla sunt verba, quæ hoc innuunt, vel ex quibus hoc colligi possit.

Ad l. ult.

Dubium, quòd hîc occurrit, solvi potest ex dictis *ad l.* 4. §. 21. *h. t.*

TIT.

TIT. IV.

Pro emtore.

Ad l. 2. §. 2.

VErſ. Qui potius. Obſt. *l. 15. de acquir. vel amitt. hered.* Reſp. Quod in textu oppoſito dicitur, plus eſſe in opinione, quàm in veritate, non debet accipi generaliter, ſed in caſu ibi propoſito ſeu ut propter falſam opinionem is, qui putat ſe heredem neceſſarium, cùm ſit voluntarius, non poſſit repudiare, quia non eſt certus de jure ſuo, quæ certitudo requiritur in hereditate adeunda vel repudianda, ut certo conſilio id facere videatur, *l. 13. §. 1. l. 19. l. 23. l. 32. de A. vel O. H.* Similiter quod dicitur in *§. ſi quis rem ſuam Inſt. de legat.* plus valere, quod in veritate eſt, quàm quod in opinione, non eſt generaliter accipiendum; ſed in ſpecie ibi propoſita, cùm quis rem ſuam legavit, quam putabat eſſe alienam, nam legatum ſuſtinetur, quia ultima voluntas eſt favorabilis, & tam ſuam quam alienam rem legare quis poteſt. Unde qui legavit rem, quam putabat eſſe alienam, multò magis cenſetur voluiſſe eum legare, ſi ſciviſſet ſuam eſſe. Quod verò attinet *h. l. 2. §. 2. proemt.* Agitur ibi de uſucapione, in qua plerunque veritas opinioni præfertur. *Add. Exerc. 35. th. 14. in init.* Neque obſtat, *§. 15. h. t.* Ubi ipſe caſus propoſitus videtur ſuadere, ut cum Cujacio legamus, ut hic plus quàm in re ſit in exiſtimatione. Cujusmodi tranſpoſitiones etiam alibi occurrere notat, ut in *l. 7. §. pact. de pact. l. 3. §. ſi emancipatus, de bonor. poſſeſſ. contra Tabb. l. 3. §. Labeo, de Incend. ruina, naufragio.* Reſp. Ibi utilitatis ſive æquitatis cauſa placuit, ut nimirum uſucapio procederet, plus eſſe in juſta opinione, quàm in re ipſa. *Add. §. 16. Vide hac Exerc. 43. theſ. 14. & theſ.* 10. *n.* 5.

Ad ejusd. l. §. 16.

Verb. Utilitatis causa. Obst. Quòd pupilli res usucapi non possint, adeoque nec furiosi, *l. 78. de acquir. hered. l. 10. quemadm. servit. amitt.* Resp. Patet ex verbis: utilitatis causa, uti jam monitum ad §. 15.

Ad eund. §. 16.

Verb. Nec Publiciana competit. Obst. *l. 7. §. 2. de Public. in rem act.* Ubi jam responsio est addita.

Ad §. ult.

Verb. Causam possessionis mutari. Obst. *l. 31. §. 1. de usucap.* Ubi itidem responsio jam est addita.

Ad l. 5.

Obst. *l. 6. C. pro emt.* Ad quem textum responsum est in notis ad *l. 4. §. 21. tit. praeced.*

Ad l. 7. §. 3.

Obst. *l. 14. in f. de acquir. l. amitt. poss.* Resp. In *h. l. 7. §. 3.* Agitur de re pupillari, quam tutor surripuit & vendidit: hæc res utpote furtiva usucapi non potest: nec obstat, quòd tutor loco domini habeatur, id enim tum demum locum habet, ut hic additur, cùm tutelam bona fide administrat. Textus verò oppositus loquitur de re aliena, quæ à pupillo quidem possidebatur, in ejus tamen dominio non erat, sed ad extraneum pertinebat, & tunc vendita à tutore non est facta furtiva, ut quia bona fide vendita est.

Ad l. 9.

Obst. *l. 4. §. 16. de usuc.* Ubi itidem jam responsum est.

Ad l. 13.

Obst. *l. ult. C. de N. G.* Resp. Ibi planè alius casus proponi-

ponitur, quòd nimirum is non habeat negotiorum gestorum actionem, quem prohibuit dominus, ne gereret.

TIT. V.

Pro herede.

Ad l. 1.

OBst. *l. 5. pro legat.* Ad quod dubium respondet ipse Gothofredus.

TIT. IX.

Pro dote.

Ad l. 1. §. 2.

VErb. **Ut statim.** Obst. Quòd eventus conditionis sit expectandus. Resp. Hic Sponsa Sponso purè dedit dotem.

Ad ejusd. l. §. 3.

Allegatur hîc tanquam obstans *l. 66. de jure dot.* In quo tamen nihil contrarii habetur.

LIB. XLII.

TIT. I.

De re judicata.

Ad l. 4. §. 3.

OBst. *l. 52. de solut.* Resp. Solutio & satisfactio ibi quoad effectum comparantur, sed non tenetur quis invitus loco solutionis aliam satisfactionem accipere.

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l.* 49. *de solut.* Resp. Ibi §. 7. vox SOLUTIONIS generaliùs accipitur. Vide *tit. de solution.*

Ad ejusd. l. §. *ult.*

Obst. *l.* 9. § *pen. de dot.* Ubi dicitur actio de dolo competere, quæ aliàs non nisi remediis aliis cessantibus datur, *l.* 1. *eod. tit.* Resp. In casu *h.* §. *ult. & l.* 69. *de solut.* condemnatus quis fuit noxali judicio, & ne litis æstimationem solveret, servum noxæ dedit, quod jure permissum, *princ. Inst. de nox. act.* Sed quia ususfructus alienus erat, vel servus erat Titio pignoratus, idcircò sententiæ ea deditione non satisfecisti; sed nihilominus adhuc teneris actione judicati. In casu verò *textus oppos.* ante sententiam quis noxæ dedit, & ita fuit absolutus, quia tempore sententiæ ignorabatur eum servum esse alii pignoratum, vel usumfructum ejus alienum esse. Hoc igitur casu non datur actio judicati, quippe quæ non competit adversus absolutum, sed condemnatum, confugiendum itaque est ad actionem subsidiariam de dolo.

Ad l. 5. §. 1.

Obst. *l.* 75. §. 6. *de V. O.* Resp. Quamvis in casu textus oppositi non ex ipsa pronunciatione appareat quantitas debiti sive nominis, tamen revera est certa quantitas, nimirum ea, quando revera Sejus debet.

Ad l. 6. §. *ult.*

Opp. Quòd hæc actio Prætoria sit adeoque annalis. Resp. Hæc actio est ex quasi contractu & rei persecutoria: Actiones verò etiam Prætoriæ rei persecutoriæ non sunt annales, *l.* 35. *de O. & A.*

Ad l. 12.

Obst. *l.* 60. *de R. V.* Resp. Distinguendum est inter actionem in personam & actionem in rem: Qui rem vindicat, non

non cogitur actiones cedere ei, qui dolo malo restituit, *dicto textu oppos.* Qui verò agit in personam, cedere debet, *h. l.* 12. Differentiæ ratio est, quia plus juris habemus in rebus nostris, quàm in rebus nobis debitis, & dominii major est vis, quàm obligationis, proinde magis peccat, qui non vult domino rem vindicanti restituere, quàm is, qui non restituit agenti actione personali.

Ad l. 16.

Obst. *l.* 63. *pro soc.* Ubi jam solutio est annotata.

Ad l. 26.

Obst. *l.* 19. *de recept. arb.* Resp. Aut partes consentiunt in certam sententiam ab initio, priusquam lis inchoetur: aut post litem cæptam, cùm sententia ferenda est. Priori casu arbitrium vel judicium consistere non potest, quia lis nulla est inter consentientes, & de hoc casu agit *l. oppos.* Posteriori casu judicium vel arbitrium terminatur sententia secundùm voluntatem litigantium lata *h. l.* 26.

Ad l. 28.

Obst. *l.* 38. *h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de judicibus ordinariis; hæc verò *lex* 28. de judicibus datis; & præterea *l.* 17. §. *si in duos, de recept. arb.* agit de arbitris compromissariis.

Ad l. 40.

Obst. *l.* 5. *C. quæ res pignori dari possint.* Resp. (1) Hæc *l.* 40. loquitur de pignore judiciali, quod capitur ex causa necessitatis, ut creditori satisfiat; cùm præsertim aliud non sit in bonis debitoris, unde creditori satisfieri possit, *l.* 4. *C. de exec. rei judic.* Textus verò oppositus loquitur de pignore conventionali, in quo est, quòd creditori imputetur, quòd hoc pignori acceperit. Resp. (2) Hæc *l.* 40. loquitur de pecunia præmii non acquisiti; Textus verò oppositus de spe præmii futuri quasi athleta prive-

tur, alacriter ad pugnam non procedens, sciens victoriam creditori potiùs quàm sibi profuturam.

Ad l. 41. in f. princip.

Obst. *l. 33. de jure dot.* Ubi solutio jam est annotata.

Ad l. 54. §. 1.

Obst. *l. 2. in f. de in jus voc.* Resp. Distinguendum est: aut enim quæritur: An quis possit ab eodem actore ad alium judicem vocari, aut ab alio. Prius non licet *d. text. opp. junct. l. 4. princ. ff. eod. l. ult. C. eod.* Posteriori casu licet vocare ad majus auditorium, *l. minus, h. l. 54. §. 1. junct. l 4. princ. de in jus voc.* Quòd autem dicitur in *d. l. 2. vers. nec eum de in jus voc.* huc non facit; quia non loquitur de litigante, sed de patrono causam agente, qui eo ipso tempore, quo causam agit, non potest in jus vocari.

Ad l. 55.

Obst. *l. 42. de Minor.* ubi responsio est addita.

Ad l. 59. §. 2.

Obst. *l. 3. C. de usur. rei jud.* Resp. Ex textibus hoc non colligitur, valere condemnationem planè incertarum usurarum.

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l. 23. C. de procurat.* Resp. Textus oppositus agit de casu, ubi procurator est constitutus; hîc autem agitur de ipso principali litigante.

Ad l. 61.

Obst. *l. 19. h. t. & l. 10. qui pot. in pign.* Resp. Non præfertur ob solam rem judicatam in actione judicati, quia in actione personali non est locus privilegio temporis. Verùm præfertur ratione pignoris, *d. l. oppos. 10.* Si in executione rei judicatæ pignora capta sint, *d. l. 19.*

Ad

Ad l. 62.

Obst. *l. 1. C. de sent. & interlocut. omn. jud. l. 6. C. quomod. & quando jud. l. 4. C. de accusat.* Resp. Distinguendi sunt varii casus: aut enim sententia valet sive justa sive injusta sit; aut non valet, v. g. quia lata est in aliam personam, quàm debuerat; hoc casu iterum judicabit *dd. text. oppos.* Illo casu vel petitur restitutio in integrum, quæ permittitur *l. 42. de minor. l. 17. eod.* Vel de emendatione verborum, quæ etiam aliquando admittitur *l. 46. h. t. de re jud.* Vel denique de emendando tenore sententiæ, quæ prohibetur, *d. l. 46. & l. 42. h. t. item, L. 62. h. t.* Supplere tamen aliquid judex potest, dummodò id faciat eadem die, sitque judex ordinarius, *d. l. 42.*

TIT. II.
De confessis.

Ad l. 6. §. 3.

OBst. *l. 13. §. 2. in fin. C. de judic.* Resp. Regulariter & certis casibus exceptis absens non damnatur, unde in hoc §. 3. dicitur, absentem non solere damnari seu hoc regulariter non fieri. Casus igitur exceptus habetur in textu opposito.

TIT. III.
De cessione bonorum.

Silet.

TIT. IV.
Ex quibus causis in possessionem eatur

Ad l. 3. §. 1.

OBst. *l. 1. §. 7. quod jussu.* Ubi jam responsio est addita.

Ad

Ad l. 6. princ.

Obst. *l.* 14. *in f. h. t.* Resp. Notandum est, cùm debitor latitat, nec defenditur, duo decreta interponi: (1) Creditor mittitur in possessionem, nec possidet; sed tantùm custodiam habet, *l.* 12. *h. t.* Altero jubetur possidere, & nisi sibi à debitore satisfiat, bona distrahere potest, *l.* 7. § 7. *h. t.* Hæc igitur *lex* 6. debet intelligi de primo decreto; opposita verò *lex* 14. de secundo decreto, ut apparet ex illis verbis, quia is mittitur, qui potest bona ex Edicto vendere, quippe absurdum esset, bona ejus, qui sub conditione debet, nondum impleta conditione distrahi, *d. l.* 7. §. 14. *h. t.*

Ad l. 7. §. 15.

Obst. *l.* 50. *de pecul.* Ubi jam solutio est addita.

T I T. V.

De rebus authoritate judicis possidendis.

Ad l. 2.

OBst. *l.* 12. §. *pen. h. t.* Quod dubium ipse solvit Gothofredus.

Ad l. 5.

Obst. Quòd judex debet defensorem dare minori. Resp. Judex ad hoc non est obstrictus, sed vel ipse minor debet petere, vel ipse creditor debet de ea re esse sollicitus.

Ad l. 8. princip.

Obst. *l.* 43. *in f. de furt.* Resp. Usufructuarius est dominus juris, *h. l.* 8. non verò est dominus rei seu corporis, *d. textu oppos.*

Ad

Ad §. 1.

Obst. *l. 9. C. locati.* Ad quem textum ipse respondet Gothofredus.

Ad l. 15. §. 1. in fin.

Obst. *l. 7. de Edendo.* Ubi responsio supra est addita.

Ad l. 19. §. 1.

Obst. *l. 18. l. 19. de Minor.* Resp. Ibi non agitur de hoc privilegio personali.

Ad l. 24. §. 2.

Obst. *l. 7. §. 2. deposit.* Ubi hæc antinomia est soluta.

Ad l. 32.

Obst. *l. 11. qui pot. in pignor.* Resp. In *h. l. 32.* agitur de privilegiis personalibus.

TIT. VI.
De Separationibus.

Ad l. 1. §. 2.

OBst. *l. 74. de R. I.* Illa regula ad nostrum casum planè non spectat, hic enim quis utitur beneficio separationis ab ipsa lege indulto.

TIT. IIX.
Quæ in fraudem Creditorum, &c.

Ad l. 10. §. 13.

OBst. *l. 13. h. t.* Resp. Qui pignus à fraudatore accepit, non tenetur, nisi fraudis particeps sit, *h. l. 10. §. 13.* In textu verò opposito excipitur is, qui in fraudem aliorum creditorum accepit pignus. Neque obstat, quòd in *d. l. 10. §. 13.* nulla fiat men-

tio fraudis, quia facilè suppletur ex præcedentibus §. §. in quibus agitur de solutione facta in fraudem creditorum.

Ad l. 15.

Verb. Ratæ. Obst. *l.* 25. *qui & à quib. manumiss.* Ad quem textum respondet ipse Gothofredus.

LIB. XLIII.

TIT. III.

Quod legatorum.

Ad l. 1. §. 2. *in f.*

OBst. *l.* 5. *C. de legat. & l.* 13. *quod metus causa.* Resp. Peti potest ex notatis *ad thes.* 30. *hujus Exerc.* 45.

TIT. IV.

Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.

Ad l. 3. *princ.*

OBst. *l.* 1. *§.* 2. *si ventris nomine quis in poss. mitt.* Resp. In *h. l.* 3. agitur de eo, qui missum à Prætore in possessionem noluit admittere, sed vi obstitit, ne in possessionem veniret. Textus verò oppositus tractat de eo, qui tantùm accepit potestatem dolo malo; sed nondum restitit seu vim fecit misso à Prætore in possessionem, unde cum hoc mitiùs, quàm cum illo agi debet.

TIT.

TIT. V.

De Tabulis exhibendis.

Ad l. 1. §. 3.

OBst. *l. ult. h. t.* Resp. Habetur in notatis ad *thes.* 46. *vers. sive autem.*

TIT. IIX.

Ne quid in loco publico vel itinere fiat.

Ad l. 2. §. 9.

OBst. §. 11. *h. l.* 2. Resp. Continentur in hisce §. §. diversi casus: uti exponitur in *thes.* 59.

Ad ejusd. l. §. 44.

Obst. *l. ult. de popul. act.* Dubium hoc solutum est ad *thes.* 69. *in fin.*

TIT. XII.

De fluminibus, ne quid in flumine publico, &c.

Ad l. 1. §. 17.

OBst. *l.* 1. §. 18. *de nov. oper. nunc.* Resp. Potest quidem in mari & littoribus ædificari; sed non ita, ut portus, statio, iter vel navigio deterior fiat. De quo loquitur *hic* §. 17.

TIT. XVI.

De vi & vi armata.

Ad l. 1. §. 5.

OBst. *l.* 12. *l.* 18. *h.t.* Resp. Colonus, quamdiu ut colonus in fundo est, quia non possidet, si dejiciatur, non habet hoc interdictum ad recuperandam possessionem, quippe quam nunquam habuit, *h. l.* 1. §. 10. Sed si dominum aut alium à domino missum non admiserit, jam non ampliùs ut colonus in fundo est, sed ut violentus possessor, proinde interdicto Unde vi domino tenetur: & ipse quoque, si ab alio dejiciatur, contra eum simile interdictum habebit, *dictis textib. oppos. Vide not. ad th.* 104. *n.* 3.

Ad ejusd. l. §. 13.

Vers. Non enim. Obst. *l.* 19. *de R. I. l.* 37. *ad L. Aquil.* Resp. In levioribus quidem ignoscitur ei, qui paruit, *dictis textib. oppos.* sed non in atrocioribus, ad quæ vis pertinet, *l.* 1. §. 3. *&* 29. *h.t.*

Ad l. eand. §. 17.

Obst. *l.* 40. §. *fin. de V. S.* Resp. Est annotata *ad thes.* 108. *init. hujus Exerc.* 45.

Ad l. 13.

Obst. *l.* 1. *l.* 6. *de his, qui not. infam.* Resp. Cum glossa, non efficitur quis infamis, infamia juris damnatus aliquo interdicto; Infamia tamen facti quibusdam interdictis contrahitur, nimirum ex interdicto Unde vi, & interdicto, Quod vi aut Clam, unde & hæc in parentem vel patronum non dantur. *Add. th.* 111.

TIT.

TIT. XVII.
Vti posſidetis.
Ad l. 3.

VIde elegant. Cornel. à Renthelen Centur. Controv. jur. *quæſt.* 57. *pag.* 199.

TIT. XIX.
De itinere actuque privato.
Ad l. 3. princ.

VErb. Clàm utitur. Obſt. *l.* 1. §. 5. *quod vi aut clàm.* Reſp. Qui facit id, quod facere eſt prohibitus, ſi palàm prohibitionem contemnit, vi facere dicitur: Si verò eum, qui prohibuit celare vult, non vi ſed clàm facit.

Ad ejusd. l. §. 15.

Obſt. *l.* 11. *in f. princ. com. prædiorum.* Ubi jam ſolutio eſt addita.

TIT. XX.
De aqua quotidiana & æſtiva.
Ad l. 1. §. 16.

OBſt. *l.* 24. *de ſervit. prædior. ruſtic.* Reſp. Textus oppoſitus loquitur de jure aquæ ducendæ ſervitute jam conſtituta, & de aqua immediatè ducenda in alium fundum, vel in aliam partem ejusdem fundi. Hic verò §. 16. *leg.* 1. *de aqua quot. & æſt.* loquitur de poſſeſſione, cujus habetur ratio interdicto, & concedit aquam alio duci, non immediatè, ſed ita, ut ex fundo, in quem rectè ducta eſt, aliò derivetur. Nam etſi non poſſit aliquis jure

servitutis plus ducere, quàm fundo dominandi, opus est, *arg. l.* 5. §. 1. *de servit. prædior. urban.* aut vi possessionis plus ducere, quàm antea duxit, *l.* 1. §. 15. *h. t.* tamen, qui tantum aquæ duxit, quantum ducere potuit, & eò duxit, quò ducere potuit, non cogitur eam ibi retinere, sed potest inde, quò vult, derivare, dummodo id faciat sine detrimento fundi, ex quo aquam ducit.

Ad ejusd. l. §. 17.

Verb. Rectè erit. Dubium quod hic movet, etiam ipse solvit Gothofredus.

Ad l. 5. §. 1. *in f.*

Obst. *l.* 10. §. 1. *quemadm. servit. amitt.* Resp. In textu opposito habetur regula, quòd servitus non utendo amittatur, ut & in *l.* 13. *C. de servit.* In hac verò *l.* 5. §. 1. *in f.* Ejus regulæ exceptio adfertur, nisi per alium sit usus, cum quo tempora ducendæ aquæ permutavit.

TIT. XXI.
De Rivis.

Ad l. 1. §. 10.

OBst. *l.* 3. §. 1. *h. t.* Resp. habetur in notatis *ad th.* 143. *in fin.*

TIT. XXIV.
Quod vi aut clàm.

Ad l. 1. §. 5.

OBst. *l.* 3. *de it. act. priv.* Ubi responsio jam est addita.

Ad

Ad l. 11. §. fin.

Obst. *l. 7. §. 5. h. t.* Ad quod dubium respondet ipse Gothofredus. *Add. thes. 152.*

Ad l. 13. §. 5.

Verb. Hereditas domini loco. Obst. *l. 1. de R. D.* Resp. Alio sensu hereditas dicitur nullius esse, scilicet quòd nondum ab herede sit adita: per fictionem tamen ipsa hereditas quasi repræsentat heredem sive futurum dominum.

Ad l. 15. princ. in f.

Obst. *l. 27. §. 26. ad L. Aquil.* Ubi jam solutio est addita.

TIT. XXV.

De Remissionibus.

Ad l. un. §. 4.

OBst. *l. 1. si usufr. pet.* Ubi solutio est annotata.

TIT. XXVI.

De Precario.

Ad l. 6. §. 2.

OBst. *l. 7. §. 11. communi divid.* Ubi jam solutio est annotata.

Ad l. 14.

Obst. Quòd utique aliqua competat actio. Vide *Exerc. 25. thes. 157.*

Ad l. 15. §. 4.

Obst. *l. 19. h. t.* Vide *Exerc. 42. thes. 8.* Ubi in solutione dubiorum *n. 1.* etiam hi textus conciliantur.

TITU-

AD TITULOS
Reliquos nihil notatum.

TIT. XXXIII.
De Salviano interdicto.

Ad l. 2.

DUbium quod hic movet Gothofredus solvi potest ex *th.* 172.

LIB. XLIV.
TIT. I.
De Exceptionibus.

Ad l. 1.

OBst. *l.* 18. *in f. de V. S. l.* 51. *de O. & A.* Resp. Reus in exceptione se certo respectu habet ut actor: aliàs utique distincta sunt AGERE & EXCIPERE. *Add. thes.* 12. *Ex.* 46.

Ad l. 13.

Obst. *l.* 7. §. 1. *ff. de pet. hered. l. ult. vers. sancimus, C. eod.* Resp. In *h. l.* 13. intelligitur lis, quæ non saltem contestata, sed etiam finita est: ut CUJAC. *l.* 9. *Obs. c.* 27. colligit ex verbis: FUTURI JUDICII: functum verò judicium est, quod lata sententia finitum est.

Ad l. 19.

Obst. *l.* 7. §. 1. *h. t.* Resp. Conciliatio sumenda est ex *verb. h. l.* 19. ETIAM INVITO REO: & sententia ejus hæc est, quòd omnes exceptiones, fidejussori, rei scilicet sive causæ cohæ-

cohærentes competant, non ſaltem debitore principali volente, ſed etiam invito.

TIT. II.
De exceptione rei judicatæ.

Ad l. 7. princip.

DUbia quæ hic moventur, ſolvi poſſunt eſſe hac *Exerc.* 46. *theſ.* 18. *& theſ.* 19. *add. Gothofr. in not.*

Ad ejusd. l. §. 2.

Obſt. *l.* 7. §. 1. *verſ. item ſi quis, h. t.* Vide *d. theſ.* 19. Præterea obſtat, *l.* 27. §. 8. *de pact.* ℞. Diſtinguendo inter pactum & judicium: quamvis enim cæmenta & tigna nec ſint ædificium, nec partes ædificii, tamen continentur pacto de ædificio; quia in tali pacto omnis cauſa aut quicquid ad ædificium aliquo modo pertinet, & eo continetur, quoquo modo deduci videtur. In judicium autem quo petitur ædificium, ideò non videntur deduci tigna aut cæmenta, quia nec peti poſſunt ſtante ædificio, *l.* 1. *de tign. junct.* *Add. Gothofr. in not. ad h. l.* 7. §. 2.

Ad l. 26. princip.

Obſt. *l.* 11. §. 6. *h. t.* Ubi is qui petiit iter, & victus eſt, ſi poſtea petat actum non repellitur exceptione rei judicatæ. Reſp. Cum CUJACIO ad Africanum, qui ita ſcribit: convenire hos textus invicem apparebit, ſi prius conſtituero ex Philoſophis, cùm ſequitur ex hoc illud, viciſſim etiam hoc ex illo non ſequi, quod generale præceptum eſt, ſive aliud ex alio ſequatur τὸ ἅμα, ſive τὸ ἐν ζῆν, ſive in ipſa, quam ſequitur quidem rectè; ſi peculium habet, alieni juris eſt, ſed non contra: ſi alieni juris eſt, peculium habet, &c. Similiter igitur, ſi judicatum ſit actum mihi non competere, aut non licere mihi ire agere, & hoc judicatum eſt, non licere ire; ſed non ſequitur etiam contra: ſi non

licet ire, Ergo, nec agere, poteſt enim eſſe iter ſine actu; & actus etiam ſimplex ſine itinere, *l. loci* §. 1. *ſi ſerv. vind.*

TIT. III.
De diverſ. & temp. præſcr.

Ad l. 3.

OBſt. *l. 7. in f. C. de agr. Cenſit.* Reſp. Hæc *lex* 3. loquitur de mancipiis acquirendis cum prædio, cui ſunt addicta: Impp. verò in textu oppoſito de iis mancipiis à prædio non ſeparandis, & per ſe non acquirendis; hæc enim ſeparatio jure prohibita eſt, ne agrorum cultura deſeratur.

Ad l. 4.

Obſt. *l. 9. ſi quis caut. in jud.* Ubi jam reſponſio eſt addita.

Ad l. 7.

Obſt. *l. 45. de uſucap.* Ubi jam ſolutio eſt addita. Addatur etiam hic Gothofredus.

Ad l. 15. princip. in fin.

Obſt. *l. 6. de O. & A.* Ubi reſponſionem annotat Gothofredus.

TIT. IV.
De doli mali & metus exceptione.

Ad l. 4. §. 9.

OBſt. *l. 27. in f. de R. V.* Ubi jam ſolutio eſt addita. Addatur etiam hic Gothofredus in notis.

Ad l. 4. §. 13.

Obſt. §. 14. *hujus legis* 4. Reſp. Ibi non datur replicatio doli, qua elidatur exceptio doli, ſed exceptio SCti Macedonia-

doniani elidituur per replicationem doli. Opp. (2) *l.* 36. *de dol. l.* 10. *de compens.* Resp. Ibi dicitur, quòd is, qui ipse in dolo est, nihil possit consequi: Idem etiam hic dicitur, & hæc est ratio, quòd replicatione doli non possit elidi exceptio doli perimens actoris intentionem.

Ad ejusd. l. §. 24.

Obst. *l.* 2. *de eo, qui pro tutore;* Ubi jam responsio est annotata.

Ad ejusd. l. §. 28. *in fin.*

Obst. *l.* 2. §. 2. *h. t.* Resp. In hoc §. 28. longè alius proponitur casus, nimirum: hic; Titius est heres institutus in hereditate fratris Mævii: hic Mævius persuadet Titio dolose, ut repudiet hereditatem; deinde Mævius cedit hereditatem Sempronio, qui rem aliquam hereditariam petit à Titio: & dicitur, quòd Titius non possit Sempronio objicere dolum à Mævio commissum: In textu verò opposito agitur de dolo, qui adest à parte actoris, & dicitur, quòd hic etiam ab alio, contra quem dolus non est commissus, possit opponi isti actori, qui dolum commisit. *Add. thes.* 37. *hujus Exerc.* 46.

T I T. V.

Quarum rerum actio non datur.

Ad l. 1. *princip.*

OBst. *l.* 2. *de jurejur.* Resp. Comparantur hic jusjurandum & res judicata; inde autem non sequitur certo respectu jusjurandum majorem vim habere, quàm rem judicatam.

TIT. VII.
De Obligation. & Action.

Ad l. 1. §. 9.

OBst. *l. 62. §. 1. de contrah. emt. & l. 70. eod. tit.* Ubi responsio jam est addita.

Ad l. 9.

Obst. (1) *l. 39. h. t.* Resp. Hæc *lex 9.* loquitur de actore: textus verò oppositus de reo filiofamilias. *Add. Exerc. 9. thes. 6.* Cùm enim filiusfamilias patri acquirat omnia, scilicet non secundùm res, sed etiam obligationes & actiones: ideò suo nomine actionem non habet regulariter. Excipiuntur in *h. l. 9.* actiones quædam. *Add. l. 18. §. si filiusfam. de judiciis.*

Ad l. 10.

Obst. *l. 7. §. 14. de pact. l. 16. §. fidejussor. de fidejussor.* Resp. Naturales obligationes vel sunt simpliciter naturales, vel à jure civili confirmatæ, quæ aliàs civiles vocantur. Hoc igitur textu *l. 10.* utræque significantur, nimirum & istæ naturales obligationes, quæ jure civili sustinentur, aut quæ simul civiles sunt; & naturales obligationes tantùm, quæ solo æquitatis vinculo sustinentur. Sensus igitur est: Non saltem ibi subest naturalis obligatio, ubi actio competit; verùm etiamsi actio non inde detur; tamen hic effectus proveniat, quod impediat condictionem indebiti, uti obtinet in obligationibus naturalibus tantùm.

Ad l. 11. in fin.

Obst. *tit. C. si quis sibi vel alteri, &c.* Resp. In illo titulo idem dicitur, quod in hoc textu, quòd nimirum alteri quis non possit directò emere. Vide *Exerc. nostram 20. thes. 3. & 4.*

Ad

Ad l. 37.

Verb. Nullius momenti. Obſt. §. 10. *Inſt. de heredib. Inſtit.* Reſp. Differentia hîc occurrit inter teſtamenta & contractus; differentiæ ratio exponitur *in ipſa h. l. 31. verſ. quia in eare.* Vide *Exerc. noſtra* 47. *theſ.* 18. *verſ. caterum intelligenda ſunt, &c.*

Ad l. 37.

Obſt. (1) *l.* 9. *h. t.* ubi ſolutio eſt addita. Obſt. (2) *l.* 43. *h. t. verb. ſua poteſtatis.* Reſp. (1) Verba in textu oppoſito eo pertinent, quòd propter mutuum non poſſit obligari, niſi paterfamilias, *t. t. de SCto Macedoniano.* Item ex voto *l.* 2. §. 1. *de pollicit.* Reſp. (2) Ut poſſit ſtatim conveniri, requiritur, ut ſit paterfamilias. *Add. dict. Exerc.* 9. *theſ.* 6.

Ad l. 44. §. 1.

Obſt. *l.* 4. *de uſufr. leg.* Reſp. Utroque jure tam Digeſtorum, quàm Codicis legatum tempore ſtatuto à teſtatore terminatur, quanquam diverſo modo: Jure namque Digeſtorum legatarius exceptione repellitur tempore jure finito, licèt ipſo jure alterius videatur durare per hunc §. 1. Jure Codicis ipſo jure legatum finitur *leg. ult. C. de leg.*

Ad ejusd. l. §. 1.

Verſ. Sic &c. Opp. *l.* 1. §. 1. *de ſuperfic.* Reſp. Ibi planè alius caſus tractatur. Hic autem ipſo jure tranſit quidem ſuperficies unà cum ſolo; ſed vindicanti totam domum, h. e. ſolum cum ſuperficie, obſtat exceptio pacti conventi in traditione interpoſiti; Quod valere manifeſtum eſt *per leg. in transactionibus de pact.* vel exceptio doli mali.

Ad ejusd. l. §. 4.

Dubium oritur ex *l. ult.* §. 1. *de V. O.* Reſp. In textu iſto

 demum

demum habetur decisio quæstionis in hoc §. 4. propositæ. *Add. d. Exerc. 47. thes. 72. & thes. 6.*

Ad l. 59.

Obst. *l. ult. de jurejur.* Ubi ex mutuo naturalis obligatio contra pupillum est. Resp. Ibi pupillus factus est locupletior: uti ex eo apparet, quòd pupillus eo nomine fuerit conventus utili actione ex rescripto DIVI PII, quod rescriptum requirit pupillum locupletiorem. Obst. (2) *l. 21. ad L. Falc.* Resp. Ibi eadem facti species proponitur, quæ *l. 34. §. 4. de solut.* & itidem textus accipiendus de casu, quo pupillus factus est locupletior. Obst. (3) *l. 23. §. 1. quando dies leg.* Ad quem textum & alios textus responderi potest ex *thes. 39. Exerc. 6.*

LIB. XLV.

TIT. I.

De Verborum obligatione.

Ad l. 1. §. 2.

OBst. *l. 65. §. 3. ad SCtum Trebell. l. 52. in f. de O. & A.* Resp. Patet ex *Exerc. 47. thes. 3. verb. ubi dicitur*, ibique dictata videantur.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. §. 5. *I. de inutil. stipul. item l. 22. Locat. Vide thes. 5. d. Exerc.*

Ad l. 2. §. 3.

Obst. *l. 16. de acceptilat.* Resp. In casu *h. l. 2. §. 3.* duo erant heredes debitoris, qui ex lege XII. Tabularum pro partibus hereditariis tenentur. Cùm igitur uni accepto fertur, pro ejus tantùm parte accepto fertur, & obligatio manet. Ast in casu

su textus oppositi duo erant rei debendi, quorum uterque tenebatur in solidum, quare cùm uni accepto latum fuit, tota obligatio per hanc acceptilationem est peremta.

Ad l. 5. princip.

Vers. Judiciales. Obst. *l.* 1. *de Prætor. Stipulat.* Resp. Ex *thes.* 97. & 98. *hujus Exerc.* 47.

Ad l. 4. §. 1. in fin.

Obst. *l.* 17. *l.* 18. *rem ratam haberi.* Resp. Dominus petitionem à procuratore factam potest pro parte ratam habere, *d. l. oppos.* 17. Etiamsi procurator de rato caverit, *l.* 18. *eod. tit.* Unus casus excipitur, cùm ipse dominus de rato pro suo procuratore cavit: quia ob suam promissionem cogitur in totum habere ratum, *h. l.* 4. §. 1. *in fin.* Aliquando enim procurator, aliquando dominus pro rata cavere solent, §. *fin autem de satisdat.*

Ad l. 6.

Obst. *l.* 25. *de fidejuss.* Resp. In textu opposito obligatio venit ex re: quo casu & prodigus & furiosus absque curatore obligantur, adeoque & isto casu fidejussor obligatur. Hic verò textus loquitur de casu, quo obligatio non venit ex re, adeoque nec prodigus nec furiosus, nec fidejussores eorum obligantur.

Ad l. 9.

Obst. *l.* 14. *de nox. act. l.* 10. *de pecul.* Ad quæ dubia respondet ipse Gothofredus.

Ad l. 26.

Obst. (1) *l.* 2. *C. de inut. stip.* Resp. Ibi nihil contrarii habetur; sed potiùs hic textus confirmatur. Obst. (2) *l.* 5. *C. de inut. stip.* Resp. Ibi non agitur de turpi promissione in se, sive ubi turpe factum est promissum; sed tantùm promissio dolo vel metu est inducta, vel extorta. Obst. (3) *l.* 134. *h. t.* Ubi exceptione doli repellitur agens ex stipulatione turpi. Resp. Est ibi stipu-

ſtipulatio pænalis, qua matrimonii libertas obſtringitur & impeditur, quæ ſtipulatio contra libertatem matrimonii contra bonos mores eſt, & proinde turpis, *l.* 21. *de V.O.* Reſp. Stipulatio ibi interpoſita eſt, non inter eas perſonas ipſas, quæ matrimonium contrahunt, ſed inter alias: ideoque non poteſt cenſeri, tàm turpem eſſe hanc ſtipulationem, cùm ſit de matrimonio alieno, quamvis ſit liberorum, qui tamen non coguntur ſequi voluntatem parentum, maximè poſt mortem eorum. Præterea hæc ſtipulatio, ut meus filius tuam filiam ducat, non videtur tàm turpis, & directò eſſe contra bonos mores, cùm ad matrimonii cauſam pertineat: quia tamen libertatem aliquatenus impedit, ob pœnam eo comprehenſam meritò obſtat exceptio doli.

Ad l. 29. *in princ.*

Verb. Non tot ſint ſtipulationes. Obſt. *l.* 144. *h.t.* Reſp. Ubi res ſingulæ non exprimuntur, ſed tantùm generali verbo, ſtipulatio concipitur, una eſt ſtipulatio, licèt res promiſſa ex multis ſejunctis partibus conſtet, ut quadriga ex quatuor equis, acervus frumenti ex multis granis; ibi verò ſingulæ res exprimuntur, veluti hunc & illum equum mihi dabis, plures ſunt ſtipulationes, *l.* 86. *h.t.* Prioris generis ſunt ſtipulationes ab ULPIANO in *h.l.* 29. conſideratæ, ſeu ſtipulatio pecuniæ, quæ in conſpectu eſt, vel acervi, vel legatorum, vel quadrigæ, &c. Poſterioris generis eſt ſtipulatio, de qua in textu oppoſito. Nam pluribus rebus præpoſitis, aut nominatim & ſpecialiter expreſſis, ſubjecta eſt ſtipulatio, ea omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, dari: quoniam igitur plures res erant expreſſæ, ut vinum, frumentum, ſervi, &c. meritò dicuntur plures eſſe ſtipulationes: & verbum illud; EA OMNIA, diſtribuendi, non colligendi vim habent; uti eſt in *l.* 2. *de ſtatu hominum, & pr. Inſt. de Iure perſ. add. Giphan. ad h. l.* 29.

Ad l. 34.

Obst. *l.* 114. *§.* 5. *de leg.* 3. Ad quod dubium respondet ipse Gothofredus. *Add. itidem Giphanius ad h. l.* 34.

Ad l. 42.

Obst. (1) *l.* 118. §. 1. *h. t.* Ubi promissum hodie potest hodie sive hoc ipso die peti, nec expectandum, donec finiatur dies stipulationis. Resp. Ibi dies non differendæ actionis causa insertus videtur; sed potiùs admonendæ statim solutionis & indicandi præsentem obligationem ac pœnam. Obst. (2) *L.* 1. *C. quando dies legat. l.* 10. 11. 12. *ff. eod.* Ubi legatum in annos singulos non finito anno, sed initio cujusque anni cedit. Resp. Hoc legatum non est in diem; sed purum; Habet enim quidem diem adjectum; non tamen constituendæ; sed tantùm multiplicandæ obligationis causa: quod firmatur ex *l.* 3. *de ann. legat.* Ubi legatum annuum dicitur esse purum, quoad primum annum; Nam quoad reliquos conditionem tacitam continet, nempe si vivat legatarius. Obst. (3) *l.* 18. *§.* 1. *& l.* 41. *de manum. testamento.* Resp. Id ita fit ex favore libertatis.

Ad l. 54. §. 1.

Vers. Sed si unam. Opp. Hic Gothofredus tanquam obstantem *l.* 115. *de Operis libert.* Verùm nihil contrarii ibi habetur.

Ad l. 56. §. 1.

Verb. Eodem modo. Obst. *l.* 33. *de pactis*; Ubi si quis paciscatur, ne à se, neve à Titio herede suo petatur, hujus pacti exceptio non proderit reliquis coheredibus, sed soli Titio. Resp. In textu opposito pactum est expressum; sed in hoc §. 1. tacitum. Non enim in hoc §. de aliis heredibus quicquam expressè conventum fuit, sed tantùm de Titio herede; major autem est vis expressi, quàm taciti, *l. expressa de R. I.* Neque ob-

ſtat, quòd tacita quoque pacta ſint utilia, *l. 3. l. 4. de pact.* Nam id verum eſt, cùm tacitum id pactum oritur ex tali facto, quod per ſe eſt utile, & eodem pertinet, quo pactum illud tacitum, ut ſi creditor debitori reddat cautionem, *l. 2. de pact.* Sed in hoc §. ipſa ſtipulatio, qua oneratur unus heredum, eſt inutilis, & proinde pactum ex ea pendens tacitum, non videtur poſſe ſuſtineri. Conferatur, *l. 30. §. qui pecuniam de pact.* Aliam reſponſionem adfert in notis Gothofredus hic.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obſt. *l. 38. in princ. de ſolution.* Reſp. Textus oppoſitus continet regulam; Exceptio habetur quoad ſtipulationem uſusfructus in *l. 95. §. 6. de ſolut.* In caſu verò hujus §. 2. non erat quæſtio, an filio adjecto ſolvi poſt emancipationem poſſit; ſed an ſolutioni adjectus dici poſſit, & dicitur, cùm ſoli filio ſtipulatur, tunc filium obligationi adjectum eſſe, & ſtipulationem valere, quaſi ſibi ſtipulatus eſſet; ſecus verò ſe rem habere, cùm ſuam perſonam interponit, ac ſibi aut filio ſtipulatur: tunc enim pater obligationi, filius ſolutioni adjectus videtur; nec quicquam refert, utrum ſibi ſtipuletur, aut Titio, an ſibi aut filio: ſive filius ſit in poteſtate retentus, ſive ante ſtipulationem emancipatus.

Ad ejusd. l. §. 6.

Obſt. Quòd nemini res ſua ſerviat: non videtur igitur dominus aut is, qui proprietatem habet, poſſe ſtipulari uſumfructum, quia dominus ſtipularetur ſervitutem rei ſuæ. Reſp. Uſusfructus eſt hujusmodi ſervitus, quæ poteſt ſeparari à fundo ſive proprietate fundi, *§. 1. Inſt. de uſufr. l. 87. de V. S.* & dominii duæ veluti ſunt partes, proprietas & uſusfructus, *l. 4. l. 5. de uſufr.* Unde fit, ut qui unam partem habet, alteram non habeat, ita in hoc §. 6. proprietarius, qui ſtipulatur ſibi uſumfructum, ſtipulatur, id quod non habet; ſed habere tamen poteſt, nimirum ut uſusfru-

ususfructus proprietati conjungatur & consolidetur. Conf. *l.* 136 §. 1. *h. t.* Non igitur dominus usumfructum, quatenus servitutem sibi constituendam stipulatur, sed usumfructum, qui tanquam servitus apud alium erat, sibi reddendum, ut partem dominii, stipulatur.

Ad l. 58.

Verb. Nihil agit. Obst. *l.* 1 §. 4. *h. t.* Resp. In *h. l.* 58. planè alius proponitur casus, nimirum quòd is, qui decem stipulatur, deinde nihil agat, si quinque stipuletur, cùm ista quinque insint decem. Nisi adsit animus novandi. In textu verò opposito agitur de diversitate, quæ intercedit inter stipulatorem & promissorem, uti ibi expositum.

Ad l. 65. princ.

Obst. *l.* 137. *h. t.* Resp. In textu opposito & similibus agitur de supervacuis verbis necessariis, nimirum si plus de re vel de persona respondeatur, quàm interrogatum est. In hac autem *l.* 65. agitur de Verbis planè extraneis, & omninò supervacuis & impertinentibus.

Ad l. 75. §. 3.

Opp. Quòd ususfructus videatur pars fundi, *l.* 4. *l.* 5. *de usufr.* & fundus sit certus, adeoque & ususfructus videatur esse certus, *l.* 8. *de usufr. earum rerum.* Resp. Ususfructus est jus potiùs percipiendorum fructuum, sive utilitatis totius rei: quæ perceptio utilitatis ob fructuum incertitudinem est incerta; adeoque & ususfructus incertus dicitur. Quòd attinet verò *legem* 8. *de usufructu earum rerum*, agitur ibi de quasi usufructu, qui, quia in certa quantitate sive summa consistit, certus est.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. Quòd hic certum videatur subesse quoad relationem, *arg.* §. 5. *seq.* Resp. In §. 5. casu certa quantitas vini, tritici

tici olei est in horreo; ast in casu §. 4. incertum est, an nascetur vel partus vel fructus.

Ad ejusd. l. §. 6.

Verb. Incertum. Obst. *l. 5. in fin. de re judic.* ½. Movet in verbis INCERTUM, &c. Ulpianus tantùm rationem dubitandi, quòd scilicet non appareat, quantum sit debitum sive nomen; sed in vers. QUAMVIS iste decidit, certam subesse stipulationem; quia quamvis non ex ipsa pronunciatione appareat quantitas debiti sive nominis, tamen revera est certa quantitas, nempe ea, quam revera Sejus debet.

Ad l. 78. princ. in fin.

Obst. *l. 132. §. ult. h. t. l. 47. §. 1. de fidejussor.* Ubi filiofamilias ita stipulante; quantam pecuniam Titio credidero, tantam fide tua esse jubes? Si crediderit postea emancipatus, fidejussor patri non est obligatus, ideoque non videtur ibi initium contractus spectari. Resp. Fidejussoris obligatio est accessoria, & proinde sequitur naturam obligationis principalis, ast in hoc casu obligatio principalis non acquiritur patri. Ergo, nec accessoria. Ratio autem, cur principalis obligatio non acquiratur patri, est, quia illa cœpit demum post emancipationem. Obst. (2) *l. 12. §. 6. Mandati.* Ubi cùm mandatum esset filiofamilias ut solveret, & is solvat jam emancipatus, datur actio ipsi filio, non patri. Resp. Id inde fit, quòd solverit demum post emancipationem, & proinde tùm demum nata fuerit actio propter solutionem scilicet tùm factam. Obst. (3) *L. 46. de hered. Instit.* Ubi filiusfamilias mandat amico, ut adeat hereditatem, & aditam restituat ipsi mandanti emancipato: hoc casu dicitur actio mandati dari filio, non verò patri, aut certè inutilis patri esse dicitur. Resp. Id ideò fit, quia testator noluit suam hereditatem ad patrem pervenire, sed ad filium. Obst. (4) *l. 11. §. maritus de donat. inter vir. & uxor.* Ubi maritus, cùm uxori donare vellet

vellet mortis causa, interposuit mulier filiumfamilias qui rem donatam acciperet à marito, & postea traderet mulieri; sed hic filiusfamilias postea factus est paterfamilias ante mortem istius mariti, & tùm demùm rem à marito donatam tradidit mulieri; quæritur: an hæc valeat facta jam à patrefamilias traditio, cùm res accepta esset à filiofamilias? Et ait JCtus traditionem valere. Resp. Id planè nihil obstat, quia scilicet ibi filiusfamilias fuit tantùm interpositus, non ut acquireret, sed ut acceptum traderet mulieri; & filiifamilias tantùm opera & ministerium fuit adhibitum, ut in *l. 5. de don. inter vir. & uxor.* ideoque patri nihil acquiritur.

Ad l. 83. §. 2.

Verb. Non teneri. Obst. *§. 18. vers. si verò unam Inst. de inut. stip.* Resp. In hoc textu plures sunt stipulationes conjunctæ, tunc illa censetur perfecta, ad quam responsum est *h. l. 83, §. 4.* Alia est ratio rerum plurium disjunctim in stipulationem deductarum; veluti si stipulante me Stichum aut Pamphilum, tantum unum te daturum spoponderis, hic enim, quia mutata qualitate stipulationis, respondes, simpliciter promittens, quod sub alternatione stipulatus sum, vitiatur tota obligatio, *h. l. 83. §. 2.*

Ad l. 91. princ.

difficilis lex.

Obst. Quòd aliàs etiam negligentia sit præstanda, *l. 216. de V. O.* & quod in aliis materiis obtinet, *l. 36. §. 1. l. 45. de R. V. l. 31. §. 1. de Æd. Ed. l. 31. §. 3. l. 54. in f. de hered. petit.* Resp. Quòd in aliis materiis, v. g. in rei vindicatione etiam culpa in non faciendo sive omissionis sit præstanda, quia quis versatur circa rem alienam, sed in stipulatione tenetur de re propria. Atqui in re propria licet mihi esse negligenti, *l. 18. §. 1. solut. matr.* Porrò in emtione cur teneatur emtor de utraque culpa, facit bona

 fides

fid.s ejus contractus; In legato autem, cur heres de utraque culpa teneatur, facit voluntas testatoris, quæ est, ut omnimodò res legata præstetur, nec heres excusetur à negligentia, quem, testator heredem faciendo, multum honoravit, & proinde voluntati defuncti hoc debet, ut etiam diligentiam adhibeat in re legata rectè præstanda, *l. 47. §. pen. de leg.* 1. Alia quoque est ratio L. Aquiliæ, quippe qua omne damnum tanquam delictum aliquod sive dolo, sive culpa, sive omittendo, sive committendo illatum vindicatur. Sic & in actione redhibitoria quælibet culpa præstatur, *l.* 31. *§.* 10. *&* 11. *de Ædilit. Edict.* Præterea agitur hic de stipulatione dandi, ex qua obligatur quis rem dare, quando igitur promissor sua culpa directo in culpa est, quò minus det; hanc saltem culpam præstat. Vide *Exerc.* 47. *thes.* 24.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obst. Quòd aliàs ignorantia excuset. Resp. Excusat quidem, sed ita, ne noceat alteri, nisi in delictis. Nam in contractibus nostra ignorantia non debet alteri nocere, *l.* 25. *§.* 2. *ad SCtum Trebell. l. factum de R. I.* Addatur elegans casus in *l.* 16. *§.* 1. *de pign. act.* Sed obstare videtur *l.* 65. *§.* 8. *de condict. indeb.* Ubi servum indebitum accipiens & acceptum manumittens, si quidem sciat, tenetur de pretio, si ignoret, non tenetur ei, qui dedit indebitum. *Add. l.* 39. *de mort. causa donat.* Resp. Aliud est in repetitione, aliud in petitione, seu ut in repetitione excusatur ignorantia; in petitione non item, quia scilicet repetitio indebiti est ex æquo & bono, *l.* 66. *de condict. indeb.*

Ad l. 94. *in f.*

Obst. *arg. l.* 7. *de trit. vin. & ol. leg.* Resp. Hæc *lex* 94. vera est, nisi aliud suadeant circumstantiæ, aut nisi ex sermone & tractatu habito inter contrahentes constet de certo modo, ut si inter se antea sint collocuti de certa quantitate frumenti; & postea stipulationem fecerit omisso tamen modio: hæc stipulatio valet,

valet, quia respiciunt ad quantitatem ante expressam. Conf. *l.* 134. §. 1. *h.t.*

Ad l. 101.

quæ valde controversa.

Obst. (1) *l.* 1. *in fin. C. de inut. stipul.* Resp. Textus ille loquitur de pupillo & tutore; hic agitur de minore. Obst. (2) *l.* 3. *C. de in integr. restit. min.* ubi venditio à minore curatorem habente facta, sine autoritate curatoris non valet. Ergo, nec stipulatio hic valere debet. Resp. (1) Distinguendo inter obligationem, qua de rebus suis disponunt, & qua ad factum aliquod saltem se obstringunt. Illa est nulla, si curator, quem habet minor constitutum, non consenserit, *d. textu oppos.* Hæc verò etiam absque curatore subsistit, *h. l.* 101. *Add. Exerc.* 6. *thes.* 40. Resp. (2) Cum ALCIATO & CUJACIO, dictum textum oppositum de alienatione accipiendum esse, non verò de nuda obligatione. *Add. l.* 43. *de O. & A. l. ult.* §. 1. *de V. O.* Neque obstat, quòd in ista *l.* 3. fiat mentio venditionis & contractus, & non alienationis, quia sæpe venditionis nomine alienatio, utpote consequens venditionis continetur. Neque etiam obstat, quòd in *ead. l.* 3. minor curatorem habens dicatur non absimilis prodigo, at prodigus non obligatur, *l.* 6. *de V. O.* Nam similis quidem est ex parte seu quoad alienationem, de qua ibi agitur, non verò quoad omnia.

Ad l. 106.

Verb. Quem promissor. Obst. (1) *l.* 84. §. 8. *de leg.* 1. *l.* 20. *eod. tit. l.* 11. §. 1. *de leg.* 2. Ubi debitor, nempe heres rei legatæ sub disjunctione, cùm semel elegerit, dixit, utram dare velit, mutare sententiam non potest. Resp. In legato idcircò id receptum est, quia statim electione heredis & simul acceptione sive agnitione acquiritur ipsi legatario legatum, & proinde semel acquisitum legatario, non potest heres suæ sententiæ muta-

mutatione adimere rursus. Obst. (2) *l. 9. & l. 84. de V. O.* Ubi promissor habens electionem tantùm usque ad litis contestationem, & non diutiùs eam usurpare potest, sed hic etiam post litem contestatam usque ad solutionem. Resp. Ibi non est talis electio, qualis in hac lege; Hic enim res, cujus est electio, promissa est, & est in obligatione; sed ibi non est in obligatione, & proinde litis contestatio hic non mutat obligationem. Nam qui ex obligatione disjunctiva rem petit, cogitur eam petere, uti debetur, nempe sub disjunctione. Addatur etiam Gothofredus in notis hic.

Ad l. 118. §. 1.

Verb. Eo die. Obst. (1) *l. 105. de solut.* Resp. Textus oppositus loquitur de æquitate, hic agitur de ipso jure, quòd nimirum statim debeatur. Licèt æquius sit quoad solutionem temperamentum aliquod temporis concedi. Obst. (2) *§. ult. de inutil. stipul.* Resp. Intelligendus est iste §. de re aliqua, quæ non est in isto loco, ubi contractus fit, quo casu promissori dandum est tempus, quo rem tradere possit. Addatur etiam Gothofredus hic.

Ad ejusd. l. §. 2.

Obst. *l. 75. h. t.* Resp. Titius solutionis causa tantùm adjicitur, non verò obligationis, *l. 55. h. t. l. 10. de solut.* Solvere autem est facti, *l. 7. §. ult. de Cur. furiòs.* facta autem sunt incerta.

Ad l. 120.

Obst. *l. 108. §. 10. de leg. 1.* Resp. Distinguendum: vel actum est inter contrahentes, ut hic sermo sit conditionalis, & tum sequimur id, quod actum est, secundùm textum oppositum. Vel id non est actum, & sequimur usum juris, & solitam interpretationem, ut scilicet hic sermo non contineat conditionem, quia est præsentis temporis, *h. l. 120.*

Ad

Ad l. 121. §. 2.

Obst. *l.* 77. §. 4. *de legat.* 2. *l.* 59. §. 1. *de condit. & demonstr. l.* 13. §. 1. *de don. inter vir. & uxor. l.* 29. §. 5. *in fin. de liber. & posth. l.* 15. *quando dies legat.* Resp. Pro ratione diversarum materiarum hæc sunt distinguenda, in aliis enim deportatio comparatur morti naturali, in aliis non.

Ad l. 126. *princip. in fin.*

Obst. *l.* 17. *de usur.* Ubi quidam promiserat se præstiturum usuras quincunces, & simul promiserat, si aliquo anno non solvisset usuras, tum se ex primo tempore soluturum semisses usuras: & postea solutis per aliquot annos usuris quincuncibus postea non solvit, atque ita commissa fuit stipulatio de semissibus, quæritur, an promissor teneatur ad semisses, non tantùm in futurum, sed etiam in præteritum, & ait teneri tantum in futurum. Resp. Id inde fieri, quia præteritis annis promissor jam solverat usuras, nempe quincunces, quibus iisdem annis, si jam cogeretur & semisses solvere, modus usurarum esset illegitimus, essent enim usuræ deunces, seu undecim pro centum, qui modus est illegitimus, *l. eos C. de usuris*, & hoc est, quod ait *d. l.* 17. hæc constitutio ad finitum modum (seu lege definitum) excedit, sic enim ibi legunt Pandectæ Florentinæ.

Ad l. 127.

Vide Strauch. *Diss.* 5. *thes.* 29.

Ad l. 134. *in fin. princip.*

Obst. *l.* 71. §. 1. *de condit. & demonstr.* Resp. Patet ex ipso textu opposito.

Ad l. 136.

Vide Struv. *Synt. Iur. Feud. c.* 7. *aphor.* 2.

Ad l. 137. §. 6.

Allegat hic Gothofredus tanquam obſtantem *l. 39. in f. de leg.* 1. ubi tamen idem habetur, quod in hoc textu dicitur.

TIT. II.
De duobus reis, &c.

Ad l. 3. princ.

VErb. Et parvi refert. Obſt. *princip. Inſtit. h. t. verſ. Nam ſi prius.* Reſp. Hic verſus non ita præciſe accipiendus eſt, quaſi duo rei ſtipulandi, ita nunquam conſtitui intelligantur, cùm ſingulis ſeparatim interrogantibus promiſſor etiam ſeparatim reſpondet; nam utique ſi hoc actum appareat, ut rei ſtipulandi fiant, quo minus fiant, non obſtabit hæc reſpondenti differentia: ſicut ex converſo non obſtat, quo minus duo rei promittendi fiant, ſi hoc actum ſit, quod ſinguli ſeparatim rogati ſunt & ſpoponderunt.

Ad ejusd. l. §. 1.

Verſ. Utique. Obſt. *l. 9. in fin. eod.* Reſp. Diverſa ſubeſt una & non una obligatio, uti exponitur *th. 27.*

Ad l. 8. in fin.

Obſt. *l. 2. h. t.* Reſp. Specialis caſus in *hac lege* 8. proponitur; Nimirum hic: In inſtrumento quodam ſcriptum erat, Titium & Sejum promiſiſſe Mævio 100. dare: Conſtabat verò Titium non fuiſſe præſentem in ſtipulatione, adeoque reſpectu ejus ſtipulationem eſſe nullius momenti, quæritur, utrum Sejus in ſolidum teneatur: Diſtinguitur aut actum eſt, ut eſſent duo rei promittendi, & tunc ſolus Sejus, qui præſens fuit, obligatur in ſolidum: Sin autem hoc non ſit actum; ſed ut diverſæ

ſub-

fubsi..t promissiones, voluerint: tunc Sejus obligabitur tantùm pro sua parte.

Ad l. 17.

Verb. Pro hereditariis part. Obst. *l.* 124. *de leg.* 1. Resp. Pro conciliatione tria sunt notanda (1) duas separatas quæstiones esse: alteram, utrum legatario tota res legata debeatur, an ejus pars; alteram, pro qua parte singuli heredes teneantur. Prior quæstio tractatur in *h. l.* 17. ut & in *l.* 104. *princ. de leg.* 1. *ac in l. unic.* §. *ubi autem, vers. sin autem disjunctim C. de caducis tollendis.* Posterior à MODESTINO in *l.* 33. *de leg.* 2. *à NERAT. in d. l. oppos.* 124. *de leg.* 1. *&* POMPONIO *in l.* 54. §. *ult. eod. tit.* (2) nominatim legatum dici, non cùm heredes propriis nominibus indicantur, sed cùm intelligitur, à quo legatum sit, licèt nomen pronunciatum non sit, *l.* 90. *de leg.* 3. (3) nota, subesse in *h. l.* 17. mendum aliquod ostendit manifesta contradictio: delenda igitur sunt verba: pro hereditariis partibus: his præmissis dicimus, cùm omnes heredes eodem legato onerantur, eos teneri pro partibus hereditariis, quia ratione hereditatis onerantur; Cùm autem aliqui non omnes gravantur, eos debere partes viriles; & enumerationem quorundam heredum hoc facere, *d. l.* 124. quia certa est testatoris voluntas, totum legatum valere, *d. l.* 104. *princ. de leg.* 1. Nec totum valeret, si tantùm pro hereditariis quorundam partibus deberetur, quandoquidem pro partibus aliorum heredum esset inutile. Modestinus igitur in *l.* 33. *princ. de leg.* 2. non loquitur de legato à quibusdam heredibus relicto, sed simpliciter heredes gravatos proponit. Neratius verò in *d. l. oppos.* 124. dum ait, heredes debere partes viriles, non loquitur simpliciter de heredibus, ut dicere possimus, orationem indefinitam accipi posse pro virili; sed coangustat onus legati ad heredes nominatim seu specialiter & expresse enumeratos à testatore. Cùm igitur testator non vult omnes here-

des onerare legato, specialiter eos indigitat, à quibus vult legatum: tunc igitur debent partes viriles: quamvis si nominati non essent, partes hereditarias deberent, ut & cæteri heredes. Ast Paulus in *h.l.* 17. non docet, quantum singuli heredes debeant; sed quantum legatario debeatur, ut jam supra dictum.

Ad l. 18.

Obst. *l.* 32. §. 4. *de usur.* Resp. Jam est addita ad dictam *l.* 32.

TIT. III.

De Stipulatione servorum.

Ad l. 7. princip.

VErb. Non æqualiter. Obst. *l.* 37. *h.t.* Resp. Servus communis dominis suis stipulari multis modis potest, aut enim stipulatur propriis eorum appellationibus expressis, hoc modo Titio & Sejo dare spondes: aut sub dominorum appellatione à dominis meis dare spondens, aut conjuncta utraque appellatione, & hoc iterum bifariam: quia vel propria nomina præcedunt, veluti Titio & Sejo, dominis meis dare spondes: vel postponuntur, hoc modo dominis meis, Titio & Sejo dare spondes; Cùm sola nomina exprimuntur, pro virilibus partibus acquiritur: cùm tantùm domini appellantur, pro partibus dominicis debetur: cùm utraque appellatio est expressa, magis habetur ratio ejus, quæ priori loco posita est, nam hæc principalem causam obtinet; quæ verò sequitur, tantùm distractionis gratia aut prioris partis explicandæ causa adjecta censetur. *Add. Exerc. nostra* 47. *thes.* 33. Huic verò conciliationi videtur obstare, quòd in *hac lege* 7. *princ.* ponatur, servum dominis suis nominatim stipulatum esse; unde videtur propria dominorum nomina expressa fuisse. Resp. Nominatim oratio concipi dicitur, non saltem

si nomen

si nomen aut prænomen, aut cognomen alicujus exprimatur, sed etiam, si nomine appellativo, vel quacunque alia distractione significetur. *Conf. l. 1. §. 2. & 3. princ. de lib. & posth.* Sic in *h. l. 7.* nominatim facta stipulatio dicitur, non quia servus dominos suos propriis nominibus significarit, sed quia nec sibi, nec aliis, nec impersonaliter, sed specialiter illis dominis suis stipulatus fuerat.

Ad l. 25.

Obst. *l. 4. de divers. & tempor. præscr.* Resp. In *h. l. 25.* agitur de tempore, quod actioni à jure tributum est, ut cùm dicimus, actionem esse annalem, vel biennii; textus verò oppositus loquitur de die satisdationis seu de tempore, ad quod fidejussor se obligavit, puta ad annum: huic enim fidejussori tempus statim currit, adeò, ut anno elapso liberetur, ultra quem fidejubere noluit: Illi autem creditori tempus actionis non currit, priusquam agere possit.

Ad l. 26.

Vers. Ususfructus sine personæ. Obst. *l. 5. C. de nat. lib. verb. etiam ad ipsor. personas pertinentibus.* Resp. Utique personam ibi subesse patet ex ipso casu illius legis.

Ad ejusd. l.

Verb. Et ideò servus. Obst. Quòd utique hereditas repræsentet vicem personæ, *l. 14. de A. R. D.* Resp. In usufructu factum personæ requiritur, adeoque illa repræsentatio non habet locum. Vide *h. Exerc. 47. thes. 34.*

Ad eand. l.

Verb. Suspendi non potest. Obst. *l. ult. in f. commun. prædior.* Resp. Diversitas casuum diversas decisiones requirit: aut enim persona est, quæ facere aliquid potest, puta stipulari; & quæritur an possit ejus stipulatio in pendenti esse, ita ut extrinsecus id accipiat: aut est persona ad id faciendum non

idonea; Priori casu actus purus in suspenso esse potest, ut cùm unus ex multis fundi dominis cedit servitutem, cessio pendet, donec alii socii vel similiter cedant, vel cedere recusent, his enim cedentibus prima accessio confirmatur, quasi primus quoque eodem tempore cesserit; cedere autem nolentibus, prima cessio redditur inutilis, *d. textu oppos.* Posteriori casu statim actus ipso jure nullus est, adeò ut non possit ex postfacto confirmari, quia non subest persona capax & idonea: veluti si servus hereditarius usumfructum stipuletur, *h. l. 26.*

Ad eand. l.

Verb. Ex præsenti vires accipit. Obst. *l. 81. vers. unde eleganter ad L. Falcid.* Resp. Nulla hic subest pugna, quamvis sub conditione pendeat stipulatio, & tùm demùm debeatur, cùm conditio extitit, adeoque tunc stipulatio vires accipere videatur: quia tamen conditio retrotrahitur ad tempus contractus; & perinde habetur, ac si statim fuisset impleta, *l. 11. qui pot. in pign. l. 78. princ. de V. O.* adeò, ut nisi ab initio contractus valere possit, conditio non exspectetur: quia quandocunque existat, fingitur hoc ipso contractus tempore extitisse, idcircò ex præsenti tempore, ad quod conditio impleta trahitur stipulatio dicitur vires accipere. Hac ratione itaque stipulatio dicitur ex tempore præsenti vires accipere: quia non accipit ex tempore, quo conditio revera existit, sed ex ipso initio, ad quod fictione juris conditio trahitur. Add. CUJAC. in *d. l. 78. princ. de V. O.*

Ad l. 27. in fin.

Obst. *l. 25. §. 6. de usufr.* Quod dubium hic solvit Gothofredus.

Ad l. 28. §. 1.

Obst. *l. 19. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de duobus bonæ fidei possessoribus; non igitur potest ad alterum bonæ fidei possessorem spectare id, quòd servus ex re unius bonæ

fidei

fidei possessoris acquisivit: cùm neque res ista, ex qua quæsitum est, nec servus ad istum spectet. *Conf. l. 27. in fin. h. t. junct.* § 5. *Inst. per quas person. cuique acquir.* Textus verò in *l.* 28. §. 1. agit de servo, qui habet revera duos dominos.

Ad ejusd. l. §. *ult.*

Obst. (1) *l.* 16. 18. §. 2. *h. t.* Resp. Multùm interest, utrùm quis stipuletur futuro heredi, quatenus est heres, & sub appellatione heredis, veluti ei, qui hereditatem adibit dari: aut futuro heredi dari: an ejus nomine expresso, veluti Sejo dari. Priori casu stipulatio valet, perinde ac si tempore stipulationis heres esset, quoniam aditio retrotrahitur, *h. l.* 28. §. *ult.* Posteriori casu non valet, quia servus stipulatus est extraneo; est stipulatio, quæ ab initio non valet, ex postfacto confirmatur, *l.* 16. *h. t.* Obst. (2) *l.* 3. §. 6. *de N. G.* Resp. Distinguendum est inter veritatem & fictionem juris. Veritate inspecta heres nondum adiit, idcircò si hoc tempore negotia geruntur, non possunt dici negotia heredis, qui fortasse non adibit, quanquam si postea adierit, aditio illa retrotraheretur, & per fictionem juris continuabitur cum morte defuncti. Sic enim licèt passim hereditas dicatur personam domini repræsentare, quod fit fictione quadam juris, nihilominus tamen verum est, hereditate jacente hereditarias res esse nullius, *l.* 1. *princ. de R. D.* Neque enim sunt defuncti, qui obiit, nec heredis, qui nondum adiit.

Ad l. ult.

Verb. Acquisitum erit. Obst. *l.* 46. *de hered. inst. in fin.* Resp. Ex verbis ultimis hujus legis ultimæ: si tamen dolo malo id fuerit: quod non fecit in casu textus oppositi, tùm ex mente testatoris hereditatem per interpositam personam post emancipationem sibi restitui mandavit.

LIB.

LIB. XLVI.

TIT. I.

De fidejussoribus & mandatoribus.

Ad l. 5. princip.

VErb. Et saltem modo quasi heredem. Obst. *l. 3. de separat.* Quod dubium hic ipse solvit Gothofredus.

Ad l. 5. in fin.

Verb. ult. Altera consumeretur. Obst. *l. 13. de constit. pec. l. 18. de O. & A.* Resp. In textibus oppositis causarum sive obligationum ea est natura, ut altera in judicium deducta altera non consumatur; quia scilicet non utraque est lucrativa, sed altera tantùm. Ast in casu *h. l. 5. in f.* utraque est causa lucrativa, adeoque altera in judicium deducta alteram consumit.

Ad l. 13.

Allegat hic tanquam obstant: *l. 5. in f. h. t.* ubi tamen nihil contrarii habetur.

Ad l. 15. §. fin.

Obst. *l. 95. §. pen. de solut.* Resp. Textus oppositus loquitur de reo & mandatore. At *hic §. ult.* loquitur de duobus fidejussoribus. Non est autem iniquum exigi ab altero decem quamvis ei actio efficax cedi non possit adversus fidejussorem: Nam satis est, si cedatur adversus debitorem.

Ad l. 21. §. fin. in f.

Obst. *l. 11. Mand.* Resp. In casu textus oppositi reus liberatus, non quidem eo, quod fidejussor creditori heres extiterit, sed quòd jam ante creditori condemnatus fuerit, accepto factoque

que judicio in fidejussorem, reus liberatur actione creditæ pecuniæ, & mandati tenetur.

Ad l. 25.

Obst. *l.* 70. §. 4. *h. t.* Resp. Patet ex ipso textu opposito. Nimirum pro pupillo, furioso, prodigo jure obligatis, h. e. quando ex ipsa re venit obligatio, tenetur fidejussor, pro eis verò non obligatis, ut si stipulanti promiserint, etiam fidejussor non obligatur.

Ad l. 38. *princip.*

Obst. Videtur, quòd sic futura sit levior conditio fidejussoris, *l.* 8. §. 7. *h. t.* Resp. Planè alia ibi est ratio levioris conditionis. Hic agitur de casu, quò in arbitrium unius conferretur obligatio, quod leges non admittunt.

Ad l. 65. *in f.*

Obst. *l.* 5. *de duobus reis.* Resp. Aliud obtinet in obligationibus correalibus, quippe ubi una subest obligatio, & unus etiam in solidum obligatur. *Add. Exerc. nostra* 47. *thes.* 7. *&* 8.

Ad l. 69.

Verb. Debiti causa respicienda est. Obst. *l.* 3. §. 11. *de pecul.* Ubi jam responsum est.

Ad l. 70.

Verb. Et in aliam. Obst. *l.* 38. *&* *l.* 42. *h. t.* Resp. In *l.* 38. ideò non valet fidejussio, quia in creditoris arbitrium committeretur, alium servum à fidejussore petere, quàm ipse reus tradere & voluisset & debuisset. In *l. vero* 42. In aliam rem fidejussor obligaretur, quod non obtinet.

Ad eand. l. 70. §. 2.

Verb. Ususfructus pars rei sit. Obst. *l.* 66. §. 6. *de leg.* 2. Ubi itidem jam solutio est annotata.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l.* 25. *h.t.* Ubi solutio est addita.

TIT. II.
De Novationibus & Delegationibus.

Ad l. 1. §. 1. *in fin.*

OBst. *l.* 41. *de condict. indeb. l.* 59. *de O. & A.* Addatur *Exerc.* 6. *thes.* 39. *circa fin.*

Ad l. 4.

Obst. §. 3. *Inst. de usufr.* Resp. In *h. l.* 4. debitor ususfructus delegatus fuit creditori, antequam fructuario constitutus fuisset, & ideò non in persona delegantis; sed in persona ejus, cui delegatio fit, ususfructus formatur: Unde morte delegantis non finitur ususfructus.

Ad l. 7.

Obst. *l.* 6. *de SC. Macedon.* Resp. Nulla subest hic pugna; neque enim in opposito textu dicitur non esse stipulationem; sed quoniam implementum stipulationis fit per numerationem pecuniæ, quam quis mutuò dare stipulatione promisit, ideò ratio SCti Macedoniani etiam isto casu obtinet.

Ad l. 10.

Obst. *l.* 17. *l.* 25. *h. t. l.* 7. *de pact.* Ad quos textus respondet ipse Gothofredus. Addatur hæc *Exerc.* 47. *thes.* 58.

Ad l. 20. §. 1.

Obst. *l.* 46. *in fin. de administr. tut.* Resp. Patet ex ipsa lege, quòd scilicet transactio non valeat, si diminuat jus pupilli. In hac autem *l.* 20. tutor novare potest, si hoc expediat pupillo. *Add. d. thes.* 58.

Ad l. 25.

Obst. *l.* 10. *l.* 11. *de pact.* Resp. Regulariter is non potest novare, cui licet solvere, dictis textibus oppositis. Excipiuntur verò quædam personæ, ut is, qui solutioni adjectus est, & filiusfamilias vel servus, qui ex suo contractu obligationem patri vel domino quæsitam novare nequeunt, licèt eis rectè solvatur. Vide *d. thes.* 58.

Ad l. 31. *princ.*

Verb. Etiam defuncto eo teneris. Obst. *l.* 14. *h. t. l.* 52. *§.* 1. *de solut.* Resp. In casu *h. l.* 31. per promissorem stetit, quo minùs daret is, qui in mora fuit, adeoque meritò interitus ad ipsum pertinet, secus se res habet in casibus oppositorum textuum.

TIT. III.
De Solutionibus.

Ad l. 6.

OBst. *l.* 12. *§.* 3. *de leg.* 1. *l.* 14. *de leg.* 2. *l.* 24. *§.* 17. *de fideicomm. lib. l.* 1. *de poss. heredit. petit. l.* 7. *de fideicomm. heredit. petit.* Resp. Ordo scripturæ spectatur in textibus oppositis, ubi alia voluntas ex ordine isto colligitur.

Ad l. 9. §. 1.

Vers. Item. Obst. *l.* 2. *§.* 2. *de V. O.* Resp. Planè alia quæstio ibi tractatur de heredibus, nimirum quòd partem solvendo non liberentur. Vide *Exerc.* 47. *thes.* 15. *in fin.*

Ad l. 11.

Obst. *l.* 68. *in fin. h. t.* Resp. Pupillus in *h. l.* 11. solutionis, non obligationis causa est adjectus.

Ad l. 12. §. 2.

Obst. *l. 4. princ. verf. fin autem, de manum. vindict.* Resp. In textu opposito filius non habuit mandatum; sed fuit nudus minister.

Ad l. 14. §. 6.

Obst. *l. 4. de aut. tutor.* Vide Gothofr. *ad h. l. 4. oppos.*

Ad l. 29.

Obst. *l. 117. de V. O. l. 14. eod.* Nimirum in textibus oppositis dicitur, generis stipulationem sive genus dividi numero. In hac verò *l. 29.* dicitur promissi decem homines partibus dividi. verf. Idemque est. Resp. Cujacius *ad d. l.* 117. pro: idemque est; scribendum esse: idem non est. Similiter Donellus corrigit textum, & putat interrogativè legendum esse: Idem ne est, & idem esse ac idem non esse. Brissonius quoque *l. 1. de solution.* Optima videtur responsio Accursii, nempe dictis verbis *h. l.* 29. autem communi duorum servo homines decem, &c. intelligi homines certos, ut Stichum, Pamphilum, Erotem, &c. ut decem sint servi nominati sive certi. Ait enim Ulpianus, primùm stipulationem Stichi & Pamphili dividi partibus; deinde stipulationem duorum Stichorum, sive duorum Pamphilorum itidem dividi partibus. Tertiò stipulationem decem hominum dividi partibus. Cùm igitur duo priora exempla, ut; Stichi aut Pamphili, ut; duorum Stichorum, sive de hominibus certis, consequens est ut & tertium exemplum de hominibus certis, seu decem intelligatur, quia in tertio exemplo dicitur idem esse jus, quod in duobus prioribus; Nimirum ut divisio fiat partibus & non numero. Sed dices; verbo: HOMINES: intelliguntur homines incerti. Resp. Id quidem verum esse plerunque; sed interdum tamen eo verbo hominis certum quoque intelligi, cùm hoc postulat ratio juris & loci, ut in *l. 17. de acceptil.* Hic autem

ita

ita de certis intelligi verbum homines suadet non saltem ratio juris; sed etiam series & conjunctio trium exemplorum.

Ad l. 31.

Obst. *l. 13. in fin. de contrab. stip.* Resp. Textus iste non loquitur de artificibus, nec de casu, ubi industria personæ est electa.

Ad l. 38. §. 2.

Verb. Ut ita dicam. Obst. *l. 56. §. 2. de V. O.* Ubi jam solutio est addita.

Ad l. 38. §. 3.

Obst. *l. 9. §. pen. de Stat. lib. it. l. si mihi alienum, h. t.* qui textus volunt liberari eum, qui Stichum alienum hominem promisit, & à domino heres scriptus in testamento, quo eidem Sticho dederat libertatem sub conditione, ita eum statu liberum præstitit, quia etsi eum dominus manumisisset purè, liberaretur omnimodo, propterea quòd stipulatio non potest consistere in his, quæ pecunia lui & præstari non possunt, qualis est libertas. Resp. Igitur quod loquantur textus oppositi de promissore Sticho, qui non ipse statu liberum eum fecit; sed dominus, ut liberetur qualem qualem Stichum dando.

Ad l. 45. princip.

Verb. Satis esse offerre. Obst. *l. 34. in fin. de pignor. act.* Resp. Quando spopondit dare solutum, vir erat in possessione, & ideò satis est, si debitum offerat creditori, *h. l. 45.* In textu verò opposito in possessione pignorum fuerit creditor, unde debitori non licet offerre.

Ad l. 49. in fin.

Dubium quod hic movet, idem etiam solvit Gothofredus.

Ad l. 53.

Obst. *l.* 69. *de R. I.* Resp. Habetur in *dict. ad Exerc.* 47. *thes.* 70.

Ad l. 55.

Obst. *l.* 33. §. 1. *de Novat.* Resp. Textus *h. l.* 55. *in fin.* non loquitur de pecunia credita, & ex natura illius contractûs in genere, non in specie recipienda; sed loquitur de restituendis nummis in specie.

Ad l. 59.

Obst. *l.* 7. §. 1. *l.* 8. *l.* 18. *in fin. de const. pec.* Resp. In casu *h. l.* 59. constitutum stipulationi adjectum est in continenti, proinde Titii persona stipulationi adjecta, verùm etiam in constituto reperita: quia quod initiò exprimitur, censetur in fine tacitè repetitum, *l.* 4. *§. ult. de pact. §. pen. ad L. Aquil.* In casibus autem oppositorum textuum constituta pecunia fuit ex intervallo, ut ei repetitioni locus esse non possit, meritò ergò ibi solvendum est creditori, cujus solius facta est mentio in constituto, hic verò solvi potest etiam adjecto, cujus saltem tacitè meminerunt in constituto.

Ad l. 69.

Verb. Tecum agere judicati. Obst. *l.* 9. *§.* 4. *de dolo.* Ubi dicitur, quod detur actio de dolo, quam tamen constat subsidiariam esse, & tum demum dari, cùm alia cessant remedia. Resp. Diversi casus hisce textibus tractantur, nam in casu *h. l.* 69. condemnatus noxali judicio quis fuerat, & ne litis æstimationem solveret, servum noxæ dedit, *l.* 1. *de noxal. act. pr. l. ibid.* sed quia ususfructus alienus erat, vel servus erat Titio pignoratus: idcircò sententiæ ea deditione non satisfecit; sed nihilominus adhuc tenetur actione judicati. In casu verò textus oppositi ante condemnationem noxæ quis dedit, & ita fuit absolutus

solutus sententia: quia eo tempore ignorabatur eum servum esse usufructuarium, vel alii pignoratum. Hoc igitur casu judicati actio locum non habet, quæ adversus condemnatum competit, non absolutum; sed confugiendum est ad actionem subsidiariam de dolo.

Ad l. 72. §. 3. in fin.

Verb. Non poterit rationi. Obst. *l. 29. in fin. de V. O.* Ubi jam responsio est addita.

Ad ejusd. l.

Verb. ult. Non enim. Obst. *l. 17. de condict. furt.* Resp. Regulariter non refert, utrum res sit præsens an absens; sed excipitur, nisi res, quæ oblationis vel stipulationis tempore alio loco postea periit, antequam in potestatem furis reverteretur, in hoc enim §. 3. non solùm JCtus præsupponit servum fugitivum abfuisse, sed etiam disertis verbis ait, priusquam facultatem ejus nancisceretur fur vel promissor, decessisse servum.

Ad l. 74.

Obst. *l. 42. in fin. pro soc.* Ubi jam solutio est notata.

Ad l. 92. §. 1.

Obst. *l. 63. de condict. indeb.* Ubi jam solutio est addita.

Ad l. 95. §. 3.

Vers. Difficile. Allegat hic Gothofredus tanquam obstantem, *l. 1. C. de fideic. tut.* Verùm nihil contrarii ibi habetur.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l. 27. §. 2. de pact.* Ubi responsionem annotavit Gothofredus. Vide *Exerc. 6. thes. 16.*

Ad

Ad l. 98. §. 5.

Verſ. Et ideò quinque. Obſt. *l. 83. §. 2. de V. O.* Reſp. Textus oppoſitus obtinet, cùm utraque ſumma eſt in obligatione, ut contingit, cùm idem ab eodem utramque alternatè ſtipulatur, *Conf. l. 128. de V. O.* Hæc verò *lex* 98. *§. 5. verſ. quinque* obtinet, cùm major ſumma eſt in obligatione, minor verò tantùm in ſolutione: ut in ea ſpecie, in qua aliquis ſibi decem, aut Titio quinque ſtipulabatur: conſtat enim adjecto ſolvi poſſe, quamvis ei nihil debeatur.

Ad eand. l. §. 5.

Verſ. E contra. Obſt. Quòd aliàs pœna non poſſit eſſe major ſorte, *l. 15. in fin. C. de uſur.* Reſp. Hic nulla addita eſt pœna; ſed ſtipulanti quinque & adjecto decem ſunt promiſſa. Inde etiam non obſtat *l. 8. §. 2. de fidej.* Itidem enim hic non agitur de fidejuſſione.

Ad ejusd. l. §. 8.

Verſ. Non eſt diſſimilis. Obſt. *l. 79. §. 2. de leg. 3. l. 5. in fin. quib. m. uſus amitt.* Reſp. Area & cætera, ex quibus domus conſtat, duobus modis conſiderari poſſunt naturaliter & civiliter. Naturaliter area & tigna, ex quibus ædificium conſtruitur, non intereunt, ſed permanent; Jure autem civili, quia non debent ſeorſim à toto conſiderari pro extinctis habentur, ut & purpura veſtimento intexta, *§. ſi tamen Inſtit. de rerum diviſ.* Gemma annulo incluſa, &c. *conf. l. 6. l. 7. princ. §. 1. & 2. ad Exhib. l. 30. princ. de acquir. vel amitt. poſſ. l. 23. de uſuc.* Area igitur naturaliter tunc accipitur, cùm ipſius areæ obligatio conſideratur, ſive hæc obligatio ſit conſtituta per ultimam voluntatem ſive per ſtipulationem. Et hoc reſpectu dicitur in rerum natura eſſe hoc §. 8. Civiliter autem area ſumitur, cùm non ipſa area, ſed uſusfructus

fructus

fructus areæ debetur, *d. l. 5. oppos. quib. mod. usufr.* Quod autem attinet oppositam *l. 79. §. 2 de leg. 3.* Ibi habetur singularis exceptio. Vide *tit. de adim. vel transf. legat.*

Ad eund. §. 8.

Verb. Peti potest area. Obst. *l. 57. de contrah. emt.* Resp. Ibi planè alia quæstio proponitur. Error nimirum circa domum venditam contigit, quam uterque putavit salvam esse. Cùm tamen combusta sit: quæritur, an emtor debeat nihilominus emtioni stare & pretium solvere, quòd area supersit? Et negatur.

Ad l. 101. *princ.*

Obst. Allegat Gothofredus, *l. 5. si ex noxal. causa.* Ubi tamen nihil contrarii habetur.

TIT. IV.

De Acceptilatione.

Ad l. 8. §. 3.

OBst. *l. 19. h. t.* Resp. Patet ex ipsa lege, quòd scilicet non ipso jure, sed ope exceptionis tunc contingat liberatio.

Ad ejusd. l. §. 4. *in fin.*

Obst. *l. pen. in fin. de sol. §. 9. de act.* Vide responsio in *not. ad Exerc.* 47. *thes.* 88.

Ad l. 13. §. 4.

Verb. Totam obligationem. Dubium hic allatum solvit Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 6.

Verb. Manebunt. Obst. *l. 27. §. 6. de pact.* ubi jam responsio est annotata.

Ad §. 7. *ejusd. l. in fin.*

Obst. *l.* 23. *de pact.* ubi itidem conciliatio jam est addita.

Ad ejusd. l. §. *ult.*

Obst. *l.* 27. *de pact.* ubi itidem jam responsum est.

Ad l. 16. *princ.*

Verb. Non ipse solus. Obst. *l.* 2. §. 3. *de V. O.* Resp. In casu textus oppositi duo erant heredes debitores, qui ex Lege XII. Tabularum pro partibus hereditariis tenentur; Cùm igitur uni accepto fertur, pro ejus tantùm parte accepta fertur, & obligatio manet. Sed in casu *h. l.* 16. duo erant rei debendi, quorum uterque tenebatur in solidum: quare cùm uni accepto latum fuit, tota obligatio per hanc acceptilationem est peremta.

Ad l. 17.

Obst. *l.* 2. §. 1. *de V. O. item l.* 26. §. *penult. de condict. indeb.* Resp. Utrum omninò pars obligationis tollatur, est in pendenti. Nam si debitor postea reliqua quinque solverit, etiam priora quinque debita fuerunt. Sed si debitor postea hominem præstiterit, quinque indebitè soluta dicentur. Quod verò ad actionem interim instituendam attinet, pars obligationis peremta est, quia creditor non potest ampliùs petere decem sed quinque.

Ad l. ult.

Obst. *l.* 56. *de pact.* Ubi responsio est annotata.

TIT. V.
De Prætoriis Stipulationibus.

Ad l. 1. *princ.*

OBst. *l.* 5. *de V. O.* ubi jam hoc dubium expeditum est.

Ad

Ad ejusd. l. §. 6.

Verb. Repromitti oportet. Obst. *l. 15. §. 2. de damno infect.* Ubi itidem jam responsum est.

Ad ejusd. l. §. ult. in f.

Obst. Quòd in Prætoriis stipulationibus nihil sit immutandum, *l. 52 de V. O.* Resp. (1) Non potest ab alio quid detrahi vel addi, quàm à Prætore, nec (2) à Prætore in aliam formam, nec etiam (3) in formam prætoriam, quando jam erat interposita: nisi volentibus partibus fieret.

Ad l. 2. §. 2. in init.

Obst. *l. 9. judic. solv.* Resp. Hæc stipulatio, judicatum scilicet solvi, ab initio continet incertam quantitatem: quia tunc nondum constat, in quantam reus damnabitur, cùm eventus judicii sit incertus. Sed cùm stipulatio committitur, in quantitatem certam committitur: tunc enim committitur, cùm reus damnatur: Atqui damnatur in quantitatem certam, quia sententia certa esse debet, *l. 3. in f. C. de inut. stip.* tunc igitur certa est quantitas stipulationis.

TIT. VII.
Iudicatum solvi.

Ad l. 5. §. 6.

OBst. *l. 10. in fin. de N. G. l. 4. C. mand.* Resp. In *h. l. 5.* mandatum fuit ut juberet, non etiam ut litigaret: Ergò si excessit fines mandati, ac temerè litigavit, sibi debet imputare. In textibus verò oppositis mandatum fuit, ut litigaret, meritò igitur repetit sumtus bona fide & necessario factos, *l. 46. §. pen. de Proc. l. 56. §. ult. Mandat.*

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l.* 37. § *penult. de procurat.* Ubi jam solutio est annotata.

Ad l. 9.

Obst. *l.* 2. §. 2. *de Stip. Prætor.* Ubi itidem dubium est solutum.

TIT. IIX.

Rem ratam haberi, &c.

Ad l. 2.

OBst. *l.* 13. *h. t.* Quam pugnam ipse Gothofredus solvit in notis.

Ad l. 18.

Verb. Non ultra quam in partem. Obst. *l.* 4. §. 1. *in f. de V.O.* Resp. Dominus petitionem à Procuratore factam potest pro parte ratam habere, *l.* 17. *h. t.* etiamsi procurator de rato caverit, *h. l.* 18. Unus casus excipitur, cùm ipse Dominus de rato pro suo procuratore cavit: quia ob suam promissionem cogitur in totum habere ratum, *dicto textu opposito*, aliàs enim dominus: aliàs procurator de rato cavere solet, §. *fin autem Inst. de satisdat.*

LIB. XLVII.

TIT. I.

De Privatis delictis.

Ad l. 2. princip.

OBst. *l.* 6. *in fin. naut. caup. stab. l.* 34. *l.* 53. *de O. & A.* Ad quos textus jam solutio est tradita.

TIT.

TIT. II.

De Furtis.

Ad l. 1. §. 1.

OPp. Gothofredus locum GELLI, 2. *N.A. c.ult. in f.* Similia loca allegantur ab ANTONIO MATTHÆI Tr. *de Criminibus ex Cicer. Valer. Max. Iuvenal. c.* 1. Resp. Ejusmodi loca alia non de mera nuda cogitatione; sed de crimine, quodammodo inchoato loquuntur; Vel etiam vitium sive peccatum aliquod in se respiciunt, quod tamen Legibus vindicari nequit. Add. *Exerc.* 48. *thes.* 4. *& Frantzk. Exerc.* 12. *quæst.* 2.

Ad ejusd. l. §. *ult.*

Verb. Lege naturali, &c. Dubium quod hic movet, etiam solvit Gothofredus.

Ad l. 21. §. 1.

Obst. *l.* 48. §. 4. *in fin.* Resp. In isto textu habetur casus singularis, ut ipse ULPIANUS innuit.

Ad l. 14. §. 6.

Verb. Non competere. Obst. *l.* 46. *in fin. h.* Resp. Hæc *l.* 14. §. 6. agit de creditore, cui pignus surreptum est: Hic si actione furti consecutus sit tantum, quantum ipsi debetur, non potest, licèt denuò pignus surreptum fuerit, iterum agere. Textus verò oppositus agit de domino, cui res surrepta est, hic, si res ejus iterum furto sublata fuerit, potest denuò agere.

Ad ejusd. l. §. 8.

Obst. *l.* 48. §. 4. *h.* Resp. Textus in *h.* §. 8. agit de casu hoc, quando ipse commodatarius dolo quid commisit circa rem commodatam, furto deinde surreptam. Textus verò oppositus

positus agit de casu, quo quis rem locatam alteri utendam concesserit inscio domino.

Ad ejusd. l. §. 9.

Obst. *§. ult. h. l. 14 item l. 78. eod.* Resp. In *§. ult. oppos. vers. Et ideo*, non simpliciter furti datur actio perferenti, sed certis tantùm casibus, quibus scilicet ejus interest, rem non surripi: nam furti actio ei competit, cujus interest, sive sit dominus, sive non dominus, *l. 10. l. 85. h. §. furti autem actio, Inst. de Oblig. quæ ex delict. nasc.* Regulariter itaque furti actio ei non conceditur, qui rem perferebat; quia regulariter ejus non interest. Cùm autem interest, veluti quia custodiam rei commisit, aut literas ad se spectantes perferebat, agere potest.

Ad ejusd. l. §. 10.

Obst. Quòd intersit patri, quia actione de peculio tenetur. Ergo dabitur actio furti, *per l. 10. h. t.* Resp. Habetur in hoc ipso §. 10. *vers. neque enim, add. l. 85. princ. h.* Ex quibus textibus *d. l.* 10. est restringenda.

Ad ejusd. l. §. 17.

Vers. Quia per liberam. Allegatur tanquam obstans, §. 5. *per quas person. cuique acquiratur.* Verùm in ipso isto textu possessio excipitur.

Ad l. 17. §. 2.

Obst. *l. 27. §. 3. ad L. Aquil.* Ad quem textum ipse respondet Gothofredus.

Ad l. 19. §. 1.

Obst. *l. 1. §. 40. depositi.* Ubi solutio annotata.

Ad l. 22. *princip.*

Vers. Sed verum est. Obst. *l. 22. §. ult. h.* Vide *thes. 18. h. Exerc. 48.*

Ad

Ad l. 36. §. 1.

Obst. *l. 1. l. 2. l. 21. §. 7. rerum amot.* Ubi itidem hæc antinomia jam est dissoluta.

Ad l. 38. princip.

Obst. *l. 55. §. 1. de fideicommi. libert.* Resp. Ibi singulariter Prætor matri concedit actionem, uti patet ex ipso textu opposito.

Ad l. 39.

Obst. *l. 82. §. 2. h.* Hoc dubium explicatur in *d. Exerc. 48. thes. 15. vers. Non etiam est furtum.*

Ad l. 43. §. 1.

Vers. Nam & manent. Obst. *l. 13. in fin. de donat.* Qui textus explicatur in Dictatis ad *Exerc. 41. th. 5. qu. 2.*

Ad ejusd. l. §. 3.

Verb. Si dixit se locupletem. Obst. *l. 52. §. 21. h. t.* Resp. In textu opposito alia planè persona substituitur; In hoc verò §. 3. saltem error sive deceptio quoad qualitatem sive divitias personæ.

Ad ejusd. l. §. 4.

Obst. *l. 1. §. 15. de his qui testamento lib.* Resp. In hoc §. 4. utique est possessor, licèt ignoretur.

Ad ejusd. l. §. 10.

Dubia quæ hîc occurrunt solvuntur, *d. Exerc. 41. thes. 60.*

Ad ejusd. l. §. ult.

Obst. *l. 8. de reb. aut jud. poss.* Ubi responsio est annotata.

Ad l. 46. princ.

Verb. Nec enim dissimilis. Obst. *l. 47. de Ædil. Edict.* Resp. Patet ex *hac ipsa lege 46.* Quòd scilicet hoc casu manu-

manumissio non sit dissimilis morti, *verb. quod ad subtrahendum, &c.* Alia ratio est in ædilitio Edicto & actione redhibitoria, de qua in textu opposito.

Ad ejusd. l.

Vers. Hoc idem in condictione. Obst. *l. 14. princ. de condict. furt.* Resp. Textus oppositus sic intelligendus est, ut quæratur, an intersit rem surreptam recipere; non, an intersit rem non fuisse surreptam. Res nimirum surrepta extabat, non erat extincta; sed quia conditio legati extiterat, non ampliùs heredis intererat, eam recipere, cùm non posset eam retinere, sed cogeretur legatario tradere. In hac verò *l. 46.* res furtiva extincta erat, ideoque æstimatio erat præstanda, & intererat petitoris eam pecuniam recipere.

Ad ejusd. l. §. 8.

Obst. *§. 8. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc.* Vide hæc *Exerc. 48. thes. 15. vers. alterutrum.*

Ad l. 48. §. fin.

Verb. Furtivum non esse. Obst. *l. 68. de Proc.* Resp. Ibi ex re domini quid stipulatus est Procurator, hoc meritò petit Dominus. In hoc verò *§. ult.* Nummi nec vi contractus; nec ex delicto possunt peti, quia ipsi non sunt surrepti, sed res.

Ad verb. ultim.

Non est furtivus. Obst. *l. 38. §. 2. de noxal. act.* Resp. Ibi ipsi nummi etiam sunt surrepti sive intercepti.

Ad l. 52. §. 6.

Obst. *l. 5. l. 6. l. 7. de Obseq. par. præstand.* Resp. Quando dicitur patrem furti teneri in *h. §. 6.* non significat eum actione furti conveniri famosa, sed furti admissi nomine conveniri actione

re in factum: Ita ut furti vocabulum hîc non sit actionis nomen, sed agendi causam indigitet.

Ad l. eand. §. 27.

Obst. *l.* 13. §. 2. *de jurejur.* Ubi responsio est annotata.

Ad ejusd. l. §. *fin.*

Obst. *l.* 80. § 3. *h.t.* Resp. Raptor est fur manifestus: aliquando tamen etiam est raptor, licèt non sit fur manifestus, ut in casu *h.* §. *ult.* *Add. thes.* 49.

Ad l. 53. *princ.*

Obst. *l.* 50. §. 3. *h.t.* Resp. Ibi consilium & auxilium directo tendit eò, ut furtum fiat: in casu verò *h. l.* 53. eo animo janua non est fracta; sed per accidens est secutum furtum.

Ad l. 54.

Obst. *l.* 11. §. 1. *l.* 23. *de Pign.* Ubi hoc dubium solutum est.

Ad ejusd. l. §. *fin.*

Obst. *l.* 46. *de admin. tut.* Ubi itidem responsio est annotata.

Ad l. 55. *princip.*

Obst. *l.* 3. *C. vi bonor. raptor. l.* 13. *ff. eo quod metus causa l.* 7. *C. unde vi.* Resp. Hæc lex 55. loquitur de eo, qui sine vi rem sibi pignoratam aufert. Textus verò oppositus de eo, qui per vim rapit.

Ad l. 56. §. 4.

Obst. *d. l.* 46. *in f. de admin. tut.* Ubi solutio est addita, uti jam monitum.

Ad l. 62.

Obst. *l.* 1. §. 3. *de serv. corrupt. It. l.* 50. §. 3. *h. t.* Resp. Servus jam aufugit, & ita sui ipsius furtum fecit, *l.* 60. *h. t.* Ide-

oque per nudam itineris insecutam monstrationem servus jam fugitivus non corrumpitur, neque ad furtum ope consiliove concurritur.

Ad l. 63.

Obst. *l.* 8. *C. ex quib. causis infam. l.* 13. *§. pen. de his, qui not. infam.* Resp. In textibus oppositis non judex, sed lex damnati existimationem tuetur. Sententia verò *legis* 63. est, etiamsi judex disertis verbis ita se aliquem furti damnare, salvo ejus honore, vel sine famæ detrimento, nihilominus eum fieri infamem.

Ad l. 65.

Dubia hîc mota solvuntur etiam à Gothofredo.

Ad l. 71. §. 1. *in f.*

Obst. *l.* 13. *ratam rem haberi, juncta l.* 52. §. 28. *h.* Resp. In textu opposito utique lucrum attenditur, quia non est conjunctum cum alterius injuria. Hic verò §. 1. *l.* 71. Restringendus est ad casum ibi propositum. Quo nimirum lucrum tenderet in injuriam domini, contrà quem usucapio compleretur.

Ad l. 81.

Obst. *l.* 4. §. *ult. ad L. Iul. pecul.* Resp. Non tenetur curator civitatis surripiens ex ipsa L. Julia peculatus, quippe quæ tantùm loquitur de Republica Romana, à qua civitates distinguuntur, *l.* 16. *de V. S.* Tenetur tamen ex TRAJANI & ADRIANI Impp. Constitutionibus ad L. Juliam adjectis, sive quibus Lex Julia est extensa.

TIT. IV.

Si is, qui testamento liber esse jussus erit, &c.

Ad l. 1. §. 3.

OBst. *l. 14. de quæstion. l. 9. in fin. de pœn.* Solutionem addit ipse Gothofredus.

Ad ejusd. l. §. 15.

Obst. *l. 43. §. 2. de furt.* Ubi responsio est addita.

TIT. V.

Furti, adversus naut. &c.

Ad l. un. in fin.

OBst. *l. 2. naut. caup. stab.* Ubi jam responsio est annotata.

TIT. VII.

Arborum furtim cæsarum.

Ad l. 5. §. 2.

OBst. *l. 12. quod vi aut clam.* Resp. Textus oppositus loquitur de alio remedio, de quo quid obtineat, ibi est monitum.

Ad l. ult.

Obst. *l. 6. §. 4. de aq. & aq. pluv. arcend.* Ubi solutio est annotata.

TIT. IIX.

De vi bonorum raptorum.

Ad l. 2. §. 6.

OBst. *l. 40. in fin. de V. S.* Resp. Hic vis & coactio attenditur, quæ adest, etiamsi quis unum hominem ad auferendum quid vi adhibeat; In textu opposito est alia ratio.

Ad ejusd. l. §. fin.

Verb. Et ego. Obst. *l. 1. de priv. del. vid. Exerc. 46. thes. 84. vers. neque.*

Ad l. 4. §. 3.

Vers. Namque. Obst. *l. 2. §. 6. h. t.* Resp. In *h. l. 4.* agitur de explicatione vocis TURBÆ & MULTITUDINIS. In textu verò opposito saltem respicitur vis & coactio, uti jam monitum.

TIT. IX.

De incendio, ruina, &c.

Ad l. 1. princip.

VErb. Post annum, &c. Obst. *l. 2. in fin. C. d. naufragiis.* Resp. Textus oppositus non loquitur de hoc casu sive de hac actione ex hoc Edicto; sed de probatione naufragii, quod navicularius sive nauta probare debet, si dominus navis id in dubium vocet. Et singulariter statutum est, quòd intra annum testes sint producendi. Et quidem in specie textus oppositus loquitur de naviculario, qui publicas species extruit sive ædificat.

Ad

Ad ejusd l. §. 4.

Obst. *l. 4. princ. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo naufragium consecutum est. Hic verò textus in §. 4. loquitur de nuda suspicione, incendio, naufragiove non secuto.

Ad l. 3. §. *fin.*

Verb. Clavos vel. Obst. *l.* 21. *de furt.* Resp. Textus hic in §. *ult.* loquitur singulariter de clavo & gubernaculis adjectis ablatis; etenim cùm clavo & gubernaculis navis caret, totius navis periculum inde evenit. Ergo meritò hoc speciali casu omnium rerum nomine quis tenetur.

TIT. X.

De Injuriis, &c.

Ad l. 5. §. 5.

OBst. *l.* 6. §. 2. *ad munic.* Resp. Nulla est pugna: hic dicitur non posse quem ubique domicilium habere per omnes villas suas, quia nimirum non ubique ita instruxit res suas, ut ibi habitaret. In textu verò opposito dicitur, quòd etiam in duobus locis possit domicilium habere, si nimirum res suas ita instruxerit.

Ad l. 17. §. 11. *in fin.*

Obst. *l.* 2. §. 1. *de procurat.* Ubi jam solutio est annotata.

Ad l. 18.

Vide *Iacob. Gothofred. ad Cod. Theodosian. Tit. de famos. libell. p.* 238.

TIT. XI.

De extraordinariis criminibus.

Ad l. 1. §. 2.

VErb. Punitur capite. Obst. §. 4. *de publ. judic.* Vide *Exerc.* 48. *thes.* 77. *ibique in fin. annot.*

TIT. XX.

De Stellion.

Ad l. 2.

OBst. *l.* 13. *de his, qui not. infam.* Resp. Crimen stellionatus non infamat ipso jure; sed tamen sæpiùs judex delinquentem infamem esse jubet per sententiam, quæ responsio confirmari potest ex natura hujus judicii stellionatus, quod famosum est, ideoque non habet certam pœnam lege constitutam; sed modò infamat, modò non infamat, prout judici visum fuerit. Textus itaque oppositus ita intelligendus, quòd crimen stellionatus irroget infamiam, si ita reus per judicem fuit damnatus. Addatur *hac Exerc.* 48. *thes.* 109.

Ad l. fin.

Obst. Quòd aliàs perjurium non habeat pœnam, *l.* 2. *C. de R. C.* Resp. Hic non perjurium; sed crimen stellionatus punitur. Vide *Exerc.* 17. *thes.* 55. *vers. pœnam.*

TIT. XXI.

De termino moto.

Ad l. 1.

OBst. *l.* 3. *in princ. h. t.* Resp. Si extra ordinem agatur ob terminum motum, non statuta est in delinquentem pœna pecu-

pecuniaria sive mulcta; sed variè secundùm circumstantias hoc crimen coercetur, *h. l.* 1. Speciali verò lege Agraria actio popularis est introducta, de qua agit textus oppositus. Addat. *Gothofr. ad d. l.* 3.

TITUL. ULTIM.
De popularibus actionibus.

Ad l. ult.

OBst. *l.* 22. *§.* 44. *ne quid in loc. publ.* Resp. Regulariter actiones populares supra annum non extenduntur per *h. l. ult.* Specialis est ratio in textu opposito.

LIB. XLIIX.
TIT. I.
De publicis judiciis.

Ad l. 5. princip.

OBst. *l.* 1. *C. de his, qui accus. non poss.* Resp. (1) In textu opposito tale crimen erat objectum accusanti, quo probato, prius intendi nequit. Resp. (2) Lis in textu opposito nondum fuit contestata; Ast in *h. l.* 5. fuit contestata, (ita respondet Cujacius.)

Ad l. 7. princ.

Obst. *l.* 1. *de his, qui not. infam.* Resp. Habetur in hac ipsa *lege* 7. *vers. nisi.*

Ad l. 11.

Allegat hic Gothofredus locum Pauli, tanquam obstantem 5. *sent.* 16. *§.* 11. Resp. Habetur in ipso textu Pauli verbis finalibus.

Ad l. 13. §. 1.

Obst. *l.* 3. *C. de Accusat.* Resp. Patet ex dictis ad *l.* 33. *§.* 2. *de Procurat.* Vide etiam *Exerc. nostra* 7. *thes.* 33. *vers. qua tamen.*

TIT. II.

De accusationibus & inscriptionibus.

Ad l. 11. §. 2.

OBst. Quòd liberi non possint restitui adversus parentes, *l. ult. C. qui & adversus quos.* Resp. (1) Hoc ipsum quod opponitur, varias admittit limitationes, uti constat ex notatis, *ad Exerc.* 8. *thes.* 56. Resp. (2) Non agitur in nostro textu *l.* 11. de beneficio restitutionis: sed de vi liberis à parentibus illata: ob quam actio in factum liberis competit.

Ad l. 12. *princ.*

Allegat hic tanquam obstantem *l.* 32. *in fin. de Adulteriis.* Verùm planè nihil huc pertinens ibi habetur.

Ad ejusd. l. §. 1.

Obst. *l.* 3. *§. ult. h. t.* Resp. Quod in *h. l.* 12. dicitur, reos post abolitionem repeti non posse, non propter abolitionem obtinet; sed ratione beneficii, de quo principium legis agit, quia nimirum reus in dignitate tunc temporis erat constitutus: Hoc beneficium ut in dignitate positus accusare nequeat; non saltem ei conceditur, quem aliquis primum vult accusare; sed etiam ei, quem aliquis vult repetere. Si verò hoc beneficium quis non habeat, nihil prohibet, quo minùs repetatur dicto textu opposito.

Ad ejusd. l. §. 3.

Obst. *l.* 16. §. 3. *de pœn.* Resp. Textus oppositus loquitur de genere pœnæ, in qua est diversitas; hic verò textus de processu sive modo accusandi.

Ad

Ad ejusd. l. §. ult.

Verb. Sicuti relegatio. Obst. *l. 2. qui & à quib. manum. l. 2. C. de sepulchr. violat.* Resp. Servus aut consensu Domini delinquit, aut eo ignorante, vel saltem prohibere non valente; Priori casu servus relegari potest, posteriori non potest, quæ distinctio colligitur *ex l. 2. C. de sepulchr. viol.* Quia nimirum relegatio servi magis domino, quàm servo nocet. Proinde locum habere non debet, nisi dominus suo consensu delicti particeps factus sit.

Ad l. 19.

Obst. *l. 11. in fin. C. de accus. l. 40. pro socio.* Resp. Quod homicidium attinet, ibi per indirectum quis cogitur ad accusandum, nisi nimirum quis velit hereditate privari.

TIT. III.

De custodia & exhibitione Reorum.

Ad l. 3. in f.

OBst. *l. 8. §. 9. de pœnis.* Resp. Carcer non est pœna condemnati; sed quasi pœna condemnandi, h. e. non debet per sententiam imponi pœna carceris, sed ante sententiam reus interdum carcere continetur, ut hoc ipsum sit cujusdam pœnæ loco ob sceleris gravitatem sive evidentiam.

TIT. V.

Ad Legem Iuliam de adulteriis coercendis.

Ad l. 2. §. 4.

OBst. (1) *l. 13. §. 5. h. t.* Resp. Imò in ipso textu hoc opposito dicitur, quòd compensatio adulterii & lenocinii non ha-

beat locum. Obst. (2) *l. 28. C. ad L. Iul. de adult.* Resp. Textus oppositus loquitur de extraneo accusante mulierem adulteram: de quo agetur §. 7. *h. l.* 2. Obst. (3) *l. 47. in fin. sol. matr.* Resp. Textus noster in hoc §. 4. loquitur de casu, si nomen uxoris jam receptum sit inter reos, adeoque obtinet, quod habetur in textu opposito.

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l. 26. l. 28. C. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de exceptione, quæ initio judicii ad fori declinationem opponitur.

Ad l. 11. §. 6.

Obst. *l. 2. in fin. si quis in jus voc. non ierit.* Ubi responsio jam est annotata.

Ad l. 13. §. 2.

Obst. *l. 23. l. 29. C. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de adultero, sive rem habente cum uxore venalem pudicitiam sive meretricio more vivente; hic verò textus in §. 2. *l.* 13. loquitur de ipsa uxore, quam accusat maritus ob adulterium. Aliam responsionem affert etiam hîc Gothofredus.

Ad l. 14. §. *fin.*

Obst. *l. 37. §. 1. de Minor.* Resp. Maritus non punitur calumniæ nomine, ut extraneus accusator, licèt crimen non probaverit, licèt evidens detegatur ejus calumnia; hæc enim non debet esse impunita. Textu igitur opposito non negatur fieri posse, ut de calumnia puniatur; sed affirmat fieri posse, ut sine calumniæ metu agat. Non videtur enim maritus accusare per calumniam; sed quia credit mulierem esse adulteram; faciliùs igitur excusatur jure mariti accusans, quàm extraneus excusatur. Sensus igitur *h. l.* 14. §. *fin.* est, quòd non omninò extra periculum sit maritus, si nimirum evidens sit calumnia.

Ad

Ad l. 24. §. 2.

Obst. *l.* 14. *h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de patre cum adultero filiæ, hic verò textus de ipso marito occidente adulterum, in quo nihil interest, an sit filiusfamilias. In textu verò opposito interest, quia illud jus occidendi dependet à patria potestate.

Ad l. 26. *princ.*

Dubium quod hic movet, ipse etiam solvit Gothofredus.

Ad l. 27. §. 7. *item ad l.* 15. §. 1.

In textibus hîc à Gothofredo allegatis tanquam obstantibus nihil contrarii reperitur.

Ad l. 28. §. 6.

Verb. Sexu. Allegatur tanquam obstans, *l.* 10. §. 1. Ubi scilicet sexus non excusat. Resp. Aliquando sexus si nimirum error vel alia circumstantia concurrat, excusat, aliquando verò non.

TIT. VII.

Ad Legem Iuliam de vi privata.

Ad l. 7.

VErb. Habere. Obst. *l.* 48. *de furt.* quod dubium ipse hîc solvit Gothofredus.

TIT. IIX.

Ad Legem Corneliam de Sicariis, &c.

Ad l. 14.

OBst. (1) *l.* 18. *de pœnis.* Resp. Patet ex *Exerc.* 48. *thes.* 4. *not. ad dub. n.* 3. *allatum.* Obst. (2) *l.* 16. *de pœn.* §. 8. Resp.

Patet

Patet ex ipso textu, quòd nimirum singulare quid sit in eo, qui cum telo occidendi hominis causa ambulat. Vide *d. Exerc. th.* 6. Obst. (3) *l.* 7. §. 6. *l.* 9. *ad L. Aquil.* ubi jam responsio est annotata.

TIT. IX.

De Lege Pompeja de Parricidiis.

Ad l. 4.

Obst. *l.* 6. *de gradibus.* Ubi responsio jam est annotata.

Ad eand. l.

Verb. Sponsæ. Obst. §. 9. *Instit. de nupt.* Resp. Patet ex *lege* 3. *hujus tit.* quòd nimirum strictè loquendo sponsa vel sponsus, ejusve pater & mater hac lege non contineantur; sed tamen sententia legis seu ex paritate rationis contineantur.

TIT. X.

De Lege Cornelia de falsis.

Ad l. 19. *princip.*

Obst. *l.* 8. *C. ad L. Corn. de fals.* Resp. Textus oppositus loquitur de crimine perfecto; hic verò de imperfecto.

Ad l. 24. *in fin.*

Obst. *l.* 5. §. 15. *de his, quæ ut indignis.* Resp. Textus oppositus loquitur de teste, qui ob falsum testimonium, quod contra testamentum perhibuit, indignus est libertate & fideicommisso; hic verò textus in *l.* 24. loquitur de eo, qui tantùm indicium, ex quo testamentum falsum videri poterat, patefacit: hoc casu, etsi indicium illud non sufficit, ut testamentum falsum judicetur, non tamen servus est, propterea repellendus à libertate & fideicommisso.

TIT. XI.

De Lege Iulia repetundarum.

Ad l. 7. §. 1.

VErb. In infinit. Obst. *l.* 31. §. 8. *de donat. inter vir. & uxor. junct. l.* 1. §. 1. *h. t.* Resp. Verbum in infinitum: non debet conjungi cum verbo capere; sed cum verbo exceptis personis. Nam magistratus potest minus accipere à cognatis suis quocunque gradu sint in infinitum. Similiter ad gradus hæc phrasis in infinitum refertur, *l.* 4. §. 1. *de in jus voc. l.* 1. §. *generaliter de legat. præst.* §. *ergo Inst. de Nupt.* Vel etiam verba: in infinitum: conjungi possunt cum verbo: permittit; ut sensus sit, legem permittere in infinitum sive non statuto certo gradu donantium, nec certa quantitate ejus, quod donatur: & si hoc quod donatur, non debet esse immodicum: Similis locutio occurrit in §. *& unum Inst. de hered. instit.*

TIT. XII.

De Lege Iulia de annona.

Ad l. 3. §. 1.

ALlegatur tanquam obstans: *l.* 1. §. 11. *de offic. Præfect. urb.* Verùm nihil ibi, quod obstet, habetur.

TIT. XIII.

Ad Legem Iuliam Peculatus, &c.

Ad l. 4. §. ult.

OBst. *l.* 81. *de furt.* Ubi solutio jam est annotata.

Ad l. 9. princip.

Obst. *l.* 4. §. 1. *l.* 6. *h.t.* Resp. Patet ex *Exerc.* 49. *th.* 79. quòd nimirum pœna sacrilegii aliquando sit capitalis; aliquando extraordinaria, ratione circumstantiarum.

TIT. XVI.

Ad SCtum Turpillianum, & de Abolitionibus criminum.

Ad l. 1. §. 19.

Obst. *l.* 11. *h.t.* Ubi Gothofredus solutionem annotavit; textus oppositus loquitur de eo, qui non sponte sua destitit, sed vi præscriptionis objectæ ab accusando fuit submotus. Textus verò in hoc §. 10. loquitur de eo, qui poterat quidem à reo præscriptione repelli, nulla tamen præscriptione sibi objecta destitit, adeoque sponte hoc fecit.

Ad ejusd. l. §. 11. init.

Obst. *l.* 4. *de offic. ejus, cui mand. est jurisd. l.* 1. §. 4. *de suspect. tut.* Ad quos textus solutiones jam annotavimus.

Ad eund. §.

Verb. fin. Non tenetur. Obst. *l.* 1. §. 1. *h. t.* Resp. Non idem obtinet in accusatione suspecti tutoris, de qua hoc §. agitur.

Ad ejusd. l. §. 14.

Obst. *l.* 6. §. 1. *de his, qui not. infam. l.* 11. *C. de reb. cred.* Resp. Textus oppositi loquuntur de alio casu, uti inspicientibus patebit. Nimirum textus oppositi loquuntur de casu, quo apparet appellatio rei injusta: hic verò textus agit de casu, quo post accusationem rei accusator destitit.

Ad

Ad l. 3.

Obst. *l. 1. §. 3. h. t. it. l. 8. de Calumn.* Resp. Textus oppositi loquuntur de casu, quo accusator in publico judicio calumniatus est. In hac verò *l. 3.* agitur de privatis & extraordinariis criminibus.

Ad l. 4.

Obst. *l. 5. C. h. t.* Resp. Textus oppositus agit de casu excepto, quando nimirum mulier cum reo turpiter depecta sit accepta pecunia, atque ita destiterit. Nam hoc casu de mulieris & de cujuscunque calumnia vel tergiversatione, de qua aliàs queri non potest, propter turpem depectionem queri potest, propter avaritiam & lucri cupiditatem accusatoris desistentis.

Ad l. 5.

Obst. *l. 1. l. 2. C. quando libell. principi datur.* Resp. Textus oppositi loquuntur de causis civilibus.

Ad l. 7. princ.

Obst. *l. 12. §. 1. de accusat.* Resp. Quod in *l. oppos.* dicitur, reos post abolitionem repeti non posse, non propter abolitionem obtinet; sed ratione beneficii, de quo proximè in legis principio locutus fuerat, seu quia reus in dignitate tunc temporis erat constitutus. Dicitur igitur ibi hoc beneficium, ut in dignitate positus accusare nequeat, non solùm ei concedi, quem aliquis nunc primum vult accusare; sed etiam ei, quem aliquis vult repetere. Cæterùm si hoc beneficium non habeat, quia dignitate careat, nihil prohibet, quò minùs repetatur.

Ad l. 11.

Obst. *l. 1. §. 10. h. t.* Vide Gothofredus hic.

Ad l. 13. §. 1.

Obst. *l. 2. C. h. t.* Resp. Textus oppositus non loquitur de eo, qui permissu Imperatoris aut judicis destitit.

Ad

Ad l. 15.

Obſt. *l. 6. C. de adult. junct. l. 16. C. eod.* ubi maritus, cui aliàs ſine metu calumniæ accuſare licet, nihilominus incidit in SCtum Turpillianum. Reſp. Textus oppoſitus loquitur de calumnia evidentiori.

TIT. XVII.
De requirendis, vel abſentibus damnandis.

Ad l. 1. §. 3.

OBſt. *l. 2. C. eod.* Reſp. Eſt annotata *ad theſ. 94. verſ. iſte animus Exerc. 49.*

TIT. XIX.
De Pœnis.

Ad l. 1. princ.

OBſt. *l. pen. ſi ex noxal. cauſa ag.* Ubi reſponſio jam eſt addita.

Ad l. 10. §. 2.

Verb. Infamem non eſſe. Obſt. *l. 16. l. 17. C. ex quib. cauſis infam. Vide Exerc. noſtra 7. theſ. 23. verſ. fin. aut ex delicto.*

Ad l. 16. §. 3.

Verb. Et aliter. Obſt. Quòd judex juxta autoritatem legis debeat pœnam infligere; & non pro lubitu, *l. 1. §. 4. ad SC. Turpill.* Reſp. Etiam inflictio pœnarum ſecundùm circumſtantias in hoc §. 3. allegatas fit autoritate legum.

Ad

Ad ejusd. l. §. 7.

Obst. *l. 3. de Abigeis.* Resp. Patet ex ipso textu opposito, & ex *Exerc. 49. thes. 94.*

Ad l. 23.

Obst. *l. 10. C. de pæn.* Resp. Aliud est, si quis in opus publicum damnetur, de quo *h. l. 23.* aliud, si servus in vincula condemnetur, de quo casu textus oppositus loquitur.

Ad l. 48. §. fin. in f.

Obst. *l. 8. C. de Episcop.* Videantur notata ad *Exerc. 1. thes. 31. vers. ipsa vero, item, lectiones publ. add. l. oppos. 8. eod.*

Ad l. ult.

Obst. *l. 1. §. 13. de Offic. præfect. urb.* Ubi solutio jam est addita. *Add. etiam Gothofred. hic.* Præterea obstat *l. 1. C. de postul.* Resp. Etsi in ea lege proponatur præfectus Augustalis, qui & præfectus Ægypti dicitur, alicui perpetuò advocatione interdixisse, tamen & eodem loco ostenditur, ob eam rem interdicto justam fuisse appellandi causam, quia neque ultra tempus magistratus sive præsides debent aut solent advocationibus interdicere, *l. 6. §. ult. de postul.* Quòd si verò non appellaverit is, cui præses interdixerit advocatione in perpetuum, quia acquieverit sententiæ, etiam perpetuò advocationibus abstinere debet, & res judicata valet, non tàm ex potestate præsidis, quàm ex tacito consensu judicati, sive acquiescentis sententiæ.

TIT. XXII.

De Interdictis & Relegatis, &c.

Ad l. 3.

VErb. Et libertos. Obst. *l. 5. C. de obseq. patron. præst. item l. 4. ff. de jure patronat.* Resp. Cùm glossa (1) Textus

tus oppositi loquuntur de æquitate & ex Constitutionibus Principum; hic verò de rigore juris. Resp. (2) Textus oppositi loquuntur de libertis provenientibus à genere, sive ab avo, proavo; hic verò de propriis ipsius dominis. Resp. (3) Textus oppositi loquuntur de reverentia præstanda, quæ cùm magis à natura dependeat, adhuc debetur; hic verò textus agit de jure successionis, quod magis à civili & positivo jure dependet.

Ad l. 7, §. 15.

Verb. Non videtur. Obst. *l. 1. §. pen. de Offic. præf. urb.* Resp. Textus iste non contrariatur, sed potiùs confirmat hanc regulam, quòd nempe cui aliqua urbs sive provincia interdicitur, per consequentiam provincia sua, h. e. patria prohibeatur. Add. NICOL. ANTON. Tr. *de exilio, c. 12. n. 4. & seqq.*

LIB. XLIX.

TIT. I.

De Appellationibus & Relationibus.

Ad l. 1. princip.

VErb. Necessarius. Opp. Hic, quòd appellandi usus non sit necessarius: Nam si sententia ex Legibus est, frustra appellatur, si contra leges ipso jure nulla est, *l. 1. quæ sent. sine appell. rescind.* Resp. Datur tertium, quando nimirum sententia non quidem expressè est contra leges, sed lex non satis æque ad hoc factum per imprudentiam judicis applicatur, tunc opus est appellatione.

Ad

Ad ejusd. l. §. penult.

Verſ. Si quis ergò. Obſt. Quòd par in parem non habeat imperium, *l. 4. de arbitr.* Reſp. Neque hic imperium aliquod exercetur; ſed iſte, ad quem incompetenter appellatum eſt per errorem, remittit appellationem ad parem competentem.

Ad l. 4. §. fin.

Verb. Non poſſe. Obſt. *l. 8. §. 3. mand. l. 11. in fin. l. 23. C. de procurat.* Reſp. Patet ex ipſis textibus, cùm & *h. l. 4. §. fin.* & textus oppoſitus diſtinguant inter litem conteſtatam & non conteſtatam.

Ad l. 10. §. ult.

Obſt. *l. un. C. ſi in communi ead. cauſa reſt.* Reſp. Planè de diverſo caſu agit iſte textus, & reſtringitur apertè hic §. 4. ad caſum, ſi una eademque cauſa defenſionis ſubſit.

Ad l. 19.

Obſt. *l. 32. de re jud.* Reſp. In textu oppoſito ſententia non eſt directò contra leges lata, adeoque opus eſt appellatione.

TIT. V.

De appellationibus recipiendis vel non.

Ad l. 2.

OBſt. *l. 7. C. quorum appellat. non recipit.* Reſp. Tunc regulariter ab interlocutoria non licet appellare, *d. text. opp.* niſi quatenus vim habeat definitivæ, & gravamen continet irreparabile: veluti ſi judex pronunciet, ſe eſſe competentem, ſe in-

 terlo-

terloquatur de reo incarcerando, *h. l. 2. l. 9. de minor. Add. Gothofr. hic. it. Exerc. nostra ult. thes.* 3.

Ad l. 6.

Verb. Omnia in eodem stat. Obst. *Nov.* 126. *c.* 3. Resp. Est homonymia in verbis Omnia in eodem statu manere; sensus nimirum *h. l.* 6. est, quòd appellatione rejecta de ea nihil innovetur, sive ea nihil prosit. Nov. verò opposita agit de effectu sententiæ, quæ executioni sit mandanda, quippe quæ ita transit in rem judicatam.

TIT. IX.
An per alium causæ appellationum reddi possunt.

Ad l. 1.

VErb. Usque ad relegationem. Obst. *l.* 18. *de appellat.* Ubi domino servi ad bestias damnati conceditur, ut per procuratorem causas appellationis reddat. Resp. Hæc causa in textu opposito respectu Domini, qui ob id, quod sua interest, appellat, non est capitalis, sed pecuniaria: licèt respectu servi sit capitalis.

TIT. XIV.
De Iure Fisci.

Ad l. 3. §. 6.

VErs. Valde inhumanus. Obst. *l.* 11. *de public.* Resp. Cum CUJACIO: Hic §. 6. non obstat dicto textui, quippe cùm in illo tantùm dicatur, hunc morem esse inhumanum

manum & incivilem; sed tamen non aboletur; Unde observa quosdam mores inhumanos & inciviles propter utilitatem fisci tolerari potius quàm probari.

Ad l. 6. princ.

Obst. *l.* 46. *§.* 3. *h.t.* Resp. Textus oppositus dicit, fiscum semper habere jus pignoris, scilicet ex suo contractu: non ex omnibus causis, quæ ad eum jure privati pertinent, *h. l.* 6. ***Add. lex: rescriptum, de pact.***

Ad l. 26.

Obst. *l. 45. princ. h.t.* Resp. In textu opposito traditur regula: ULPIANUS verò in *h. l.* 26. exceptionem proponit, cujus ratio est, quia hereditas non fuit ipsi patri; sed filio ejus delata, & naturalis affectio erga filium videtur fuisse emancipationis causa potiùs, quàm fraus fisco facienda. Alioquin capitalis criminis reus nunquam posset filium emancipare: cùm tamen hac facultate tantùm læsæ majestatis rei priventur: quoniam in hoc crimine speciale est, ut etiam filii delinquentes puniantur, *l.* 5. ***ad L. Iul. majestatis.***

Ad l. 45. §. 13.

Verb. In quadruplum. Obst. *l.* 46. §. 1. *h. t.* **Ad quem textum respondet ipse Gothofredus in notis.**

Ad l. fin.

Verb. Pensionem ejus anni. Itidem dubium **quod hic occurrit, solvit Gothofredus, *add.* CUJAC. *ad h. l. ult.***

TIT. XV.

De Captivis & Postliminio, &c.

Ad l. 6. in fin.

OBst. *l. 17. h. t. it. l. 23. de R. V. l. 2. de furt.* Resp. Patet ex *Exerc. 11. thes. 37. circa fin.*

Ad l. 27.

Obst. Videtur *l. 6. h. t.* Resp. Textus oppositus loquitur de casu, quo quis mulierem à latrunculis redemit, non ut sibi haberet, sed fisco redderet, adeoque utiliter negotium fisci gessit. Hic verò agitur de servo furtim erepto, & deinde ab aliquo suo nomine emto.

TIT. XIIX. & ult.

De Veteranis.

Ad l. 2. §. 1.

OBst. *l. 1. C. de veteran.* Resp. Cum glossa *ad d. l. 1.* quòd vectigal ibi significet id, quod datur pro loco, ubi tenetur pergula. Add. *l. 1. C. de nundin.*

LIB. L.

Ad Municipalem & de Incolis.

Ad l. 21. §. 1.

OBst. *l. ult. de magistrat. conven.* Resp. Textus oppositus de alia planè actione loquitur, quando scilicet magistratus in subsidium convenitur propter minùs cautè constitutum sive datum tutorem pupillo.

Ad

Ad ejusd. l. §. 2.

Obst. *l. 20. §. 7. famil. ercisc.* Quod dubium ipse solvit Gothofredus.

Ad l. 23. princ.

Obst. *l. 11. de senat.* ubi solutio est annotata.

Ad l. 26. §. 1.

Obst. *l. 3. de jurisd. l. 4. §. 3. de damn. inf. l. 4. in fin. de offic. ejus, cui est mand. jurisdictio.* Ad quos textus responsio & explicatio jam est annotata.

Ad l. 35.

Obst. *l. 239. §. 2. de V. S.* Resp. Qui domicilium habet in agro, in alicujus oppidi finibus constituto, est quidem incola, *d. textu oppos.* sed non habetur pro incola, quoad munera subeunda & honores capiendos, quoniam hæc oppidanorum propria sunt, *h. l. 35.*

Ad l. ult. §. 1.

Obst. *l. 5. §. 12. de jure immun. l. 1. l. 5. C. de agric. & Censit.* Resp. Patescit ex ipso hoc §. 1. quòd nimirum præses excutere sive diligenter inspicere debeat, an colonus sine damno fisci possit munere fungi.

Ad ejusd l. §. 3.

Obst. *l. 4. C. de munic. & origin.* Resp. Singulare est in muliere, quæ sequitur incolatum mariti.

Ad ejusd. l. §. fin.

Obst. *l. 49. fam. hercisc.* Resp. Si bene rem gerant, in cautionem non incidunt.

TIT.

TIT. III.

De decurionibus & filiis eorum.

Ad l. 6. §. 4.

OBst. *l. 2. C. de filiofam.* Resp. Textus in hac *l. 6. §. 4.* loquitur de eo, qui appellavit à nominatione filii ad decurionatum. ANTONINUS verò de eo, qui appellavit à delatione oneris, filio, tanquam decurioni impositi. In illo casu, quia non consensit decurionatui: non potest ob munus à filio postea gestum teneri in solidum. Quòd si decurionatui consensisset, nihil ei prodesset dissensus vel appellatio ab onere delato: sic in casu textus oppositi tractati non prodest, imò nocet appellatio à delatione oneris: quia etiamsi hac ratione pater ostendat, se dissentire, tamen hîc dissensus eum non liberat, imò dum appellat, ostendit causam ad se pertinere, nemo enim suo nomine appellat, nisi is, ad quem causa pertinet. Quòd si causa ad ipsum pertinet, certè suo nomine potest in solidum conveniri, licet aliàs ex persona filii conveniatur actione de peculio.

TIT. IV.

De Muneribus & Honoribus.

Ad l. 4. §. 2.

OBst. *l. ult. in fin. C. de his, qui in nostro liber.* Resp. In textu opposito nihil contrarii habetur, cùm de alio privilegio agat.

Ad l. 5.

Obst. *l. 5 §. 3. de jur. immun.* Resp. In textu opposito singulare continetur privilegium istorum negotiatorum & naviculariorum, qui annonæ urbis serviunt, quamdiu in isto actu sunt.

Ad

Ad l. 11. §. 2.

Obſt. *l. 9. de negot. geſt.* Ubi ſolutio jam eſt addita, nimirum non conceditur reprobatio, niſi ex juſta cauſa; juſta autem cauſa eſt, veluti ſi quis negotia ab alio geſta probaverit, deceptus dolo geſtoris.

Ad l. 14. §. 1.

Obſt. Videtur *princ. Inſtit. de Excuſ. tut. it. l. 9. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt.* Reſp. Publicum dicitur duobus modis; vel quod ad Reipublicæ adminiſtrationem pertinet; vel quod non eſt in poteſtate privatorum hominum: quo ſenſu ſumitur in textibus oppoſitis, item *l. 3. qui teſtamenta facere poſſunt.*

Ad l. 18.

Obſt. *l. 1. princ. & §. 1. h. t.* Reſp. Textus oppoſitus loquitur de ſpeciebus ſimplicibus; hic autem additur tertium illud ex ſimplicibus duobus oriens. Simile exemplum eſt in §. 1. & §. 20. *I. de Act.*

Ad ejusd. l. §. 26.

Obſt. *l. 8. C. de munerib. patr.* Reſp. Non negatur ibi, quòd admixtum ſit quid perſonale; licèt à potiori patrimoniale munus vocetur.

TIT. VI.
De Iure immunitatis.

Ad l. 1. §. *fin.*

OBſt. *l.* 110. *l.* 122. *in fin. l.* 163. *in fin. l.* 220. *de V. S. l.* 45. *de legat.* 1. *l.* 16. *de teſtam. tut. l. ult. ad SC. Trebell.* Ad quos textus ipſe reſpondet Gothofredus.

Ad l. 5. §. 3.

Obſt. *l. 5. de munerib.* ubi hoc dubium eſt expeditum.

Ad ejusd. l. §. 11.

Obst. *l. 8. C. de Excusat. tut.* Resp. Colonus principis, de quo in hoc §. 11. agitur, magis est privilegiatus.

TIT. IIX.

De administratione rerum, ad civitates pertinentium.

Ad l. 1.

OBst. *l. 16. de usufr. leg.* Resp. Ibi est casus exceptus.

Ad l. 8.

Obst. *l. 13. §. 1. de divers. & temp. praescr.* Resp. Regulariter post dicta in textu opposito tempora rationes non retractantur; sed excipitur, nisi dicatur, in calculo erratum, *h. l. 8.*

TIT. IX.

De decretis ab ordine faciendis.

Ad l. 1.

ALlegat hic tanquam obstantem Gothofredus, *l. 18. C. de Episc. & Cler.* Verùm nihil contrarii ibi invenitur.

Ad l. 4. §. fin.

Obst. *l. un. C. de praeb. salario.* Resp. In textu opposito traditur regula; sed haec regula cessat in casibus specialiter exceptis, *h. l. 4. §. ult.*

TIT.

TIT. X.
De Operibus Publicis.

Ad l. 3. princ.

OBst. *l. 6. h. t. l. 13. C. eod.* Resp. Privatis suo sumptu opus aliquod publicum sive civitati dicatum facere licet sine Principis autoritate, *h. l. 3.* sed in publicis rebus, ut & sumtu publico nihil fieri potest sine præscripto Principis. *Add. l. 3. §. 2. h. t.*

Ad l. 5. princ.

Obst. *l. 6. de usur.* ubi solutio est annotata.

TIT. XI.
De Nundinis.

Ad l. 1.

OBst. *l. 2. C. de diversf. rescr. princip.* Resp. Cum glossa, qui impetrat nundinas in præjudicium universorum, facit, unde breviore tempore privilegium amittitur: aliud, si in præjudicium singularis personæ privilegium detur, quia tunc perenne est.

TIT. XII.
De Pollicitationibus.

Ad l. 1. princip.

OBst. *l. 2. C. de usur.* Resp. In textu opposito non suberat mora, ideoque usuræ non præstantur: hîc verò adest mora.

Ad l. 2. princip.

Obst. *Auth. ingressi, C. de SS. Eccl.* Verùm ibi continetur jus novum.

T I T. XIII.

De extraordinariis cognitionibus.

Ad l. 6.

OBst. *l. 15. in fin. de judic.* Resp. Patet ex *Exerc. ult. thes. 87.*

F I N I S.



I.N.I.

I. N. I.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

ACTUS.

ADMINISTRATOR.

ADULTER, ADULTERIUM.

ADVOCATUS.

Si a

Carcer

Absur-

E.

EMANCIPATIO.

EMPTOR,

EMPTOR, EMERE, EMPTIO.

ERROR.

EXCEPTIO.

EXECU-

Filius

HABI-

H.

HABITATIO.

HÆRES, HÆREDITAS.

Judex

JUDÆUS.

JURAMENTUM.

JUS.

JURIS CONSULTI.

 rum

NEGLIGENTIA.

NEGOTIORUM GESTIO.

NEPOS.

NOMEN.

NOVARE.

NOVI OPERIS NUNTIATIO.

O.

OBLIGATIO.

Quatenus

POENA.

POSSESSIO, POSSIDERE, ET BONÆ FIDEI POSSESSOR.

Trans-

SATISDARE.

SENTENTIA.

SERVUS, SERVITUS.

SIGNA-

 peti

U.

UNIVERSITAS.

USUCAPIO.

USURAE.

Vsusfru-

FINIS.

ERRATA.

PAg. 4. lin. 18. pro civitatis, civitati.
Pag. 13. lin. 2. pro Senatorium, Senatorum.
Pag. 17. lin. 2. pro vel, lege.
Pag. 18. lin. 2. pro de, d.
Pag. 21. lin. 1. dele præd.
Pag. 29. lin. 10. pro Arctoris, Actoris.
Pag. 30. lin. 8. dele Hora.
Pag. 34. lin 7. pro fine, fi.
Ibid. pro petituri, petitur.
Pag. 36. lin. 14. pro Non est, Non obest.
Pag 38. lin. 1. dele respondent.
Pag. 70. lin. 6. pro eam promittere, compromittere.
Pag. 76. lin. 1. pro posteriores, possessores.
Pag. 77. lin. f. pro heredis, hereditatis.
Pag. 111. lin. 10. non factus, dele non.
Pag. 121. lin. 2. pro promissum, promissus.
Pag. 125. lin. 19. pro oppositus, oppositæ.
Pag. 128. lin. 23. pro debitori, debitor.
Pag. 144. lin. 17. pro institutum, institutam.
Pag. 161. lin. 16. pro servus, servitus.
Pag. 250. lin. 5. pro millia, militia.
Pag. 255. lin. 8. pro relicta, relictum.
Pag. 351. lin. 17. pro Edens, Emens.

